## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

E.A.B.C.V



1.6.P.L.B.6.8

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

*28.T.85

Digitized by Google

*28. J. 85.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google




Digitized by Google

ROBERTUS SCHARROCKIUS

DE

# OFFICIIS

SECUNDÙM

JUS NATURÆ,

Annotationibus nonnullis non inutilibus illuſtratus, ac prætereà Indice auctus,

*Studio atque operâ*

SAMUELIS REYHERI,

Ph. & J. U. D. Math. P. P.




*Impenſis SALOM. REYHERI,*

*GOTHÆ*

TYPIS REYHERIANIS

Exſcrib. JOH. MICH. SCHALLIO.

*Ann. M. DC. LXVII.*

Digitized by Google

Digitized by Google

*Reverendiſſimo atq; Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino*

# CHRISTIANO ALBERTO,

Poſtulato Adminiſtratori Epiſcopatûs Lubecenſis, Hæredi Norwegiæ, Duci Slesvici Holſatiæ, Dithmarſiæ ac Stormariæ, Comiti in Oldenborg & Delmenhorſt, &c.

*Principi ac Domino meo Clementiſſimo.*

[o] 2 Tan-

Digitized by Google

TAnti ſanè Beneficii, SERENISSIME PRINCEPS, qvod inter plures alios, etiam in me, immerentem licèt, ſuperiori anno collocaviſti, ſi immemor eſſem, dum nimirum in membrum laudatiſſimæ illius Academiæ, cujus Ipſe Fundator es auguſtiſſimus, Conſervator munificentiſſim9, nec nõ

ca-

caput magnificentiſſimũ adhuc es, adſciviſti, Naturæ profectò ipſius Leges, de qvibus unicè Libellus hic, qvem offero, agit, ingratus violaviſſe viderer. Agnoſco igitur ſummam Sereniſſimæ Tuæ Celſitudinis Benignitatem. Agnoſco etiam maximum, qvo Serenitati Tuæ, ad ultimum vitæ meæ uſqve halitum, obſtrictisſimum me eſſe, ingenuè profiteor, debitum. At ve-



Digitized by Google

rò penitiùs dum meas expendo viriculas, ad dignas tantis beneficiis gratias agendas, imparem prorſus minimèqve ſufficientem me deprehendo, usq; adeò, ut deſperandum omninò mihi eſſet, niſi heroicæ tuæ Virtutes ſpem decollantem & caducam refocillarent, animumq; delinqventẽ revocarent.

Qvamobrem jam hoc, qvicqvid eſt laboris, in emendando, ac notis nonnul-

Digitized by Google

nulliſs haud injucundis & inutilibus illuſtrando hoc Libello, ante pedes Reverendiſſimæ Tuæ Serenitatis depono, & tanqvam æternæ gratitudinis monumentum conſecratum eo, humilimo rogans ſtudio, ut Reverendiſſima Tua Seren. eo, qvo hactenus, impoſterum qvoq; Academiam ſuam, inqve illa me indignum etiam, fovere ne dedignetur. Id qvod cùm demereri nul-



Digitized by Google

lâ ratione qveam aliâ, indefeſſis pro Sereniſſimâ Celſitud. T. incolumitate, & feliciſſima Regiminis adminiſtratione ac conſervatione, ad DEum T. O. M. ſuſpiriis penſare contendam.

*Scrib. in Academiâ Chriſtiano-Albertinâ, quæ Kiloni eſt, ante diem III. Nonas Octobr Anni à Nat. Chr.* ϹIϽ IϽ C LXVI.

Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis

*Humilimus ac Subjectiſſimus*

SAMUEL REYHER, Ph. & J. U. D. P. P.

*Le-*

Digitized by Google

## *LECTORI BENEVOLO S.*

Ita, qvæ hujusce ævi eſt corruptio, comparatũ cũ rebus humanis eſt, ut nihil in lucem prodeat, qvin ſiniſtræ reprehenſioni ſit obnoxiũ. Cùm igitur divinare poſſim facilè, fore nonnullos, qvi Libelli hujus editionem minùs dextrè ſint accepturi: Horum, qvos conjicio, ſcrupulos exemtum iri, confido, ſi penſitent, me non tàm alienis plumis proprium venari ornatum, qvàm alienas politiores, novasqve prætereà addere ſtuduiſſe. Aliis Scharrockii opera, ceu minus operoſa, diſplicebit: Sed, qvicqvid ſit, commoda harum Naturæ Le-



Digitized by Google

gum, ad qvas omnes Leges aliæ relatæ ſunt, multis Viris doctis placuit ita, ut Juventuti, Diſciplinæ morali operam daturæ, de meliore commendare nulli dubitarent. Qvamobrem operæ precium omnino fore exiſtimavi, ſi Libellum hunc, ab innumeris, ſine dubio maximè, Librariorum mendis emendatum atqve inſuper brevibus etiam, nec inutilibus, Annotationibus illuſtratum, nec non Rerum Indice auctum, in formâ hac commodiore luci publicæ commodarem. Qvod ſi, Lector Optime, hoc qvicqvid eſt opellæ, æqvi feceris, ad majora impoſterum, juvante DEO, enitenda, promtum paratumqve me cognoſces. *Vale & fave.*

Cla-

Digitized by Google

Clariſſimis Viris,

*Honoratiſſimo Dn. & genere Prænobili, & univerſæ ſcientiæ virtutumque ornamentis Illuſtri*

Dno. ROBERTO BOYLE, ARMIGERO,

*Inſigniſſimo Dn. Literis Studiisque humanioribus undeqvaque Ornatiſſimo*

ROBERTO LANGFORD, ARMIGERO,

Cognato ſuo, & uni ex Anteceſſoribus in Juris Collegio Grayenſi.

*Colendiſſimi Domini:*

*Moris paſſim eſt Scriptoribus, ubi opus aliquod publici juris faciunt, illud potentiſſimo alicui Principi, aut Domino inſcribere & conſecrare, ut eâ ratione, majeſtate, imperio, aut quocun-*

a *que*

*quæ dignitate ſublimes poſſint ſibi in fautores & patronos demereri; & rectè quidem facere videntur, modò inverecunda abſit aſſentatio, & Maximis viris ad Optimos fines, quaſi Nobiliſſimis inſtrumentis, uti inſtituant. Ego jam mihi novas hac ratione ambire aut conflare velle amicitias opus eſſe non cenſui; benè mihi conſultum eſſe exiſtimans, quòd veſtra utar ſine aucupio gratia, vosq; habeam, quos edendæ jam à me hypotheſi deligam ſine ulteriori ambitu patronos, quibus nec officiis obſtrictior, nec amicitia aut neceſſitudine (adeò favore veſtro Indigniſſimus licet dignatus ſum) conjunctior eſſe poſſim. Mens enim ipſa honeſtique lex, ut inter præcipua, quæ honore debeo proſequi, veſtra colam nomina, coëgit. Gratulor autem mihi, quod nulla neq; in tanto rerum noſtrarum ſalo tempeſtas impedit, quò minus tutò poſſim publicum hoc facere intimè inter præcordia ſpirantis reverentiæ monumentum.*

*Porrò illud mihi ſummè videbatur neceſſarium, ut in re arduâ, grandi, infinitæ ferè varietatis, atque ubi ſæpiùs ſubtiliſſima rationi in acie novaculæ procedere neceſſe eſt, non mediocria deligerem ingenia, quos facerem ſcripti totius Arbitros & Judices primarios. Cùm autem duo præcipua ſint Capita, de quibus in omni hac diſſertatione poſſit fieri judicium, quorum alterum ad ſeveram ratiocinationem ſpectat, alterum ad hiſtoricam de, Philoſophorum, Gentilium, Jureperitorum circa officia dogmatibus, narrationem: Utrumq; veſtrûm utriuſq; partis perinſignes novi æſtimatores, judicioque quantocunq; pares. Veſtrum tamen, Illuſtriſſime* BOYLI, *nobile ſubactumque ingenium, acerrimum judicium, & ad Philoſophiam quamcunq; eximiè comparatum, nec affectuum vi partiumve ſtudiis, in veritate indaganda, impeditum, quaſi genio aliquo aut fato priorem occupâſſe provinciam videntur. Alteram,*



Digitized by Google

Inſigniſſime Cognate, *cum decore ſubire poteris, confertiſſimaque literis mens illud quaſi vendicare videtur. Te enim, etiam inter neceſſarios habui, quem ob ingentem in omni humanioris doctrinæ genere ſcientiam, & propter ſummum non rixarum è Legibus excitandarum, ſed (cui rei perpauci animum intendunt) ſapientiæ in legibus ſitæ ſtudium, pluriſmum reverear & ſuſpicio;* Te *habui, qui ante præterita jam duo annorum luſtra, cùm conſultatio eſſet de quinquennio* Wiccamico *optimè in ſtudio juris abſumendo, autor eras, ut, quoniam civilia jam apud nos deſueverunt fora, & de vulgari Juriſprudentiâ actum eſt, veræ Juriſprudentiæ animum addicerē. Quos igitur potiùs deligerem Patronos, quos meliùs ſummos hac in cauſſa διαιτητὰς, quàm viros virtute omni & dignitate præclaros, quorum neque peritiæ in rebus judicandis, nec in æſtimandis candori, accedere quicquam votis aut deſiderio poſſit?*



Digitized by Google

*ſit? In Vobis igitur, Viri undeqvaq; Colendiſſimi, novum conſtitui Duumviratûs Jus; non* cenſendi *ſolùm, (id enim omnes facere auſint) ſed faciendi, ſi quando judicio vacet, cenſuram. Concluſis jam & judicatis hîc à me rebus univerſim, ſi ratio juſſerit, conſentire placeat: Sin judicatam rem iterum judicare ſit opus, in vobis ſitum eſt, vel jubere, (Senecæ utar phraſi)* ut dividam ſententiam, *vel ſi res id exigat, non ſolùm præcipere, ne* qvid improbem ex his, qvæ jam decrevi, ſed ut dicam etiam: Hoc ampliùs cenſeo. *Illud precor quæſoq; qvocunque modo efficite, ut integra aliqvando & ſine erroris nævo perfecta de officiis Hypotheſis exhiberi poſſit. Qvod qvidem adeò Nobile & Magnificum, ſi quando perficiatur, futurum eſt opus, ut fortaſſe cum ſceptro ſuo vel maximus totius Orbis Princeps, ſi ei offeratur, æquiparare poſſit. Si enim in Mythologiis ſceptra didicimus à Jove Regibus donata, quibus*

*iniquos & injurios corriperent : Leges etiam didicimus ab eodem profectas Jove, quibus in univerſali juſtitiâ & pace continerentur populi, & proviſum eſſet, ne injuria omninò fieret, aut ſceptro injuſtitiam vindicanti eſſet opus.*

*Alii verò, ſi qui contradicere & præ ingenii levitate dictis opprobria velle facere videbuntur, jubete, Clariſſimi Domini, ut integra qualicunque, cui macula una aut altera non adhæreat, conſcribenda de moribus humanis rectè conformandis Hypotheſi operam dent, quo facto, ſi qua his contraria proponant judicia, iis profectò non magis iraſcar, quàm velim, ut in me excandeſcat* Hobbeſius, *cujus de officiis concinnitate quâcunq; confictо ſyſtemati neceſſarium erat, ut meas ex adverſo ponerem rationes; quippe ſi ſecus feciſſem, ſi non unicam, certè potiſſimam, oppoſitionem ſubterfugiſſe latuiſſeq; velle, viſus eſſem. Neque iniquè tolerandum videretur, ſi cum Ptolemæo, ejusque Apo-*

*gais,*

*geis, Perigæis, Epicyclis gravius & ſeve-rius ageret Copernicus aut Tycho: Ini-quius multò ferendum, ſi qui fuci ſint, qui, cùm nec ipſi communi commodo im-menſas rerum ſylvas & innumeros caſus multiplici materiâ & variis circum obſe-tos circumſtantiis inquirere aut perpen-dere ſuſtineant, tantùm abſint, ut gratias perſolvant debitas iis, qui huic Spartæ ad-ornandæ inſudârunt, ut ex integro ſyſte-mate unum aut alterũ ſtudiosè inquirant decerpãntque, quod obloquantur, ταχ-όεϱγα.*

*Arcete*, Inſigniſſimi Domini, *à Muſarum præſepibus hujuſmodi detra-ctores, ignavum pecus, mellificium inex-pertos: Id enim vobis benè convenit, qui & augmento Reipubl. literariæ univer-ſim ſtudetis, & preſſa qualescunq; & fide-les tantâ in re meditationes dignoſcitis, quo æſtimio ſint habenda. Si quis verò occurrat humanus, prudens, gravis cen-ſor, inclametis, quæſo, opem potiùs & ſuf-*

*fragia, quàm proteletis cenſuram, nec ſi-nite, ut præclara huic Hypotheſi inſcripta Veſtrûm nomina veritatis quæcunq; offi-ciant triumpho. Aliud, quod ſubjiciam, aut cui implorando incerem vobis genua, non ſuppetit. Optimus noſter Maximus-que Deus animæ, corporis, & externa tue-atur vobis bona, iiſq; omnibus vos indies ad honorem ſuum & communem utilita-tem magis magiſq; locupletet, precor, & adaugeat. Sic valere Viros verè Colen-diſſimos jubet*

Omni officiorum genere
nominibus Veſtris de-
votus & obſtrictiſſi-
mus

*R. Scharrock.*

## Ad Lectorem

# De Operis ratione & uſu

## PRÆFATIO.

Ingenue Lector,

INter omnes ſanè Philoſophiæ deditos ſtudiis peræqvè convenit, nihil magis deſiderari ad moralis diſciplinæ perfectionem, qvàm ut officiorū, qvæ naturali lumine cognoſcuntur, confirmata fiat & diſtincta explicatio; utqve regulæ, juxta qvas homo naturalis, qvatenus naturam ſuam conſulit, & perinde Ethnici, absqve religionum intuitu popularium de juſto, & injuſto faciebant judicia, in medium unâ qvaſi ſyllabo comprehenſa producantur. Communiter enim animadverſum eſt, pudorem aliqvem atqve modeſtiam naturalem eſſe, atqve erubeſcere ſolere Ethnicos ad qvasdam actiones, atqve etiam exhorreſcere, trepidare, con-



Digitized by Google

concuti, ſi certas vivendi regulas non obſervaverint. Idq; etiam apud Chriſtianos è ſacris Oraculis confirmatius factum eſt, exſtare facinora, ob qvæ commiſſa etiam ex propriis ipſorum conſcientiis, ſe morte digniſſimos, exiſtimabant Gentiles. Hæc conſcientiæ naturalis judicia ſeriò inqvirere, & induſtriùs aliqvantum inveſtigare operæ precium duxi, qvo mihi, & communi doctorum deſiderio ſatisfacerem. Duplici autem Methodo, (ſi hanc morari hiſtoriam placeat) iſtam moliebar indaginem: Primò deveſtiebam meipſum à notionibus qvibuscunqve receptis, & aliundè, qvàm à natura ipſa hauſtis: Qvicqvid à parentum & præceptorum inſtitutione, qvicqvid à vitæ communis uſu, aut loci, temporisqve (qvibus utebar) moribus judicio accrevit, ſtudioſè exuere atq; amovere conabar: qvæ autem, his ſemotis, ſupererant, humana cenſui, ſoliusqve naturæ reſta-



Digitized by Google

re,atq; eſſe judicia. Deinde poſt me ipſum graviter conſultum,aliorum percontandi mentes ſtudium increvit,tàm eorum,qvibuscum mihi erat convictus, qvàm eximios ſuperioris ſeculi viros,& heroas πάλαι καταπεθνηότας; imprimisqve, cui imprimis ſtudebam, & qvem inter Philoſophos duxi Coryphæum, Ariſtotelem intueri animus erat, & qvas virtutum dignoſcendarum regulas, in ſcholis ſuis conſecraverat, animadvertere; ubi (abſit reverentia, qvæcunqve veritati poſſit eſſe injuria) libros offendi definitionibus confertiſſimos, qvibus omnibus hic ſaltem adhærere defectus videbatur,qvod ignotum (ſi non per ignotius) ſaltem per æqvè ignotum explicare ſuſciperent. Hujusmodi eſt generalis illa virtutis definitio, *Eth. lib. 2. cap. 6.* qvâ definitur ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα, τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρό-



Digitized by Google

ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν. † Hanc enim, qviſqvis Scholæ non faverit, vocem dixerit, & præterea nihil: cùm nec ipſe declaret Philoſophus, qvid definiat ratio, qvid *μεσότης πρὸς ἡμᾶς* ſit, qvid *vir prudens determinet*, neqve ex ipſis (qvibus utitur) verborum formulis, qvod qværebatur, rationi humanæ innoteſcat. Perinde enim videtur, ac ſi cui de via à Roma Brunduſium verſus interroganti, reſponſum ſit, eam eſſe tenendam, qvam itineris prudentes meliorem duxerint, neqve nimis dextrorſum, neq; ſiniſtrorſum nimis, ſed ut ratio juſſerit, incedendum eſſe; eâpſe tamen ratione in ſpeciali ſingulorum virtutum deſcriptione *ἀπερίβατεῖ*, altum incedit, nec clarè qvicqvam, aut diſtinctè de norma Officiorum, aut regulis, qvibus ſecundùm virtutem formandæ eſt vita, in Methodicâ [qvam contexuit]

† Habitus electivus in mediocritate conſiſtens, qvoad nos, ratione definitâ, & ſicut vir prudens definiverit.

Digitized by Google

xuit] Aretologiâ ediſſerit. Fortitudinem [qvam primam ſuo conſtituit ordine] definiit *Eth. libr. 3. cap. 6.* Mediocritatem inter Timorem & Audaciam, cùm periculum inſtet maximum & pulcherrimum, & *cap. 7.* Fortem eo deſcribit, qvod pericula, honeſtatis gratiâ, ſubeat, idqve qvando oportet, & ut ratio jubet. Temperantiam ſimiliter *Eth. lib. 3. cap. 10.* Mediocritatem circa voluptates; Intemperantiam dixit exceſſum circa easdem; & *cap. 11.* Intemperantes eos, qvi modum excedunt in gaudendo iis, qvibus non oportet, aut magis, qvàm oportet, aut non, ut oportet. Temperantes, qvi moderatè (ſicut oportet) concupiſcunt. Liberalitatem eo definit *Lib. 4. cap. 1.* qvod ſit Mediocritas circa pecunias, & omnes res, qvæ pecuniâ æſtimantur, Finem ejus eſſe pulchrum, actiones formales eſſe, dare, qvibus oportet, & qvanta oportet, & qvando oportet. Magnificen-



Digitized by Google

tiam verò gradu ſolùm ab ea differre, & *cap. 2.* virtutem dicit, qvæ in magnitudine ſumptuum liberalitatem ſuperat; Magnifici autem eſſe, ad Decorum reſpicere. De Magnanimitate ſimiliter, qvòd ſit virtus, qvæ mediocritatem ſervat in magnis & debitis honoribus, moderatè expetendis, vel contemnendis, *cap. 7. 8.* De Manſvetudine, *cap. 11.* qvòd virtus ſit, qvæ mediocritatem ſervat circa iram in vindicando & puniendo, idqve qvomodò, & qvos, & propter qvæ, & qvamdiù oportet. Eâdemqve ratione de Comitate, ἐυτραπελέια, Juſtitia, atqve univerſis (exceptâ veracitate) virtutibus; qvid autem per magnum illud, totiesqve iteratum *Oportet* ſignificetur, qvæqve actiones ſint, qvibus Mediocritas obſervetur, qvæ Loca, Tempora, propter qvas res, & in qvas perſonas ſingularum virtutum actiones eliciendæ ſint, neqvaqvam ex definitis innoteſcit. Neqve Philoſophum latuit



Digitized by Google

tuit (ſi qvid rectè intelligo) hîc in Philoſophiâ, qvam de moribus contexuit Defectus. De hujusmodi enim definitionibus exertiſſima Philoſophi ſunt verba:

Καὶ τίς ὅρος ἐστὶ τῶν μεσοτήτων ἃς μεταξὺ φαμὲν εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως οὔσας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως, ἀληθὲς μὲν, οὐδὲν δὲ σαφὲς, καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις περὶ ὅσας ἐστὶν ἐπιστήμη, τοῦτο ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε ἐλάσσω δεῖ πονεῖν, οὐδὲ ῥαθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα καὶ ὅσα ὁ ὀρθὸς λόγος. Τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις οὐδὲν ἂν εἰδείη πλέον. οἷον ποῖα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα εἴ τις εἴποι, ὅτι ὅσα ἡ ἰατρικὴ κελεύει, καὶ ὡς ὁ ταύτην ἔχων διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις, μὴ μόνον ἀληθὲς εἶναι τὸ τοῦτο εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον, τίς τι ἐστὶ ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ τούτου τίς ὁ ὅρος. *Ac aliquis terminus eſt mediocritatum, quas inter nimium & parvum in-*

*interjectas eſſe dicimus, rectæ rationi exiſtentes conſentaneas. Quod cum ita dicitur, eſt illud quidem verum, ſed non ſatis apertum. Namq; in cæteris ſtudiis atq; exercitationibus, in quibus ſcientia aliqua verſatur, licet hoc quidem verè dicere, nec plus neq; minus laboris aut deſidiæ, quàm res poſtulat, ſuſcipiendum eſſe, ſed omnia, quæ medio ſunt poſita, &, ut rectè ratio præſcribit, eſſe facienda: Verùm qui hoc tantùm perceptum & cognitum habet, nihil eo ampliùs ſcire poſſit, veluti ſi quis quærenti, qualia alendo & curando corpori ſint adhibenda, reſpondeat, quæ ars medendi præcipit, & ut is, qui ea præditus eſt, præcipit; quapropter etiam in habitibus animi, non ſolùm hoc verè eſſe dictum, ſed etiam diſtinctum atq; explicatum eſſe oportet, quæ ſit recta ratio, & hujus quæ ſit definitio.* Ariſtot. Eth. Nicom. lib. 6. cap. 1. Ex qvibus in mentem mihi venit, conſcium ſibi fuiſſe Philoſophum, perfectam & omnibus nume-

me-

meris completam apud ſe de moribus doctrinam, nondum extare. plus enim tanqvam huic Philoſophiæ neceſſarium exegit, qvàm ipſum alicubi præſtitiſſe comperi. Nihil enim ultra fermè circa virtutes definit, aut faciendum præcipit, *qvàm medium tenere, exceſſum vitare & defectum*, atqve his ſimilia, ex qvibus ad claram & diſtinctam officii cognitionem nihil accedit, qvo intellectus humanus juvari poſſit.

Qvæſivi igitur à cæterâ Peripateticorum ſcholâ, an præ præclaro in nobiliſſimum magiſtrum & Philoſophiam ſtudio, hanc hac ex parte perfectiorem adhuc fecerint, & clariorem de officiis doctrinam; an tandem ἀσαφὲς illud (qvod vitio ipſe vertit Philoſophus) à virtutum definitionibus ſummoverint, & qvæ intelligi poſſint, perſpicuasqve ſtabiliverint officiorum Regulas. Inveni poſt ſexcentos Commentatores, & controverſiarum in Ariſtotelis Philo-



Digitized by Google

ſophiam tractatores, ( penè dixeram nugivendulos) parum qvâcunqve, hâc in re nihil augmento ſcientiarum acceſſiſſe: qvaſi piaculum eſſet,& læſæ majeſtatis crimen,ultra ſectæ ſuæ principem in Peripato qvenqvam ſapuiſſe. Poſtqvam deniqve deſiderio, unde cupiebam, parùm ſatisfactum eſt, cæteram, qva ſciebam moralem contineri materiam,ſine magno delectu aut autorum ſtudio, percurri bibliothecam: præclara ubiqve offendi de officiis judicia,ſed indigeſta, ſparſa, ſine ordine & methodo; in variis autoribus & materiis diſſeminata; Ejusmodi tamen, qvæ, ſi congeſta forent,& ſuis locis adornata,pulcherrimum ſyſtema,& integram de officiis Hypotheſin viſæ ſunt polliceri. Laudare ſingulos autòres otium non eſt.: vix enim qvenqvam reperire erat, qvi humanius qvicqvam ſcripſit,à qvo non luculentiſſimæ aliqvando de juſto & injuſto, ſeu de moribus

bus univerſim efformandis notiones exciderunt: Ordinatam integramqve, qvam ſeqvi poteram, de Officiis Hypotheſin inveni nuſpiam: Hobbeſii qvippe ſcripta, qvæ id nomen præ ſe ferre videbantur, mens refugit, qvod ſibi compererat, & communi hominum ſententiæ contraria. Ille enim, cùm inter prima Philoſophiæ ſuæ dogmata Sui conſervationem, utilitatem, voluptatemqve in hoc ſeculo conſeqvendas, tuendasqve ſolum, qvaſi finem, atqve unicum honeſtati in moribus fundandæ principium propoſuiſſet: & deinde obedientiâ univerſali Principibus exhibita tutelam hanc atqve utilitatem comparari & defendi poſſe, aſſumſiſſet: de cætero conſcientiam ſuſtulit, facilemqve edidit de Moribus Hypotheſin; ſed horrenda qvæcunqve morum introduxiſſe atq; admiſiſſe auſus eſt portenta. De Epicuro hæreo, an idem cum Hobbeſio ſenſerit. Ad voluptatem enim omnia

re-

Digitized by Google

retulit, & in Phyſicis conſcientiam videtur ſublatam velle: alibi tamen non videtur, ſed ejus influentiam ad morum honeſtatem admiſiſſe, atqve pro juſtitia inde deduxiſſe argumenta, ut ex officiorum à Torqvato apud Ciceronem ἐκτυπώσει, & ſententiis à Seneca aliisq; autoribus ſparſim citatis, admonemur.

Cæterùm (qvod reliqvos ſpectat) & Philoſophi, qvibus intima humanæ naturæ ſecreta rimari ſtudium eſt; & Jureconſulti, qvi in jure & juſtitia inqvirendis plurimùm exercentur; Hiſtorici item, qvi qvæcunqve hominum monumenta, judicia, dicta, factaqve literis conſignârunt; Poëtæ inſuper, non ſolùm qvales Theognis, Phocylides, & cæteri, qvi νουθετητικὰ ſcripſerunt poëmata, ſed & elegantiores, qvi qvaſi pictura aut ſpeculo imaginem humanæ vitæ, opinionumq; affectuum & actionum varia exhibuerunt poëſi; omnes non ſanis ſolùm, ſed claris, diſtinctis, & illu-

illuſtribus de Officiis ſententiis, ſunt referti. Qvantum autem ex qvoqve ſcriptorum genere moralis doctrina juvari poſſit, ex ſymbolis hîc à me collectis fieri poſſit judicium: ſuper omnes proculdubio unus eſt Cicero; nullum enim exiſtimo in totâ hac Hypotheſi judicium, qvod ab Illuſtriſſimo hoc Philoſopho non alicubi confirmetur.

Utile igitur ſtudium videbatur, dogmata, ſententias, præcepta, & qvæcunq; naufragæ ab antiqvo naturæ fragmenta qvantocunqve operis impendio colligere: Ea autem è communi cæteræ materia chao decerpere, operæ precium non duxi, qvæ propter vocum generalitatem, aut abſtruſiorem qvomodocunq; ſenſum, clara in ſe & diſtincta non erant, aut facilitatem, & certitudinem ſenſus non continebant. Exempli cauſsâ, cùm prima Juris præcepta hæc vulgò audiant, & apud Imperatorem in inſtitutis inſigniantur, honeſtè ſcilicet vi-

vivere, Alterum non lædere, Suum cuiqve tribuere; medium ſelegi, & in materiam Hypotheſeos, qvod clarum intellectu ſit, ſepoſui. Primum & tertium amandare neceſſe duxi; qvod, qvid ſit honeſtè vivere, & qvid apud qvemq; ſuum ſit, difficilimum, imò ante Hypotheſin de jure naturæ confectam, impoſſibile cenſueram cuipiam explicare.

Tandem claras haſce, qvas collegeram, ſententias & judicia cum iis notionibus comparavi, qvas in meipſo priùs (abſtractis remotisqve forinſecis à naturâ dogmatibus) inveneram: qvæ conformia erant Hypotheſeos confirmationi, appoſui; contraria apud cordatos viros ſeriò facta (Hobbeſio Epicuroqve exceptis) nullibi inveni. Carneades enim ingenii oſtentandi cauſâ, contra juſtitiam, & vulgaria de moribus dogmata, pro Utilitate diſſeruiſſe viſus eſt, cæteriqve, qvi objici poterint, ei accen-

conſentur hominum farragini, qvi aut parùm ſibi conſtabant, aùt parùm mentes ſuas excuſſerunt: Contrarias igitur praxes, & viſa primâ fronte judicia ex adverſo poſui; ita tamen, ut oſtendatur, qvomodo revera, nec ad ſpeciem ſolùm cum Hypotheſi propoſita, optimè conſiſtant.

Hac de re ipſa, deqve opere, qvod ſubſtantiam attinet, dicta ſunto, ad Methodum etiam, ſtylum, uſum nonnulla reſtant dicenda.

Circa methodum qværi conſvevit, qvis ambitus, qvinam de moribus doctrinæ limites proprii, qvomodo coarctanda ſit hæc tractatio, neqvid nimis expatietur, aut in anguſtius ſe contrahat?

Nauſeæ qvibusdam & faſtidio eſt, qvod, apud Philoſophos, qvorum præ cæteris magni habita eſt jamdiù doctrina, in Philoſophiæ ambitu res eadem multoties veniat tractanda; qvod cauſ-

ſa-

ſarum genera in Topicis, Demonſtratione, Phyſicis, Metaphyſicis; anima, in Phyſicis, Metaphyſicis & Ethicis; Prædicamentorum genera & ſpecies, tàm in Logica, qvàm Metaphyſica vulgò explicentur: qvæ & plura ejusmodi invidiosè, licet ab aliis dicta, vitio tamen ſcholis idcircò conſveverunt à judicibus non iniqvis verti, qvod effectus probet qvantitatem, ſubſtantiam qvalitatem, Speciesqve & Individua (qvicqvid contradici ab iis ſolet) eodem modo eâdemqve planè formâ, non ut notiones, aut rationis entia, ſed ut res tractari; & in commentariis de cauſſis, de anima & cæteris qvibuscunqve materiis, qvateneitates (de qvibus loqvi amant) non omninò obſervari. Eandem ego fortaſſe non evitâſſem maculam, niſi veritus eſſem, de iis hîc diſſerere rebus, qvarum commentationes Phyſica methodo Syntheticâ, & qvæ ſumma eſt diſciplina, ipſa Theologia, qva-

te-

tenus ad hominis beatitudinem methodo Analyticâ procedit, aptius expoſcit.

Non me latuit, receptum ad omnes eſſe in Ethica Naturali, ut proponant de fine, de objecto ſubjectoqve virtutis, & mediis, qvibus ad finem perveniri poſſit, prolixas diſſertationes; & nobiles de anima, indole humanâ, intellectu, voluntate & affectibus (qvæ ad ſubjectum pertinent) qvæſtiones illic eventilari ſolere. Duxi tamen ſatiùs, has diſqviſitiones omittere, qvamvis in promptu mihi ſint, & commenta jam hac de re adverſaria; propterea qvod hæc de Officiis Hypotheſis integra ſit, & perfecta in ſe doctrina.

Si qvis conceſſerit, perfectam eſſe, regerat tamen, eam perfectiorem eſſe poſſe; eiqve pulchrum fore, qvi finem præmonſtravit & media, ut ſubjectum ſimiliter (hominem ſcil.) ejusqve ſtatum & naturam oſtendat; & rationem viamq; præmonſtret, qvâ inſiſtens,



Digitized by Google

per media traductus, finem aſſeqvi poſſit: Ego itidem ei aſſentior, pulcherrimum hoc fore, ſi qvando perfectè & adæqvatè fieri poſſit; & proinde etiam conſentaneum fuiſſe, me, qvi tranqvillum & jucundum mentis ſtatum propoſui, ſcopum, & media, virtutes; illud etiam oſtendiſſe, qvid ſit homo, qvali utatur animâ, qvos habeat affectus & facultates, ſi cauſſas tandem explicare potuiſſem, easqve in naturâ ſitas, per qvas, præclari illi habitus in mentibus ita poſſint infigi, ne qvid prorſus ſeqvius ab homine in omni vitâ fiat, qvàm virtus juſſerit. Si deniqve, ut artes, arte tradere liceret officia; & humanâ ratione qvis iis poſſit imbui.

Verùm aliter ſe habet res: qvippe in naturâ plurimus adhuc recti & obliqvi index reſtat, auxilii parum; & qvamvis magis magisqve, juxta aliqvorum ſententias, à mundi exordio obfuſcata eſt Naturæ lex, Juris tamen aliqvid per

di-

divinam providentiam in conſcientiis hominum adhuc preſſa retinuit veſtigia, Notionesqve perſiſtunt in imis defixas præcordiis, ex qvibus aliqvatenus & juſtitiæ honeſtatisqve naturalis, & peccati contra easdem fieri poſſit agnitio. Deeſt tamen methodus, deſunt ſubſidia, deficiunt hominibus naturaliter facultates, nec vires ſuppetunt, qvibus in arduâ virtutis viâ ad felicitatis clivum progreſſuri, impedimenta, qvæ ſe objiciunt, depellere, aut ſeipſos in curſus rectitudine tueri poſſint.

Qvid ſit homo, qvali animâ, qvo intellectu & voluntate, qvibus item affectibus ſit præditus (præter conſiderationem phyſicam) ad Theologiam dixi pertinere: Ethicæ qvippe Chriſtianæ ſecunda videtur pars, primamqve, qvæ de fine (felicitate ſcilicet Chriſtianâ, gloriâqve per gratiam aſſeqvendâ) ediſſerit, immediatè ſeqvitur. Gratia enim Evangelii ſuum in ſtatu (ſeu lapſu di-

cam) & miſeria hominis, nanciſci videtur fundamentum: Miſeria hominis ex impotentia ad voluntatem, legemqve ſummi Dei & Creatoris ſui, implendam colligitur. Eaqve tandem impotentia perfectiſſimè dignoſcitur ex perpenſis animi natura, rectitudine aut errore intellectꝰ, factiq; aliqvando judicii certitudine aut incertitudine, cõſtantiâ aut inconſtantiâ: Voluntatis itẽ neceſſitate vel libero arbitrio, aut qvâcunq; in virtutem aut vitiũ proclivitate; ex affectuũ qvalicunqve ſuperioribus facultatibus, obedientiâ & ſeqvacitate, vel contumaci contrà impetu: qvæ omnia abſqve ejusmodi Pſychologiâ, qvalem à me qvidam expoſcere videntur, exponi neqveunt, ut proinde mentis ſtatũ à Theologis tractari neceſſe ſit, eumq; non abſolutè ſolùm, ſed & reſpectivè, qvatenus affecta ſit in qvæcunqve objecta, resq; omnes tàm ad Deum, qvàm ad mundum hunc, & præſens ſeculum ſpectantes.

Et mihi videtur rationi ſummè conſentaneum, ut in hanc Ethicam iſtæ deferantur diſqviſitiones, cùm mentis ἐπανόρθωσις morumq; reformatio ſolius ſit ſanctioris diſciplinæ cura, qvæ ſola potis eſt ad beatitudinem iter tutum præmonſtrare. Illic de expiatione per Chriſtum factâ, illic de ineffabili Spiritûs Sancti auxilio continetur doctrina, divina illic ad pietatem & juſtitiam media, qvæqve ſupra hominis ingenium ſunt, ſanctiſſimè à Deo intuemur præcepta; illic Sacramenta, Sabbatha, orationes, jejunia, lectiones Scripturarum, Eccleſias, correptiones Chriſtianas, & cætera ejuſmodi ad hanc rem recepimus, DEO ordinante, inſtituta. De anima igitur in ordine ad mores, aut pietatis & juſtitiæ viam in Ethica naturali diſqvirere ſuperfluum mihi videbatur: naturâqve ducente, absqve religionis intuitu, virtutem aut felicitatem aſſeqvi velle, ejuſmodi eſſe

veſaniæ, qvaſi detineri videretur, qvisqvis ſummum in Capitolio turrim aſcendere juſſus, ab extra, ubi pedatim gradi impoſſibile eſt, muri ſummitatem attentare malit, qvàm introeundo per gradus, aſcenſioni ordinatè extructos, facilè adire culmen.

Sed ad qverelam, de defectu ſatis; hoc uno videri poſſim abundâſſe, qvòd tot voluerim paginas ſolâ autoritatum & judiciorum recenſione oppleri; Adverti autem, nullam nimis operam poſſe iis locandis & ſtabiliendis inſumi, qvæ ædificii totius & cæteræ ſtructuræ pro baſi & fundamento ſunt. Propoſitiones hæ, qvòd ſit ſuprema naturæ lex; ejusqve placitum eſſe, ne qvis alterum lædat innocentem; ut fidem ſervet qvisqve; & rependat gratias, cæteraqve etiam, qvotqvot in his citationibus confirmantur, prima duxi principia, ex qvibus omnis officii, qvæ naturaliter competit agnitio, dependet: hos cogitavi fontes



Digitized by Google

juris, & univerſalis, in cæteram magisq; ſpecialem de moribus doctrinam, influentiæ. Actus enim omnis habitusq; moralis eatenus cenſetur virtus, qvatenus ſub aliqvo horum placito contineri, in aliqvo comprehendi, ex aliqvo præcipi, videtur; adeòqve ut probet, qvis fortitudinem, temperantiam, & cæteras virtutes ſic vulgò nuncupatas revera virtutes eſſe; invidiam, avaritiam, prodigentiam vitia eſſe, non opus erit ulteriori, ex qva ad ſpeciem autoritates promantur, anthologia; id enim honeſti turpisqve ſatis clarum eſt indicium, qvod qvidqve conforme ſit, vel enorme, à dictis naturæ dictaminibus.

Huic accedit, qvod aliam non comperi potiorem de jure naturæ diſſerendi rationem, qvàm ex expreſſis hominum de natura ſua & ſibi connatis anticipationibus, ſententiis; Qvippe ad comparandam de principiis fidem, humana autoritas permagni eſt momenti.



Digitized by Google

Quis enim, quæ ſunt hominis, cognoſcit, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo? quin & principia quæcunq;, ſive ad Mathematicam ſive Metaphyſicam ſpectantia, non aliundè, quàm ex communi conſenſu confirmationem petunt.

Has enim conſiderationes adjuvit jactanter illud ab Hobbeſio in dedicatione elementorum dictum, ubi aſſerit, *Phyſicam doctrinam rem eſſe novitiam, Philoſophiam verò civilem multò adhuc magis, ut quæ antiquior non ſit, quàm ipſius de Cive liber*: excitatis enim autorum judiciis exhibere videbar antiquam, communem & ubique receptam, (veteris materiæ, novam excipio collectionem & compagem) nec ἀσύμφωνον nec ἀκατάληπτον de moribus doctrinam, quæq; priusquam Hobbeſius, Hobbeſius dixi? imò priusquam naſceretur Theognes, obtinuit.

De ſtylo non eram omninò ſolicitus: vulgarem facilè præfero, ut intel-

tellectu faciliorem: Nolui floribus oratorum aut meretricio cultu, fucum rei, quam trado, facere, nec tam dictorum ornatui, quàm hominum captui, conſulere: Nervos, muſculos, oſſa, articulatim ordinatéq; poſita hîc à te velim (generoſe Lector) inveniri: colores ſi deſint, fac ipſe ſuppedites candorem. Magnopere me pulchella illa apud Ciceronem ſententia, quoties recordor, afficit: *Omne, quod de re bona dilucidè dicitur, praeclarè mihi dici videtur; iſtiuſmodi autem res velle ornatè dicere, puerile eſt; planè autem & perſpicuè expedire poſſe, docti & intelligentis viri.* Atque haec ipſa res ex earum videtur numero, quae doceri contentae, ornari negant: praeterea id meum eſt ingenium, ut utilitatis rerum potiùs ſim, quàm verborum elegantiae, curioſus. Hoc enim difficillimum à me ipſo obtineo, ut ſtyli emendationem (praeſertim ſi intelligi poſſit, qui primùm à calamo

ſuit) morer. Accedit, qvod adverſariis circa hanc Hypotheſin in methodum compingendis, tùm ſtudebam, cùm inclinata corporis valetudo ſuperfluas animi amandavit curas.

Si qvis Caſſianum illud, Cui bono? hîc examinare fatigat, ipſe breviter, cui uſui eſſe poſſit, hæc de moribus doctrina, ſubnotare non gravabor, imò etiam, ſi nemo fatigat, erit tamen mihi de futuro contingenti cautio.

Tria igitur ſunt, qvibus potiſſimùm hujusmodi tractatum inſervire poſſe cogitabam; vulgari ſcilicet prudentiæ, curæ civitatis ſive Politicæ, vitæ deniqve Chriſtianæ, rectè tàm in faciendis, qvàm concipiendis & credendis dirigendæ, actionibusqve tàm animi, qvàm corporis ad perfectiſſimam amuſſim conformandis.

Vulgaris prudentiæ eſt, ſibi in mundanis ſapere, rem familiarem & cætera ad vitæ honeſtatem & qvietem tueri,



Digitized by Google

tuta augere, quantum licet. Vis igitur, ut ne qvis te lædat? cave, nè qvenqvam tu læſeris; adeòqve fiet, ne qvis tibi, ſaltem ſine animi ſui ægritudine, noxam inferre poſſit. Vis, ut alter tibi proſit? obligatum, obſtrictumqve eum tibi facito, ex qvo poſſis naturæ placito. Vel præſta, ut tecum ineat contractus, tibi posteà profuturos: aut ipſe imprimis incipias ei inſervire, & meritis mutuum demereri officium, vel res tuas ſic procura & compone, in eumq; conjice ſtatum, ut, dum ſibi, & proli, & conſangvineis ſuis benefacit, aliud non poſſit, qvàm tibi & proli, & conſangvineis tuis prodeſſe. Qvod, cùm multis modis fiat, at præcipuè per conjugia, ex qvibus vel perſonæ ipſi, qvæ maximã benefaciendi habet facultatem, vel ſoboli ejus, aut cognatis poſſit & ſolet fieri conjunctio. Vel deniq; ut plurimùm iis interſis, qvi ſine moleſtia ſua aut incommodo beatitudinem tuam poſſint multùm promo-



Digitized by Google

vere; Inhumanum qvippe eſt, & à noſtra alienum naturâ, his rerum circumſtantiis indigo non ſubvenire.

Qvantum in civitatis adminiſtratione & politiâ uſum habere poſſit, facilè conſpicitur: Civitatis & Rerumpublicarum negotia, aut cives ſuos & municipes ſpectant, aut exteros: Qvod cives attinet, nemo eſt cuicunqve obnoxius religioni, aut libertatis ſuæ qvomodocunqve ſtudioſus, qvi, ſi à magiſtratu in juris naturæ obſervationem cogatur, qveri poſſit, ſibi inferri injuriam, nec in ſeculo noſtro, utcunqve ſupra modum qverulo, hanc alicubi pudor ſuſtinuit qverelam: qvod ad exteros attinet, nihil freqventius eſt, qvàm ut de jure & injuriâ ſingulæ gentes & civitates inter ſe diſceptent: indeqve ut illata reſarciantur damna, foras inferuntur bella. Suo autem loco concluſimus omnium hujusmodi judiciorum, legem naturæ eſſe normam: nec aliud aliqvid in jure



Digitized by Google

gentium præcipi, niſi qvod perſpicuè ſub his naturæ placitis continetur, & ab his clariſſimè deducitur.

Ad Chriſtianorum mores, atqve eorundem conſcientias, in practicis informandas, hanc Ethicam cenſui, non parum conducere. Ad juris enim naturæ obſervationē ſeverè nos obſtringit religio, ita, ut neminem oporteat Chriſtianum majorem aliqvam ſibi indulgere licentiam, qvàm qvæ cum naturæ obligationibus facilè conſiſtat. De hoc naturæ jure in præfatione ad Principes populosqve liberos Orbis Chriſtiani ſic ſcitiſſimè *Grotius* ediſſerit. Voluiſſe ſcil. Deum naturalem hominibus inter ſe ſocietatem eſſe. *Hujus autem à ſe fundatæ aut Domui aut Civitati ſummum illum Principem patremqve familiàs ſuas quaſdam ſcripſiſſe leges, non in ære aut tabulis, ſed in ſenſibus animisqve ſingulorum, ubi invitis etiam & averſantibus legenda occurrent. His*

*legibus ſummos pariter atq; infimos teneri. In has non plus Regibus licere, quàm plebi adverſus decreta decurionum, decurionibus contra præſidum edicta, præſidibus in Regum ipſorum ſanctiones. Quin illa ipſa populorum atque urbium ſingularium jura ex illo fonte dimanare, inde ſanctimoniam ſuam atq; Majeſtatem accipere.* Et paulum infra de eâdem lege. *Lex illa,* inqvit, *inventu non eſt difficilis, utpote eadem apud omnes: & facilis intellectu, utpote nata cum ſingulis ſingulorum mentibus inſita: Jus autem tale, qvod nec Rex ſubditis negare debet, nec Chriſtianus non-Chriſtianis. A naturâ enim oritur, quæ ex æqvo omnium parens eſt, in omnes munifica, cujus imperium in eos extenditur, qvi gentibus imperant, & apud eos ſanctiſſimum eſt, qvi pietate plurimum profecerunt.* Juſſit item Deus, *ut procuremus honeſta coram omnibus;* ſacraqve etiam oracula teſtantur, & Theologi conſtanter affirmant,

Digitized by Google

mant, veniſſe Chriſtum, non qvo tolleretur, ſed magis magisqve adimpleretur moralis lex. Media enim ordinavit pietati & juſtitiæ, humanæ naturæ infigendis, inſervientia, & Spiritus inſuper ſubminiſtravit auxilium. Contra, illud Chriſtianæ libertatis videtur eſſe, ut eatenus ſibi in qvibuscunqve placitis poſſint indulgere, qvatenus jus naturæ non impedit; exceptis ſolùm ejusmodi caſibus, in qvibus à nobis in Lege DEI ampliùs aliqvid, aut expreſsè, aut per certas deductiones atq; argumenta implicitè reqviritur, qvàm communis exigit natura. Sicut enim olim ſub adminiſtratione Judaicâ multa præcipiebantur, etiam moralia præcepta multa, qvæ in umbram non erant, ſed in regulam charitatis data, qvæ obligationes, in naturæ placitis non præfinitas, continebant: Ita etiam in Chriſtianâ religione multa videntur ſeveriùs præſcripta, qvàm ſunt ea officia, qvibus ex naturali

in-

Digitized by Google

intellectûs practici dictamine tenentur gentiles.

Ad rectam etiam, qvod credenda attinet, fidem veramqve progignendam in aliis Religionis & Theologiæ capitibus, ὑπόληψιν proficere cogitavi. Qvod enim de lege morali dicunt Theologi, tria per eam oſtendi: primò officium hominis, ſecundò ejusdem peccatum, tertiò expiationis per Chriſtum neceſſitatem; ego itidem per hanc de Officiis doctrinam, & officium, qvod exeqvi debemus, aliqvatenus (ut jam monui) enarrari; ſecundò & peccatum, numinisqve offenſam, qvatenus ab officio receſſum eſt; & tertiò ejus offenſi ſcilicet omnipotentis Dei placandi uſum oſtendi, exiſtimabam.

Porrò in qvæſtionibus de juſtitia Dei, ad rectam de Deo ſententiam indipiſcendam, facere videtur, imò neceſſariam eſſe hanc Hypotheſin; qvoties enim qvæſtio eſt, an Deus ſecundùm juſti-



Digitized by Google

ſtitiam aut bonitatem qvicqvam poſſit efficere, veluti, An juſtum ſit, eum aliqvando decernere, Titium in extrema conjicere tormenta, abſqve peccati cujuſcunqve vel præteriti, præſentis aut futuri intuitu? An non tantam deceret majeſtatem univerſum in virtute & felicitate tueri mundum, cùm ſine periculo, damno aut moleſtiâ ſuâ facere poſſit? An poſſit, qvos fecit, ut in rerum naturâ eſſent, non diligere, & ſummis proſeqvi amoris affectibus? In his & cæteris hujusmodi problematis certisſimum videtur, qvod ſi nullæ ſint (qvod Hobbeſius cenſuit) naturæ leges, aut naturalis juſtitiæ principia, commodo cujusqve proprio & voluptate exceptis, conſentaneum fore, Deum contra juſtitiam aut bonitatem naturalem peccare non poſſe, etiamſi qvod placuit, qvomodocunqve fecerit. Qvi cogitant, aliqvas eſſe naturæ leges (cæteri autem ab Hobbeſio & Epicuro omnes, qvi

qva-

Digitized by Google

qvalicunqve digni ſunt æſtimo,id cogitare videntur) actiones ſupra memoratas,aut malas eſſe,injuſtasqve,aut honeſtas,bonas,& ſummo Deo dignas æſtimant; qvi injuſtas eſſe contendunt, illud ſibi pleriqve imprimis qvaſi poſtulare ferè videntur,Deum,Angelos, homines, atqve omne ens, intellectu præditum eodem jure uti. Deinde aſſumunt plerumqve has actionum ſpecies contra commune naturæ rationalis jus eſſe: ex hac parte in noſtrâ hac ætate, Socinianos, Arminianos, Sublapſarios ſtare, utplurimùm putavi. Aliam verò tuentur Supralapſarii recenter, antiqvitùs Stoici, & aut præmiſſam negant propoſitionem,aſſeruntqve,eodem jure non uti; aut eam improviſa forte conſeqventia admittunt, & idem agnoſcunt jus, ſed deinde dictas actionum ſpecies juri naturæ reconciliare (qvo inficientur aſſumptis) ſtudent: Nullum autem ex utrâvis parte argumentũ conſiſtit,

ſiſtit, anteqvam confirmata ſit de ſuppoſito jure Hypotheſis. Circa propoſitiones qvæſtio eſt, an Deus & homo per eaſdem perficiantur virtutes, & eodem modo regulatas, iiſdemqve terminis finitas; vel (qvæ qvæſtionis conjectio ad ſolutionem non parum prodeſſe poſſit) an ſicut ſe habet homo ad hominem, ita reſpectu moralium actionum Deum ſe habere ad hominem neceſſè ſit, eademqve utrobiqve ſit actionum norma? Dijudicari autem iſta neqvit rectè qvæſtio, anteqvam conſpiciatur, primò, qvæ inter homines norma ſeu regula ſit, & deinde qvomodo per eam, qvæ in confeſſo ſunt divinæ actiones, poſſint reſolvi, rectèqve poſſe conſiſtere, vel non poſſe conſiſtere, fiat judicium. Qvi enim magnis verborum involucris de amplitudine Dei, potentia & libertate ediſſerunt, nec dicunt aut imaginantur, in qvibus ſit amplus, à qvibus (ſcil. obligationibus) ſit liber, ver-

verba potiùs, qvàm notiones, oſtentant, aëra verberant, & cum ſibi adverſantibus non alio potiùs, qvàm Andabatarum, more pugnare videntur. In aſſumptis verſantur qvæſtiones, an cum juſtitiâ communi dictæ actionum ſpecies conveniant? Adeò, ut neqve in illis qvicqvam concludi poſſit, priusqvam, qvid juſtum injuſtumqve apud homines ſit, qvidqve communis illa, de qva loqvuntur, juſtitia exigat, extra controverſiæ aleam ponatur.

Alia etiam qvamplurima, qvæ mihi in mentem jam non veniunt, eſſe posſint, in qvibus aut Theologi, aliive in ſuis Facultatibus, & in Legum præſertim ſtudiis, ex Hypotheſi de Officiis, juvari posſint: Qvæſo autem te, ut jam à me ſcripta æqvi boniqve conſulas; *ſi qvid noviſti rectiùs, imperti*; ſi fructum qvalemcunqve inde perceperis, DEO gloriam

tiam attribue; qvi qvidlibet, in qvemlibet per qvodlibet inſtrumentum, pro arbitrio ſuo & virium plenitudine effectum dat. VALE.

## *Per-erudito & per-amico Viro*
## ROBERTO SCHARROCKIO,
### De edendâ ſuâ Hypotheſi Ethicâ.

*EA qvamvis ſit (qvod Tu noviſti probè) Ethica dignitas, juxtà ac utilitas, ut hac arte ſola gubernentur Imperia, adminiſtrentur Reſpublica, ſuſcipiantur bella, ordinentur familia, & dirigantur univerſim in vitâ communi humani generis actiones: perdiù tamen (qvod dolendum, ſi non & pudendum) aut præ hominum incuriâ aut ignoran-*



Digitized by Google

tiâ, tanquam cineribus ſepulta; jacuit hæc doctrina, imò apud eos inutilis tota; qui doctorum titulo ſibi plus nimio plauſerunt, & etiamnum plaudunt. Ea quippe, magna pars ſtudioſorum plerumq; aſſectati ſunt ſtudia, quæ aut planè nociva, aut ſuperflua; quæq; ad vitam humanam feliciter agendam, nihil certè, aut parum habent momenti. Quod ſi qui nupero hoc ſeculo reperti ſint, qui huic doctrinæ aliquatenus operam dederunt, hi videntur mihi exſuccos ut plurimùm exſanguesq; de hac re tractatus edidiſſe: in iſtorumce nimirùm paginis nunc futiles occurrunt & deridendæ quæſtiones, nunc laborioſâ obſcuritate caligantes definitiones, aut generales rerum explicationes; nihil magnam partem, quod non pompæ magis, & clamoribus ſcholæ, quam veris Reipublicæ uſibus adaptatum videatur, ut quod ad praxin ne eminus quidem collimet, nedum illam contingat. Quin & ad inſtar Nili prorſus ἀκέφαλος eſt

&

nſtreſa vulgariter recepta Philoſo-
Moralis, in quâ ſcilicet juſtitia fon-
definita æqui boniq; principia; deſi-
Quod ad veteres attinet; Poëtæ,
em & Hiſtorici, & Philoſophi, quà
i, quà Latini, aliquas ſanæ rationis
ias vel inter Gentilem ignorantiam
t ârunt, quin imò eximia poſt ſe reli-
runt de juſto & injuſto, de Finibus &
iciis, apophthegmata & dictata: at ra-
, & hinc inde ſcriptis ſuis reſperſa, at
llâ ordinatâ methodo, nullâ connexâ
rie ac dependentiâ. Adeò aut planè
actenus neglecta eſt, aut inutiliter tra-
ctata, aut confuſè & imperfectè tradita
hæc morum doctrina. Gratulor igitur
tandem tibi, qui magna ſolus, ſupra quam
dici poteſt, feliciter elucubratus es Mora-
lia, ubi in hoc genere Philoſophiæ ſupplen-
tur deſiderata, dilucidantur obſcura, ſu-
perflua tolluntur, & ab anteriori ovo
crudè propoſita in uſum maturantur ger-
manum. Primâ operis facie non ſine
de-

*delectatione contemplor, velut ex Salo Venerem, emicantem voluptatem: quæ [nec ſine ratione] unicam ipſa ſe venditat Amaſiam, in quam intuetur, quamq́ impenſius ardet humanum genus; in cujus olim amplexus non tàm corpore, quàm animo totus iit famoſus Epicurus. Video hîc innixas omni homini æqui ac boni notitias penſiculatius trutinatas, & firmiter ſtabilitas, unde ſaberrimè à te efficta eſt principiorum Heptarchia, quibus in actiones humanas quaſcunq́ imperium eſt, non quidem æquale, attamen ejuſmodi, ut alterum altèrius provinciæ non immineat: quippe --- Facies non omnibus*
*una eſt.*

*Nec diverſa tamen, qualem decet eſſe ſororum. Porrò quatenus & quibus in inſtantiis aut iſtis adhæretur aut deviatur, pari anqviſitum eſt diligentiâ, definitum judicio. Quam mirabunda heic curioſitate & Epicuri Hortos, & Sylvas Academiæ, & totum Hiſtoricorum*

ac-

ac ſolidè Philoſophantium campum pervolas, hinc inde delibans, quod in hoc congeras alveare, unde mellitiſſimus demùm emergat ſapor? Sunt & Tibi preſtò conteſſerantium Jure Conſultorum Civilium ſuffragia, qui ad adornandum hanc Pandectam ſua quisq; mittunt ſymbola: adeò, quod Orbis Romani jus olim audiit, nunc Terrarum Orbis ac naturæ eſſe, oſtenſum eſt. Omnia (quod ad laudes Tuas immane quantum facit) liberè, uti Virum decet ingenuum, & modeſtè, ſed nec minùs ſolidè ac nervosè philoſophatus es. Sed quid Lectorem moror? Sine queſo duntaxat hoc grande eloquar; ſolus (quod ſciam, uno demto Hobbeſio) integram ac ordinatam elaborâſti Ethicæ Hypotheſin; In qua, ſi quæ ſint fortean, in quibus abs te diſſentio, ſilenda heic exiſtimo, eò quòd univerſæ Politiæ, nec non & Religionis, principia quandoq; dabimus enucleata, Favente DEO & Republicâ.

 Tu

*Tu verò & Gentem hanc noſtram & Literatorum nationem, & humanum genus, porrò (quod & facis) demereri pergas, & me amare, qui ſum*

Inſolidum

&

Animitùs Tuus

Jo. Aylmerus.



Digitized by Google

## ΥΠΟΘΕΣΕΩΣ ΣΥΝΟΨΙΣ.

*Finis:*

H*Omo*, ut ſine conſcientiæ ſtimulis in animi tranquillitate & gaudio verſetur. *cap. 1. pag. 1.*

*Media:*

Naturæ ſuæ leges placitaq; ſtudioſè obſervat, quæ jubent: *c. 2. p. 73.*

1. Ut alterum non lædat innocentem. *c. 3. p. 136.*
2. Ut fidem ſervet. *c. 4. p. 232.*
3. Ut benè à ſe merenti retribuat par. *c. 5. p. 309.*
4. Ut ſibiipſi } benefaciat. *c. 6. p. 386.*
5. Ut Proli } benefaciat. *c. 7. p. 395.*
6. Ut Conſangvineis } benefaciat. *c. 8. p. 424.*
7. Ut ſangvine disjunctis proſit. *cap. 9. pag. 473.*

Neqve dictis tolli exiſtimat obligationes, niſi aut:

1. Solverit debitum. *c. 14. p. 542.*
2. Impoſſibilitas ſolvendi emerſerit. *ib.*

3. Remiſerint eam perſonæ, quorum intererat, obligationem fuiſſe præſtitam. *ibid.*

*Remedia.*

Si peccaverit, ſtudeat de integro, quò

1. Damnum, à non præſtita obligatione natum, reparet. *c. 15. p. 579.*
2. Numen offenſum placet. *c. 16.*

*Nos.* 1. Naturæ placita eo ordine recenſentur ut primum ſecundo, ſecundum tertio, præjudicet, & ſic deinceps.

2. Ut cognoſcatur, an actio aliqua ſit juſta vel injuſta, vel ad ſpecies peccatorum intra recenſitas recurrendum: vel perpendendæ ſunt ſingulæ actionis circumſtantiæ; quorum ſi qua dictis naturæ placitis aut eorum alicui contradicat, integra exinde actio judicari debet iſti principio repugnans & contraria.

3. Si qva actio plures habeat circumſtantias, ex qvarum aliâ ſuperiùs poſitum, aliâ inferiùs violatur placitum, actio illa æſtimanda eſt ſuperiori contraria.

Syl-

# Syllabus Operis:

## Res argumentaqve in ſingulis Capitibus, Numeris, Paragraphis, contenta indicans.

## Caput I.

# De Finibus actionum moralium.


Num. 1. *Quid ad Scientiæ moralis augmentum in Republica literaria maximè exoptandum ſit: Quodq́ ſit Regula actionum certa.* pag. 1

N. 2. *Quâ methodo diſciplina hæc tractanda?* p. 5

N. 3. *De fine moralium actionum.* 7

Concl. (1.) *In omni actione, electioneque bonum aliquid expeti.* ibid.

(2.) *Honeſta cujusq́ actionis, omniumq́, quæ ſecundùm virtutem fiunt, finis, ſolicitudinis anxiæq́ perturbationis videtur ſolutio;* & contrà, *tranquillita-*





Digitized by Google

tis ſerena & gaudii fruitio, quæ omnia ſub nomine voluptatis intellexerunt veteres. 8
N. 4. An in intentione hominis ſit, ut voluptate fruatur, quæ in ſtatu eſt, an ea, quæ in motu, cùm ad virtutem ſe accingit? 13
N. 5. Utra voluptas majus bonum, & de ſummo bono. 16
N. 6. De perpetua ratione jucunditatis ex bonis & ſolicitudinis ex malis actionibus proventura. 19
N. 7. Quòd homini impenſiùs conſideranti aliud fieri non poſſit, quàm voluptate & delectatione ex benè, anxietatem & dolorem ex malè factis emergere: ubi ratiocinationis exemplum proponitur. 22
N. 8. Quòd Epicurus actionum Moralium finem animi ſtatuebat, non corporis, aut ad corpus quocunq; modo relatam voluptatem, fides ex Hiſtoria facta. An ex inſtinctu naturæ, an ratio-



Digitized by Google

*tionum animadverſione illud in virtutis exercitio perceperit gaudium? An vulgus hominum eodem inſtinctu, aut ex rerum disquiſitione idem generaliter perſentiſcant?* 31

N. 9. *Hobbeſii de Felicitate Sententia animadvertitur: An ſcil. ſit deſiderii ab objecto ad objectum progreſſus?* 41

N. 10. *Teſtimonia Ethnicorum de malo animiq; triſtitia, quæ comitari eos ſolet, qui à naturæ legibus prævaricati ſunt, eiq; contraria eſt ea, quæ indolentia eſt, felicitas.*

N. 11. *Teſtimonia Ethnicorum de felicitate, quam ex honeſtis actionibus capiebant ipſi, quæ partim in animi tranquillitate, & vacatione à malæ conſcientiæ ſtimulis, conſequentiq; exinde perturbatione, partim in gaudio actuali & hilari mentis in lætitiam effuſione conſiſtit.*

N. 12. *Quòd ſecundùm naturam ſit, ut dolor ille animi evitetur, & voluptas* re-



Digitized by Google

*rectè factis conquiratur, omni ratione & operâ niti.* 60

N. 13. *An in eo ab* Ethnicis ſit peccatum, *quod actionum* omnium moralium Finem poſuerunt commodum & voluptatem propriam? 66

Concl. 1. *Neminem in eo peccare, quòd* felicitatem propriam finem actionum *ſuarum poſuerit.* 67

2. Propriam Felicitatem *reverà eſſe* ſcopum *ipſiſſimum ac* finem, *ad quem ſancti collimabant, non conſequens aliquid ſolùm & neceſſario adjunctum fini.* 68

3. *Ultimus* Finis, *quem ſua* felicitas *ſine abſurditate quâcunque,* gloria Dei ſtatui *poſſe; ita* ut Felicitas, *qua* Finis *certâ ratione dicitur, non tamen ultimus ſit, ſed ad gloriam Dei ſi comparetur, non pro adjuncto ſolùm, ſed pro medio ſit habenda.* 70

4. Plures *eſſe poſſunt* honeſti etiam Fines, qvibus ad unam qvis actionem ratione ſummâ moveri *poſſit; quo-*

*rum*

*rum tamen ſuinum, ut alter alteri ſubordinetur, non eſt neceſſe.* 71.

## Caput II.

# De Lege Naturæ, qvòd ſit, & qvæ jubeat.

N. 1. *De* Legis Naturæ exiſtentiâ *diſſertatio.* 73

N. 2. *Quod* Ethnici dictamina rationis ſe *ſequi oportere*, tanqvam naturæ legem & obligatoriam vivendi regulam cogitabant, *ut* felicitate prædictâ *potirentur*, *Gentilium Teſtimonia.* 82

N. 3. Legis naturæ exiſtentia, autoritate ſacræ Scripturæ *Eccleſiæq; tàm Veteris, qvàm Novæ ſententiis confirmata.* 87

N. 4. *Definitiones & effectus* Legis naturalis. 90

N. 5. Hobbeſii *adverſaria ſententia*, nullam ſcilicet eſſe naturæ Legem: *An*

ex fide datâ primitiva ſit ſecundùm eum obligatio? 91

N. 6. *Quæ inter* nos & Hobbeſium de fine & principiis actionum diſcrepantia. 97

N. 7. *Argumenta, quibus Hobbeſii ſententia videtur convelli.* 99

N. 8. *Quod in hoc Argumento, ſcilicet de* juſtitiæ colendæ *ratione, videatur* Hobbeſius Torqvato Epicureo *apud Ciceronem aliquantũ corruptior. Ubi* de Utilitate juſtitiæ *juxta Epicureorum hypotheſin diſſeritur.* 105

N. 9. *Ciceronis de hac controverſia diſſertatio, aliorumq;* de Philautia, *quatenus* actionum moralium directrix eſſe poſſit, *aut debeat, Philoſophorum ſententia. Ratio item inqviritur*, qvomodo fit, qvod ex Φιλαυτίᾳ in vitium *& inqvietudinem deducimur.* 108

N. 10. Qvòd ſocietatis appetitus & cuſtodia, *quamvis res ſint hominum na-*



Digitized by Google

*tiae acceptiſſimae*, naturalis Juris Fontes unici *minus aptè ſtatuantur*. 117

N. 11. *An regula haec*, Sic ergà unumqvemqve agas, qvomodò tecum agi velis, ſi ipſe in eo fueris ſtatu, in qvo eſt ille, qvicum agis; *ſit ſufficiens ad dirigendum hominem in vitâ communi ad benè agendum?* 125

N. 12. *De* morum poſt mentis voluptatem principiis, juris & juſtitiae fontibus, legibus originariis, vel ſingularibus naturae humanae placitis, *quaenam ſcilicet ſint, qvibusqve factis acquieſcat naturâ, finemq; ſibi praeſtitutum, tranqvillitatem animi ejusq; delectationem, acqvirere ſtudeat.* 130

## Caput III.

# De Innocentia ad innocentes extendenda.

N. 1. Primum naturae placitum de Innocentiâ *generaliter praecipit*: Ne qvis alterum laedat Innocentem. 136

N. 2. *Teſtimonia Gentilium, quibus probatur*, cum inhoneſtè & turpiter agere, ſi qvis innocentem lædat. ibidem.

N. 3. *De ἀνθρωποφαγίᾳ, & immanibus, prout in Hiſtoria tàm veteri, quàm novâ exhibentur, quarundam gentium moribus. De* Furtis lege permiſſis, Latrocinius uſu receptis, communi item Diffidentiâ, *cæteriſq; exemplis, quæ adverſari videntur concluſioni, ſenſum obligationis ad innocentiam in naturâ humanâ poſitum ſtatuenti, in quorum ſingulis inquiritur, quousq; fides adhibenda, & quâ ratione eorum Φαινόμενα præſenti Hypotheſi conciliari debeant.* 143

N. 4. *Quod ex hoc dictamine de inno*centiâ ad iñocentes extendenda, *non cogamur innocentes nos erga Brutum genus præſtare: De contrario dogmate apud Pythagoreos aliosq; ex creditâ μετεμψυχώσει recepto.* 171

N. 5.

N. 5. *De* Limitatione Juris, *quo tenemur*, neminem malo afficere, *ab innocentiâ petita.* 177

N. 6. *Quo primùm temporis articulo inter* noxios *habendi* homines, *an ſcilicet ubi* primus apparuerit malefaciendi conatus, *an non niſi peracto prorſus facinore, an cùm intenderint damnum, ſeu potiùs cùm damnum dederint?* 181

N. 7. *An* voluntas malefaciendi, *ſecundùm gentium doctrinam, reatum inducat?* 182

N. 8. *An* ſuſpicio damni, *ab alio imminentis, ſufficiens ſit cauſſa, ut alteri alter nocere incipiat?* 189

N. 9. *Autoritates, quibus confirmari poſſit*, ſuſpicionem damni imminentis lædendi jus non dare. 191

N. 10. *Quæritur*, qvomodo nos tuebimur, cùm rationabiliter metuamus, ne ab alio aliqvo lædamur, *ſi non removere perſonam ſuſpectam, inſequen-*

*quemcumque noxam damno dato liceat.* 192

N. 11. *Cum periculum jam inſtet*, quomodo metuens ſe gerere debeat. 195

N. 12. Contraria *Hobbeſii* ſententia *animadvertitur.* 200

N. 13. *De* Speciebus peccatorum *contra primum*, *ſive de* Innocentia, naturæ placitum. 202

§. 1. Delicta circa cauſſas publicas ſacras *ſunt*, Schiſma, Hæreſis, Sacrilegium, ſepulcri violatio. 203

2. Delicta circa cauſſas publicas profanas *ſunt*: 1. Crimen læſæ majeſtatis. 2. Perduellio. 3. Ambitus, &c. 208

3. Delicta contra perſonas privatas *commiſſa. ſunt*: 1. Plagium. 2. Homicidium. 3. Parricidium. 4. Vulneratio. 5. Prævaricatio. 6. Tergiverſatio, &c. 209

4. Com-

Digitized by Google

4. Communia delicta *ſunt*: Prava ſvaſio. 2. Injuria. 3. Rapina rerum, &c. 210

5. Innominata delicta *ſunt*, ſtellionatus & dolus. 211

6. Delicta impropria *ſeu* qvaſi-delicta: ibidem.

*Species prima.* Si judex litem ſuam fecerit. 212

*Secunda.* Cùm ex cœnaculo, *vel proprio ipſius, vel conducto, vel in qvo gratis habitat*; dejectum effuſumve *eſt aliqvid, qvo alicui noceret.* 213

*Tertia.* *Cùm qvis eâ parte, qvâ* vulgò iter fieri ſolet, *id poſitum aut ſuſpenſum habet, qvod poteſt*, ſi ceciderit, alicui nocere. 214

*Qvarta.* *Cùm* exercitor navis, *aut* cauponæ, *aut* ſtabuli, *de dolo, aut furto, qvod in navi, aut cauponâ, aut ſtabulo, factum erit, qvaſi ex maleficio teneri videtur.* ibidem.

*Qvin-*

*Quinta.* *Si* qvadrupes pauperiem fecerit. 215

*Quòd* animi affectus, *quatenus homines ad noxam diſponunt, ratione hujus placiti vitari debent, eaq; etiam, quæ alios ad nocendum diſponunt, eâpſe ratione.* 218

N. 13. *Ratio*, cur ita ſint ſoliciti parentes de futura liberorum felicitate. 111

## Caput IV.

# De Fide ſervandâ.

N. 1. Judicia & rationes Jure-Conſultorum & Gentilium, *quòd* obligatio ad fidem ſervandam à natura ſit. 222

N. 2. *Quòd* naturale *hoc* de fide ſervandâ placitum à cæteris ſit diſtinctum. 229

N. 3. *De* modis, qvibus fides dari poſſit. 234

§. I.

§.1. Ut fides formaliter detur, *requiritur imprimis* mentis actus conſenſus *ſcilicet voluntarius.* 235

§.2. *Ad fidem datam ſeu factum promiſſum adhiberi etiam neceſſe eſt* conſenſus ſigna. 236

§.3. *Quomodo rectè conſenſus ſignificari dicatur?* ibidem.

N. 4. *De ſpeciebus* peccatorum contra fidem, *& quomodo ſpecies officiorum & peccatorum, quæ ex placito naturæ de Fide derivata ſunt, diſtinctè cognoſci poſſint.* 241

N. 5. *De diverſis* promiſſionum formulis, *quibus contractus jure civili naſcebantur: ſive juris gentium & civili communes, quales erant* Reales, & ex conſenſu, *ſive* juris civilis proprii. *De* innominatis *etiam & quaſi* contractibus, *in quibus omnibus notantur implicita promiſſiones, & quomodo conſenſus in unoquoque ſignificetur, explicatur.* 242

§.1.

§. 1. Contractus, *qui vocantur* Reales juris gentium: 1. Mutui datio. 2. Commodati datio. 3. Depoſitum. 4. Pignus. 243

2. Contractus, *qui vocantur* ex conſenſu juris gentium: 1. Emtio *&* Venditio. 2. Locatio, Conductio. 3. Societas. 4. Mandatum. 247

3. Contractus juris civilis proprii *vulgariter nuncupati*, ſtipulatio *&* literarum obligatio. 251

4. Contractus Innominati: Contractus Æſtimatorius. Permutatio. 252

5. Quaſi-Contractus: Negotiorum geſtio. 2. Tutela. 3. Communio. 4. Hæreditas. 5. Indebiti ſolutio. 255

N. 6. *De* Fidei influentia, *ad univerſalis obedientia* neceſſitationem *in Chriſtianiſmum profitente*, cauſſandam. 265

N. 7. *De* ſtatu perſonarum in civitate & fa-

Digitized by Google

& familiæ. *Quatenus* ex fide ad Magiſtratus ſubditi, *&* familia ad Patrem-familiâs *obligentur: De variis item* conſenſus *ſignificandi* formis, *quibus* Principis *alicujus vel* principum Virorum *imperio reddimur obſtricti, vel per* ſponſiones *&* juramenta propria, *vel per* deputatos *&* fidei commiſſarios, *vel per* uſum commodorum, *à Principatu dimanantium.* An Actus regiminis qvis poſſit exercere, cui populus nondum conſenſit? *De obligatione* infantum *ſub regimine legitimi Principis educatorum, &* poteſtate Eccleſiaſticâ; an in eos exerceri poſſit, qvi ex propriâ conventione & conſenſu nullatenus ſunt obligati? *An* obligatio ad alligeantiam ceſſet, cùm potentia ad tuendos ſubditos exuatur Princeps?

267

N. 8. *An* Regum potentia *pactis legibusque poſſit limitari, ita, ut aliquid*



Digitized by Google

*à Rege poſſit committi, quo facto* ſolvantur ab obedientia ſubditi? 280

N. 9. *An ex S. S. autoritate* Malmesburienſis *dogmati accedat robur ſtatuentis*, nihil injuſtum à Principe fieri poſſe, nullam poſſe ſubdito proprietatem in rebus ſuis eſſe, qva Rex ab earum uſu excludi qveat; nihil denique poſſe à Rege præcipi, qvod factu improbum ſit ita, ut ipſius mandatum qvaleſcunqve ſubditorum actus indubiè juſtificet? *Ubi qværitur*, qvid per S. S. phraſes Jus Regis *1. Sam. cap. 1. verſ. 8.* Obedire in omnibus: ſubjici Principatibus, ut obtemperent. *Coloſſ. 3. Tit. 3. intelligi debeat*: An abnegari Chriſtus ob Principis præceptum debeat. *De exemplis* Naamani *&* Saxon. Ducis, *an negans ſententia à regula communi*, Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, *qvicqvam deroget?* 286

N. 10.

Digitized by Google

N. 10. *An ſi quis in pollicendo verbis de futuro, ſe daturum aliquid, declaret, ad illud dandum, quod promiſit, ſe daturum teneatur?* 307

## Caput V.
## Tertium Naturæ Placitum de Gratitudine.

N. 1. Naturam velle, ut qva erga qvenqvam alius eſt benevolentia, eadem ille erga hunc ſit, & parem meritis vicem, qvo poſſet modo, rependat, *judicia Ethnicorum & Teſtimonia. Adverſaria in Heſiodi teſtimonium & textum.* Matth. cap. 5. verſ. 47. 309

N. 2. *Hobbeſii hac in re παράδοξον advertitur, ex cujus conſideratione,* an gratitudinis obligatio ſit à cæteris diſtincta, *quæritur.* An citra lucri reſpectum vel alterius intuitum boni,

hi, qvàm qvod à facti honeſtate promanat, poſſit fieri vel dari beneficium? 317

N. 3. *Qvod* ex naturali de gratitudine placito oriatur obligatio ad univerſum Christianæ religionis cultum, *& ſingulas ejus partes, luculenta ab* Urſino *potiſſimùm deprompta confirmatio.* 325

N. 4. *De* origine Idololatriæ *ſive divini apud gentes cultus, & qvatenus ex naturali obligationis ad gratitudinem, ob recepta beneficia, ſenſu hæc profluxerit veneratio*, hiſtorica fides *&* Teſtimonium, *ubi* Catalogus Gentilium deorum *fit, beneficiaqve unde oriebatur, cultus ferè ſingula & Cultores ipſi recenſentur.* 329

N. 5. An ad cultum in mundo & honorem procreandum ſola potentiæ exiſtimatio, non item bonitatis opinio, cauſſalitatem exercuerit: *ubi* Evemeri Athei & Philoſophi Malmesbu-

*burienſis excutiuntur eā de re ſententia.* 346

N. 6. *Teſtimonia gentilium*, nullam ex potentia ſola oriri obligationem ad obedientiam, honorem, cultum; *nec eam, ſublato* beneficentiæ ſtudio; *ad bonæ æſtimationis & famæ procurationem quicquam facere.* 354

N. 7. *Quòd in quibusdam etiam* Timor *compertus ſit* venerationis *& cultûs divini cauſſa procreatrix.* 356

N. 8. *De* Cultu Idolorum anomalo, *hiſtoriis declarato & probabili cultus hujusce ratione.* 358

N. 9. *Quòd* Parentes, Patroni, Præceptores, Domini *etiam plerumq;*, Amici *item*, & Magiſtratus, Tutores, Curatores, & *ipſa* Patria, *amore apud pleroſq; & honore propter profecta ab iis beneficia ſint excepti; quodq; officia, quibus iis inſervire ſtuduerunt Ethnici*, fontem *ſuum & originem habuerunt* gratitudinem, Teſtimonia,

nia. *Quomodo ex eodem* fonte Ambitus ratio, & commiſſarios corrumpendi per munera uſus, uſuræque *etiam ſecundùm Salmaſium profluxerint.* 360

N. 10. *Quod ubi* benevolentia, *qua gratitudinem exſtimulare & ad ἀντιχαρειν provocare ſolet*, abeſt à Genitore, Patrono, Magiſtratu [*alio non intercedente ex fide ad officia nexu*] obligatio liberorum, clientum, popularium, *vel* ſubditorum [*ſi ſic eos appellare fas ſit, qui datâ* alligeantiâ *non tenentur*] *ceſſet magna ex parte aut prorſus tollatur*, judicia Jurepcritorum & gentilium, *quibus propria etiam, ſecundùm jam poſitam hypotheſin, autoris interponitur ſententia.* 372

N. 11. An ſine contractus cujuscunqve vel fidei datæ intuitu ex innato gratitudinis inſtinctu ad obſervandos parentes teneantur liberi? 381

N. 12.

Num. 12. *De* gratitudinis ſpeciebus. 384

## Caput VI.

## De ſui amore, ſive Φιλαυτία.

N. 1. *Teſtimonia de* honeſtate φιλαυτίας. 386

N. 2. *An à cæteris* ſit diſtinctum, hoc naturale, & tamen? 388

N. 3. Species peccati contra ſui amorem, *recenſitis ſingularibus eſſectis* ratione: 1. Mentis, 2. Corporis, 3. Reſpectu externorum. 4. Reſpectu honoris. 392

## Caput VII.

## De naturali ad prolis curam obligatione.

pag. 395.

N. 1. *Quòd naturâ inſtigante ad* prolificationem *proni* homines, *eadem ap-*

d pro-

*probante, & obligationem ad factum afferente*, promovendæ prolis felicitati ſummopere ſtudeant, *Judicia Gentilium eorundem teſtimoniis comprobata. Adverſaria in Platonis locum.* 395

N. 2. Naturæ placitum *eſt*, an à cæteris diſtingvatur? 407

N. 3. Limitatio Legis Naturæ de prolis cura, *ſcil.* nullam conſtare obligationem ad conferenda in eos beneficia, qvi erga parentes ingrati, vel moribus generaliter profligati evaſerunt. 410

N. 4. Species peccatorum contra bonum prolis., *recenſitis ſingularibus officiis reſpectu bonorũ mentis corporisque reiq; familiaris aptique conjugii.* De patria poteſtate, & peccatis contra naturam. 417

Caput

## Caput IIX.

## De naturali ad beneſaciendum conſangvineis affectu.

N. 1. *De* honeſtate naturalis erga conſangvineos affectûs *actionumqve ex eodē prodeuntium* Ethnicorū judicia, *earundē Teſtimoniis comprobata.* 424

N. 2. *De limitatione* officii in conſangvineos. 427

N. 3. *De ea, qvæ propinqvis intercedit,* naturali amicitiâ, an ſuo ſtet principio, an ab alio oriunda ſit? 428

N. 4 *De Speciebus* peccatorum contra debitam conſangvineis *στοργήν.* 431

## Caput IX.

## De naturali ad humanitatis officia obligatione.

N. 1. *Qvòd* inhoneſtum *ſit*, ſangvine disjunctis, obvenientibus, ignotis, *vel qvibuscunqve, modò ne ſint nefarii, hominibus,* ea denegare, qvæ accipienti utilia ſint futura, *danti verò*

*damnum moleſtiamve non afferunt, judicia Ethnicorum, eorundem teſtimoniis comprobata.* 432

*De* heroicâ virtute, eximiisque ea prædictis viris, *quibus ſatiùs eſt viſum à commodis ſuis, otio, & voluptatibus recedere, ſeq; in moleſtias potiùs & labores conjicere, quàm humani generis conſervandi, tuendi & adjuvandi curam, ſeponere, officiaq; miſericordiæ & humanitatis negligere.* 224

N. 2. Malmesburienſis *contra hujus placiti exiſtentiam argumentum advertitur.* 445

N. 3. *De* ſpeciebus peccatorum *contra* caritatem *vulgarem.* 447

## Caput X.

## De Jure Gentium.

N. 1. *Quòd* officia juxta Gentium ritus *eadem planè ſint, quæ* natura præcipit, *nec ad ampliùs quicquam nos inde, quàm per naturam, obligari.* 448

Caput

## Caput XI.

# De Habitu crinis.

pag. 454.

N. 1. *Quòd per textum illum 1. Cor. 11. v. 14.* Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ ἐὰν κομᾷ ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, *non intelligat Apoſtolus*, generale eſſe naturæ placitum, ne quis prolixos gerat crines, argumento eſſe poſſint exempla & hiſtoriæ, quæ fidem faciunt, honeſtum, imò & religioſum, apud plures gentes habitum, capillos nutrire, & in longitudinem promittere. *Quid* Natura *hac in re jubeat.* 455

N. 2. *Salmaſii de* habitu crinis *ſententia.* 262

N. 3. *Quòd nulla ſit communis perſvaſio*, peccare eos, qvi habitum capitis ita componunt, ut nulla ſit ea ex parte inter maſculos & fœminas diſtinctio, exempla & teſtimonia. 464

N. 4. *Quòd ab* ornatu crinium, *quoque modo adhibito, vel ſpecialiter per religationem, aut eorum collectionem facto,* maſculi naturaliter non abhorreant, *teſtimonia & hiſteria.* 465

## Caput XII.

## De Comparatione officiorum.

N. 1. *De neceſſitate* comparationis officiorum, *& quotuplex ſit.* 470

N. 2. *Index Criticus difficiliores, qui occurrunt,* Caſuum Species, *cùm in illum ſimus reducti ſtatum, ut alterum adimplere naturæ dictamen ſit impoſſibile, niſi aliud ab eo diverſum transgrediamur, quaſi typo exprimens & dijudicans.* 471

N. 3. An innocentiæ præferenda ſit Philautia? ad q. 1. 9. 474

Q. An ad mortem evitandam alteri non poſſit mors inferri? 476

N. 4.

Digitized by Google

N. 4. An in actionibus Philautiæ præferenda ſit gratitudo? *ad q. 3. 21. per Conſ. ad. 4, 5, 28, 39. Ubi menſura eſt* τὸ ἴσον ſive par referre, *unde fit, quòd* ἀεὶ κς φιλαυτίας *eorum cauſſa ſolùm poſtponendi ſint, quos liquet res ſuas noſtrâ cauſsâ eſſe aut fuiſſe poſtpoſituros. Obiter verò oſtenditur, qua ra-* tione profeſſio, Chriſtum in carnem veniſſe, *indubium erat ſinceriſſ. ſpiritûs* τεκμήριον, *an jam eadem* τεκμήριον *eſſe poſſit?* 480

N. 5. An proſis amori ſui amor præponendus ſit? *ad q. 4. 28.* 491

N. 6. Innocentia, an gratitudo præferenda? *ad q. 8. 19.* 495

N. 7. Annon lædendus alter, ut aliis benefiat vel liberis, conſangvineis, vel ignotis? *ad qu. 10. 11. 12. 25. 31. 42.* 499

N. 8. Quòd fides *quomodocunque data, directè contra expreſſum aliquod na-*

 *tura*

*tur a dictamen* nullâ ratione obligare quempiam poſſit. ibid.
N. 9. An Fides innocentiæ præferenda? *ad q. 7. 13.* 505
N. 10. An Fides gratitudini præferenda? *ad q. 14. 20.* 506
N. 11. An ſui amori præferenda ſit fides? *ad q. 2. 15.* 508
N. 12. An caritati in prolem, conſangvineos, & obvenientes quosqve præferenda ſit fides? *ad quæſt. 16. 17. 18. 26. 32.* 510
N. 13. *Qvid in iis caſibus agendum ſit, cum* per fidem reſciſſam *nulli ex unâ parte noxa fiat, ex altera vel gratitudini ſui ve amori, vel ei, qva* vulgaris *dicitur* caritati, *vel omnibus ſimul conſultum eſſe poſſit.* 511
N. 14. Caritas in conſangvineos *prole diverſos, qvo ordine inter cæteranaturæ placita habeatur. ad q. 5. 11. 17. 28. 29. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.* 512

N. 15.

Digitized by Google

N. 15. *Quod* proli præ ignotis benefaciendum *ſit. ad q. 30. 35.* 514

N. 16. An vulgaris liberalitas philautiæ poſtponenda? *ad q. 6. 34.* ibid.

## Caput XIII.

# De Comparatione ſingularium cum ſemetipſis Placitorum.

N. 1. Placitum de innocentia *primum, quartumq; de* ſui amore *nullam pati ſecum comparationem.* 515

N. 2. Ad placitum de fide. 516

§. 1. Q. An prius pactum ſemper præferendum ſit? ibid.

§. 2. *Cum* lex communis omnium conventio *ſit, pactum ei contrarium non valet.* 518

N. 3. *Ad* placitum de gratitudine. 522

§. 1. Impoſſibilitas rependendi *benevolen-*

d 5

*lentiæ officia minùs benevolo, niſi per omiſſionem retributionis faciendæ magis benevolo, jus das, ne eâ manente impoſſibilitate, ei, qui minùs erat benevolus, retributio fiat:* ſin dividi poſſint benevolentiæ officia, maximè benevolo plurimùm rependi debet. ibid.

§. 2. *Qvi* ſe amici cauſſa abnegant, *aliis qvibuscunq; ſine diſpendio aut periculo ſuo benefacientibus ſunt anteferendi:* Potiores *autem* in hac claſſe *ſunt, qvi in majoribus damnis & periculis ſuorum cauſſa lubenter ſunt conſtituti.* 524

In ſecunda claſſe, *ubi non tàm* animus, *qvàm* beneficium, *ejusqve moles, in examen venit, & poſt ſui amorem incipit officium,* illius potior eſt conditio, qvi in plurimis amicum bonis & majoribus auxerit, *vel, qvod eodem recidit, à miſeriis redemerit, vel debita remiſerit.* 425

§. 3.

§. 3. Impoſſibilitas rependendi benevolentiæ ſigna minùs benevolo, *niſi gratiæ potiori debitæ aliquandiu differantur, jus facit, ut potiori amico debita retributio ſeu Ἀντιχάριτος aliquandiu protrahatur, ſi modo poſteà debitum reddi poſſit ἀντίδωρον.* ib.

N. 4. *Ad placitum de Φιλοτεκνίᾳ.* 526

§. 1. *De* jure primigenituræ: *&* an ex natura fiat, qvòd liberorum alii aliis præferantur? ibid.

N. 5. *Ad placitum de ςοργαῖς* in conſangvineos. 532

§. 1. *Qvòd* homini liberum *ſit, deficiente lineâ deſcendente,* qvemlibet cognatorum cuilibet præferre. ibid.

§. 2. Propinqvorum non deſcendentium an alii aliis ordinis aut gradûs ratione præferendi? 536

N. 6. *Ad placitum de* humanitate. 536

§. 1. *Si plures occurrant egentes, aqvè o-*

 *mnes*

mnes ignoti, neq; poſſit quis ſingulis opem ferre, eorum maximè indigentibus ſuccurri par eſt. *Sin æquè etiam comperiantur indigi, nihil, quod naturam attinet, intereſt, quibus ſe benigniorem exhibeat.* ibid.

§. 2. *Si qui obveniunt opum aut operis indigi, quorum alii aliis ſunt honeſtiores vita & meliorum morum, ipſos probitas, qui eâ utuntur, cæteris reddit potiores.* 537

N. 7. *Ut* ſecundùm virtutem perfectiſſimam & morum integritatem vivatur, *quæ cura adhibenda.* 538

## Caput XIV.
## Qvibus modis tollitur obligatio.

N. 1. *De* generibus modorum, *quibus* tollitur obligatio: *quòd* ſolutio debiti primus modus *ſit.* 542

N. 2.

Digitized by Google

N. 2. *Quòd impoſſibilitas facti modus etiam ſit, quo tollitur ad factum obligatio, judicia Juris-Conſultorum & Gentilium. Variis caſibus exemplisque judicatis confirmata.* 543

N. 3. *De* impoſſibilitate conditionatâ. 553

N. 4. *Quòd tertia exceptio ſeu excuſationis vel obligationem auferendi modus generalis ſit* renunciatio, *vel* juris remiſſio *facta ab iis, quorum intereſt obligatio.* 555

N. 5 *Quo pacto fieri poſſit, ut qui naturaliter* juri poſſit renunciare, *ita tamen civiliter obligetur, ut illud non facere valeat? Diſtinctio Bartoli, qui*bus in caſibus ſecundùm jus civile juri ſuo qvis poſſit renunciare. 566

N. 6. *Quòd ex hoc principio* volenti non fieri injuriam, *minùs rectè ab Hobbeſio concludatur*, nullam eſſe poſſe injuſtam legem. 569

 N. 7.

N. 7. *Quomodo alii etiam modi, quibus obligationes jure civili aut municipali tolli ſoleant, ſuprà deſcriptis modis generalibus unicè videantur inniti, tanquam veris fundamentis, quibus ſe deſtituerentur, nihil haberent, quo æquitatem ſuam tueri poſſint. De communi anticipatione*, omnes velle fieri, quæ eorum interſunt, ut fiant. 571

# Caput XV.

## De Reſtitutione ſeu noxarum, ex naturæ placitis non obſervatis natarum, reparatione.

N. 1. *Si cujus peccato contra hæc naturæ placita, vel* per damnum datum, fidem læſam, retributionem omiſſam, affectuum naturalium vel humanitatis neglectum & incuriam, vel contemtum alterius cujuſpiam, fiat deterior conditio, tenetur peccant id

id agere, ut damnum paſſus in priſtinum ſtatum, *& ne quid ex ipſius culpa alteri cedat malè, procurare.* 579

N. 2. *Quòd* damni reparatio *ſub lege Moſaica ab iis, qui in alios noxa cauſſa viſi ſunt, exigebatur, S. S. autoritas.* 583

N. 3. *De* actionibus *ſeu* formis à jure præſtitutis, *juxta quas noxa, ex non-præſtitis obligationibus orta, reparari, & damna inde tàm publicè, quàm privatim data, reſarciri jure civili conſueverunt.* 586

§. 1. *De* actionibus ex placito de innocentia. 587

2. *De* actionibus ex placito de fide. 590

3. *De* actionibus ex placito de gratitudine. 591

4. *Ex* placito de philautia nullæ dantur actiones. 592

5. De

5. *De* actionibus ex naturali affectu profluentibus. ibid.

6. *De* actionibus ex placito de humanitate *ſeu* caritate in vulgum *debitâ*. 594

N. 4. *De* Ratione obligationis ad pœnas ſubeundas, *& quomodo alicui jus competat, eas, quas debet improbus, pœnas exigere; ubi probatur,* rationem hanc naturalem eſſe & maximè genuinam, quòd aliàs fieri non poſſit, ne cui, ex alterius culpa, ſit malè, *nec ita procurari, ut publicæ res in eundem reſtitueretur ſtatum, quo ante malo exemplo commiſſa facinora homines fruebantur. De* Civili etiam ad pœnas ſubeundas obligatione. 595

N. 5. *De* pœnarum in jure civili Gradibus ex Inſtitut. de actionibus §. 21. 22. 23. 24. 25. & rationeactionum ultra ſimplum conceptarum; *de* obliga-

ligatione non civili ad pœnas quascunq; juxta leges ſubeundas: Quòd pœnarum finis ſit morum emendatio. 600

N. 6. *Quâ ratione fiat, quòd mala exempla* Reipublicæ adeò grande afferant detrimentum. 605

N. 7. *Dogmatum* Hobbeſii *de jure pœnæ tàm irroganda, quàm remittendæ animadverſio, & cum hypotheſi noſtra de obligatione ad pœnas earundem collatio.* 610

N. 8. *De jure belli.* 614

## Caput XVI.
## De Numinis Placatione.

Num. 1. Quòd naturali ratione veriſimile ſit, Deum peccatis contra hæc placita [illegible] offendi, non *tamen* eſſe implacabilem; & ſuppoſito,

quòd

Digitized by Google

quòd placabilis ſit, hominum inter-
eſſe, ut offenſum placent. 617

N. 2. *Quòd* Numen placabile à gentibus cogitatum *ſit*, & de placationis faciendæ uſu *Ethnicorum teſtimonia*. 624

N. 3. *Humaniores* iratum Numen placandi ritus, *qui tamen ipſi*, inepti nimis cuiquam ſecundùm naturam facienti judicium poſſint videri, & *tantùm non ridiculi*. 629

N. 4. Crudeles, *qui inter gentes* Deum placandi *obtinuerant* ritus, exemplis variis *ex hiſtoria petitis declarati*. *De Ἀνθρωποθυσίᾳ tàm ex recenti, quàm veteri hiſtoria; & de expiationum formis per Deiformes victimas, in quibus exemplar veri per Chriſtum ſacrificii mentitus eſt diabolus*. 634

N. 5. *De variis* Philoſophorum, ad placa-

ca-

cationem Numinis *faciendum*, *ex judicio naturali rationis, non Oraculorum conſilio, ſententiis: Quodque hac in re animi converſionem ad ſapientiam & puritatem magnifacientes de cætero Orationibus & exiguarum* impenſarum libamine propitiari deos, *crudelitati verò, pompæ, & ſumtibus ſacrificiorum parci voluerunt.* 645

Num. 6. *Quòd maxima Gentilium pars hos placationis faciendæ ritus ſibimetipſis præſcribere non ſint auſi, ſed ſatius duxerint, divinitùs illos per Oracula, Vates, Augures, alioſque, quibus cum diis putabatur commercium, ſciſcitatos addiſcere. Quod ratio, ipſaque rei natura, hanc exegit modeſtiam; & de* Chriſtianæ religionis excellentiâ. 652

Num. 7. *Quòd* placationis neceſſitas *ab* Epi-

*Epicureis & Atheis negatur, ab utrisque tamen fœneratione.* 665

Iudicium de poſitæ Hypotheſeos certitudine *cum Epilogo ad viros bonos, & ſimplicis ſapientiæ in vitâ Chriſtianâ ſtudioſos.* 675

De

# DE JURE NATURÆ.

## CAPUT I.

## De Finibus actionum moralium.

N. 1. *Qvid ad Scientiæ moralis augmentum in Republica literaria maximè exoptandum ſit.*

DEfectum ſcientiarum, in hac de moribus doctrinâ, Illuſtriſſimus eqvesFranciſcus de Verulamio his verbis redarguit: *Qvi*, inqvit, *de legibus ſcripſerunt omnes, tanqvam Philoſophi, vel tanqvam Jure-Conſulti argumentum illud tractaverunt: atq; Philoſophi proponunt multa, dictu pulcra, ſed ab uſu remota,*



Digitized by Google

*Jureconſulti autem ſua quisq; patriæ Legum, vel etiam Romanarum aut Pontificiarum placitis obnoxii & addicti, judicio ſincero non utuntur, ſed tanquam ex vinculis ſermocinantur.* Ad ſcientiarum igitur augmentum, Clariſſimus genere juxta atqve ingenio Vir, ſed, ut qvidam ſubnotant, in proponendis idoneis, qvàm perficiendis, felicior, id imprimis deſiderare viſus eſt, *ut fontes Juſtitiæ & Utilitatis publicæ peterentur, & in ſingulis juris partibus Character qvidam, & Idea juſti exhiberetur, ad qvam particularium regnorum & rerumpublicarum leges probare, atqve inde emendationem moliri, qvisq; cui hoc cordi erit & curæ poſſit, de Augment. ſcient. libr. 8. cap. 3.* Doctrinam igitur de univerſali juſtitia *ſeu Fontibus juris,* (ſic enim appellari voluit) ſummè cogitavit neceſſariam, deficientemq; conqveſtus eſt; id, qvod etiam ſubmonet Tract. de certitudine Legum, Aph. 82. *Ad certitudinem, in-*

qvit,

qvit, *legum facit* (ſi qvid aliud) *tractatus bonus, & diligens de diverſis Regulis juris. Regulæ autem, qvæ colligendæ ſunt, non aliæ ſunt, qvàm Dictamina generalia Rationis, quæ per materias legis diverſas percurrunt, & ſunt tanqvam ſaburra Juris.*

Hæc ipſa Dictamina Jureconſultiſſimus Cicero nunc *principia*, nunc *fontes*, nunc *ſtirpem cæteri juris nuncupat, de Leg. 1. & 2.* Et Hobbeſius, *qvod*, inqvit, *maximè à Morali Philoſophia operam dantibus deſideratur, eſt Regula actionum certa, unde ſciri poſſit, juſtum an injuſtū ſit, qvod facturi ſumus. Qvod enim in unaqvaqve re facere jubent, id quod rectum eſt, antèqvam regula aliqva & menſura certa conſtituta ſit, (qvam hactenꝰ nemo conſtituit) inutile eſt. Hobbeſ. in Log. Cap. 1. Sec. 7.* Et revera neqveo non eos admirari, qvi ad mentem *prudentis* referunt, ut è re nata, qvaſi ex tempore, qvid factu ſit juſtiſſimum, de-

terminet; nolunt tamen penes hominem eſſe, ut Regulas antè provideat, qvibus qvid in qvoqve caſu faciendum ſit, rectè poſſit dignoſcere: qvaſi liber & cogitato, ſed actu ſignato, id non poteram, qvod ex improviſo, ſed in rebus gerendis, & actu, ut ita dicam, exercito fuerit facillimum: qvaſi jam non poteram prævidendo, & animadvertendo rerum circumſtantias, prudentis viri agere partes in definiendo, qvid factu juſtum & injuſtum ſit, cùm rebus gerendis implicatus non ſim; poſteà autem negotiis plurimùm faceſſentibus, & fluctu rerum ingruente, res omnes & actiones inſtantes, qvales ſint, potero juſtitiæ trutinâ librare.

Hæc ſumma igitur operis eſto, ut, ſi qvo modo, cum bono Deo, huic provinciæ non ſim impar, inveniam, qvos Natura altè in hominum animis defodit, juris fontes: & ordinem rerum ſic intuear, ut qvid in qvocunqve circumſtan-

Digitized by Google

ſtantiarum ſitu juſtum ſit, poſſim, qvantum Natura patitur, in rebus, qvæ hominibus intercedunt, dignoſcere & explicare. Cùmqve Elementis, in Phyſiologiâ Peripateticâ toties honori & laudi verti audiverimus, qvod ad ſupplendum Vacuum aſpirare, & ſupra loca ſibi in Mundi Fabrica, à Naturæ genio conſtituta, conſcendere auſint, ſpem mihi facit etiam, & doctiorum turbam facturus mihi veniam, ſi ad ſupplendum adeò grandem in re literaria defectum, qvàm pro ætate mea aliqvantum ſim audacior.

### N. 2. *Qvâ methodo diſciplina hæc tractanda?*

Qvoniam verò ordo hujus diſciplinæ reſolutivus apud eos habetur, qvibus integrũ aliqvid de ea ſcripſiſſe contigit: Nos analyticam hanc, qvæ communiter eſt recepta, non amandabimus methodum; ſed, ut vulgaris ſe habet uſus, à Fine, felicitate ſcilicet illâ, qvæ ex

moralibus actionibus acqviri ſolet, (a.) ad Media, Virtutes, in moribus ſpectatas, progrediemur. *Omnis enim de Officio* (ſi Ciceronem audiamus, qvem in hac de moribus doctrinâ præ Philoſophorum vulgo plurimùm ſuſpicio & veneror) *duplex eſt qvæſtio, alterum Genus, qvod pertinet ad Finem bonorum, alterum, qvod poſitum eſt in præceptis, qvibus in omnes partes uſus vitæ confirmari poſſit;* Cicero de Offic. 1. duplexqve pro-

(a.) In parte generali hujus diſciplinæ etiam agendum eſt de ſubjecto ſummi boni, qvod eſt homo juſtæ ætatis & rectæ rationi obtemperans. Hinc juvenis Ethicæ minùs idoneus auditor putatur, qvod affectibus nimium indulget. *Διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν, καὶ διώκειν ἕκαστα.* Incontinentibus qvoqve propter hanc rationem inutilis eſt cognitio de moribus. Ariſt. l. 1. Nicom. c. 3. Civili ergò ſcientiâ homines ad res honeſtas agendas idonei redduntur. Meritò igitur neqve bovem, neqve eqvum, neqve aliud animal ullum beatum dicimus. Nulli enim eorum eſſe poteſt talis functionis communitas. Atqve ob hanc cauſſam ne puer qvidem eſt beatus. ibid. cap. 10.

Digitized by Google

proinde in Ethica tractatus, de Finibus prior, poſterior de Officiis.

**N. 3.** *De Fine moralium actionum.*

Adeò variæ hac in re mihi videntur hominum opiniones, adeòqve (ut nobis exhibentur) diſcrepantes, ut ſatiùs duxerim, ne in longum excurrat oratio, ſine anxiâ qvid, & qvâ ratione aliud alii ponant, diſqviſitione, nudam propriæ mentis ſententiam hac in re proponere.

Præfabor tamen cum Ariſtotele, πᾶσαν πρᾶξίν τε καὶ προαίρεσιν ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι, *in omni actione, electioneq; bonum aliqvod expeti*; atq; ceterarum actionum, ſic & moralium eſſe Finem: ſecus ſi fieret, qvi ſapientiæ operam darent omni humano genere excordes magis (b.) & veſani viderentur.



(b) Sic Apoſtolus inqvit: Si in hac vita fides ac ſpes noſtra in Chriſtum terminatur, nec aliud nobis reſtat bonum, miſerrimi ſumus omnium mortalium. 1. Corinth. 15. v. 19.

Res enim plerunqve difficilis eſt Virtus, ardua & periculoſa ad eam ducit via: neqve crebris ad hanc rem indigemus Poëtarum teſtimoniis, res ipſa loqvitur. Abſurdè igitur facit, ſi qvis exiſtimet, Viros bonos & ſapientes eâ eſſe animi vanitate, ut pericula & labores fruſtrà velint & nullius finis intuitu ſubire.

*Honeſta cujusq; actionis, omniumq;, qua ſecundùm Virtutem fiunt, Finis, ſolicitudinis anxiaq; perturbationis videtur ſolutio:* & contra, *tranqvillitatis ſerena & gaudii fruitio, qua omnia ſub nomine voluptatis* (qvod jamdiu invidiam apud pleroſqve contraxit Vocabulum) *intellexerunt veteres.*

Qvemadmodum enim infantes, & bruta etiam pecora ad Paſtum & Venerem prompti ſunt, qvia dulce illis apparet & Veſci, & Venere uti. Ita mihi videntur homines Virtutem amplecti & colere eâ ipsâ ratione. Et ſanè, ex qvo attentiùs ad hanc rem perpendi, colendum

lendum exiſtimavi ſummum illud Numen naturæ autorem, qvi felicem illam inſtituit virtutis & voluptatis συζυγίαν, qviqve vitæ probæ actionumqve moralium individuam voluit comitem jucunditatem. Qvod ad naturalia nihil mihi magis ſapere videtur, qvàm qvod habet Gaſſendus in 10. Diog. Laërtii de morali Philoſophia Epicuri: *Admirari*, inqvit, *nos decet, eam fuiſſe ſolertiam ſapientiſſimi natura opificis, qvi, qvia omnis operatio futura ex ſe laborioſa erat, etiam qva naturalis foret, teſtante Ariſtotele, etiam videre & audire, rem eſſe ex ſe moleſtam, tametſi propter aſſvetudinem non ſentiatur: idcircò omnem operationem blandimento voluptatis condivit, ac tantò eſſe vehementiorem voluit voluptatem, qvantò ipſa operatio erat magis neceſſaria futura, ſive ad totius generis, ſive ad animalis cujusq; ſingularis conſervationem; ſcilicet animalia aut non curarent, aut obliviſcerentur, neq; adverte-*

*rent, quibus par foret temporibus ſeu conjugio operam dare propagando generi, ſeu comedere bibereq; producendæ vitæ individui, niſi inditi eſſent ſtimuli, quibus moleſtiam creantibus, inſtigantibusq; admonerentur ejus actionis, cujus voluptas talem moleſtiam ſedatura ſit comes, unde & ad illam eliciendam feruntur.* Hæc Gaſſendus. Et certè in moralibus non minùs admirari nos oportet eam (ut Gaſſendi repetam Phraſin) ſapientiſſimi naturæ opificis ſolertiam, qvi, qvia operatio ſecundùm virtutem perfectam ex ſe laborioſa erat futura, idcircò eam blandimento voluptatis condivit. Neqve enim curarent homines, aut obliviſcerentur, neqve adverterent gratias referre, promiſſa ſervare, miſeris ſuccurrere, niſi inditi eſſent ſtimuli, qvibus admonerentur ejus actionis, cujus voluptas comes. Et ſatis egregium eſt illud Max. Tyrii infra citatum: *Unum,* inqvit, *quæro, an virtutem ſine amore e-*

*jus ullo proſeqvatur animus? hunc ſi das amorem, voluptatem dediſti. Licet enim nomen permutes, nec voluptatem voces, diverſa nomina admitto, rem tamen ipſam video, voluptatem agnoſco.*

*Operatio ipſa Virtutis* nullâ ratione finis mihi videtur, qvippe ad aliud ordinatur, Amotionem ſcilicet doloris, aut actuale illud & geſtiens cõſcientiæ gaudium, propter qvorum alterum omnis honeſta inſtituitur operatio: ita, ut medium rectiſſimè; finis neqvaqvam appellari debeat. *Si, qvia placuit, feciſti rectè, certè voluptas finis.* Deinde vult Schola, ut omnis operatio ſit propter finem, ipſa igitur *virtutis operatio*, cur extra communem ſortem ſit, non video; qvæ, ſi propter finem, certè finis ultimus nullâ ratione eſt dicendus, nec ita eſt manifeſtum, qvomodo fruſtrà fieri non cenſerentur, qvæ neqvaqvam propter finem fiunt.

Cùmqve Ariſtoteles, in cujus gra-

tiâ hæc vulgò recepta eſt opinio, qvod felicitati genus ſit (c.) Operatio, vocabulo ἐνεργείας utatur; prætereundum non cenſui, qvòd qvidam in Schola Interpretes negent, per actionem aut operationem illud optimè reddi Nomen, ſuppleant autem per voculâ *Actus*, qvod cùm incerti nimis ſenſus ſit vocabulum, ideò fortaſſe in ſcholis æqvi' receptum eſt, qvod ad arbitrium & dogmatis ſui intereſſe exponi à qvoqve facilè poſſit, neqve dubitamus qvin, ſi tanti res eſſet, etiam cum noſtra haccе ſententiâ poſſit ad ſpeciem ſaltem conciliari.

N. 4.

(c.) Per ἐνέργειαν Ariſtoteles non nudam operationem ſecundùm virtutem intelligit, ſed habitualem & expeditam muneris ſui functionem, qvæ habeat in ſe incluſam voluptatem. Voluptas ergò eſt potiſſim' character ἐνεργείας. Dicit enim: non eſt is vir bonus, qvi honeſtis actionibus non delectatur. Neqve enim qvisqvam aut juſtum dixerit eum, qvi non ex juſtè factis capiat voluptatem, aut liberalem, qvi liberalibus actionibus non delectetur. Idemqve de cæteris virtutibus ſentiendum. Eſt ergò beatitudo qviddam optimum, pulcerrimum & jucundiſſimum. Ariſtot. l. 1. ad Nicomach. c. 9.

Digitized by Google

**N. 4. *An in intentione hominis, ut voluptate fruatur, qvæ in* ſta*tu eſt? an ea, qvæ in* motu, *cùm ad virtutem ſe accingit?***

Voluptatem in *ſtatu* dixerunt antiqvi Scriptores eam, qvæ hoc efficit, ne dolor ſentiatur: Voluptatem in *motu*, cùm jucunda fiat animi commotio. In priore poſiti (ut Epicuri utar de ſummo bono verbis) neqve dolemus, neq; perturbamur, ſolvitur omnis tempeſtas animi ἡ μὲν γὰρ ἀταραξία καὶ ἀπονία καταστηματικαί εἰσιν ἡδοναί, *Perturbationis dolorisq; vacatio, ſtantes*, (ut ita transferam) *ſunt voluptates*. Sic Epicurus apud Laërtium. In poſteriore verò non ſolùm eſt doloris amotio, ſed eſt jucundus in mente ſenſus, qvi activam aliqvã in rationalibꝰ hilaritatem excitat: Prior voluptati illi in animalibus non diſſimilis, qvæ reſtinctâ ſiti *perſentiſci* ſolet: Poſterior verò, ut explicat *Cicero 2. de Finib.* huic, qvæ ſitienti in bibendo accidit, cognata.

Qvod verò ad qvæſtionem attinet, de qva inter Cyrenaicos & Epicurum tantopere diſputatur, ſi qvid mihi rectius videtur, ſic habet: qvoties me accingo ad aliqvam virtutis actionem, volo imprimis, ut ſtatus animi mutetur. Grave enim aliqvid & doloroſum menti incumbit, qvàmdiu actum ſuſpendero, eadem natura, qvæ *κακοπραξίας* comitem dolorem fecit, illud imprimis perſvadet, ut doloris amotionem emolirer, eademqve media proponit, virtutis ſcilicet operationem: obtempero dictamini, cùmqve his in rebus naturam ſecutus ſim, emergit poſtmodum dia illa *voluptas*, & exuberans mentis *hilaritas*, nec priùs deſinit, qvàm omni benefactorum recordatione priver, totiesq; recurrit, qvoties reminiſcentibus actiones hæ in mentem revocantur. Poſtqvam verò penitùs factorum memoria ceſſavit, omnibusqve temporis, qvibus ea deſtituor intervallis: manet tamen

Digitized by Google

*inturbata ſerenitas*, qvam *ſtantem*, qvi hac in controverſiâ verſantur, ſolent appellare *voluptatem*. Si igitur ex me qværat qvis, cur benefecerim? qvis mihi finis actionis? qvidqve intenderam? Reſpondeo, nihil aliud eſſe, qvàm qvod volui perturbatione & ſolicitudine vacare, tàm præſenti, qvàm futurâ. Qvamvis enim aliqvando contingat, ut ideam exuberantis illius voluptatis, qvæ memoriam rectè factorum ſeqvitur, ipſe mediter; hoc tamen utplurimùm non fit: Poſtqvam verò, qvod natura ſvaſit, perfecerim, emergit illa, qvâ in tantum efferimur, voluptas, atqve accidit virtuti, neqve qvidem eſt individuus ſtudioſi comes. Ceſſante enim facti recordatione, *movens* illa ex hoc facto *voluptas* ceſſat, manet tamen *ἀταραξία* illa atq; *indolentia*, eaq; animi ſerenitas, qvibus, qvamdiu actum ſuſpenderamus, deſtituebamur. Actionum finis igitur mihi videtur *præſentis doloris & inqvietudinis*

amo-

*amotio:* Accidit verò eis *voluptas movens*, atqve *indolentiæ ſtatus*. Qvod tamen non ita acceptum velim, qvaſi ſtatuam, voluptatem illam, qvæ in *motu* eſt, nunqvam primariò intendi. Sæpiùs enim, qvi virtutis ſunt ſtudioſi, etiam ejus acqviſitionem imprimis volunt, idq; ex exemplis, infra poſitis, ſatis patebit. Summa eſt, qvòd finis virtutis ſit *voluptas*; cùm autem voluptas ſit duplex, duo item eſſe, propter qvæ honeſtæ actiones ſuſcipiuntur, voluptatem ſcilicet in *ſtatu*, atqve voluptatem in *motu*, qvæ tamen poſterior in ſapientibus potiùs, qvàm in vulgo hominum ſua habet exempla. Si cui vetera illa verba *voluptas*, *voluptas in ſtatu* & *motu* minùs arriſerint, malim, alia ipſe ſubſtituat Synonyma, qvàm offenſam qvalemcunqve inde arripiat.

N. 5. *Ultra voluptas majus bonum, & de ſummo bono.*

Si verò qværatur, an majus ſit bonum,

num, qvæ in motu, an, qvæ in ἀταραξίᾳ conſiſtit voluptas. illã certè, qvæ in ἀταραξίᾳ eſt, non prætulerim. Qvẽadmodũ enim majori perfundimur gaudio, dum poſt ſitim bibimus, qvàm ubi omninò non ſitimus: ita actualis illa effuſio animi in lætitiam, qvâ perfundimur, dum recens eſt in animo benefactorum memoria, præcellere videtur ei, cujus omnis in indolentia eſt virtus. Intenſius enim qviddam eſt, & plenius bonum; qvàm non dolere, divinum illud ſapientis gaudium: Qvicqvid habent, qvi non dolent, illud, ampliusqve aliqvid, ſibi vendicant, qvi gaudium hujusmodi perſentiſcunt. Neqve enim ii dolent (de qvo unico, qvi perturbatione vacant, gloriantur) atqve hoc iis inſuper accedit, ut ſvavi perfundantur mentis voluptate.

Si comparatione inſtitutâ ex duratione de excellentia judicandum eſſet, prætulero indolentiam. Sapientes enim eâ frui dicentur etiam dormientes, edentes, bibentes, qvibuscunqve actioni-

ni-

nibus intendentes qvamvis in iis ita occupetur mens, ut non liceat ei, benefactorum recordatione feriari.

Prætereo infinitas de ſummo bono opiniones. Neqve enim exiſtimo, ejusmodi aliqvid in hac vita homini accidere bonum. Summum enim illud intelligo, qvo non poſſit perfectius dari, cuiqve nihil abeſt, qvod præſtantius eſt habere, qvam non habere; ſed hoc ſolùm in divina felicitate reperiri credimus. Cùm igitur de ſummo bono inter Ethicos qværitur, non de ſummo ſimpliciter eſt, aut ſaltem non debuit eſſe qvæſtio, ſed de eo, qvod ex actionibus virtutis ſummum conſeqvimur.

Ariſtoteles vult illud perfectiſſimum dici bonum, qvod propter aliud non expetitur, Eth. Nicom. lib. 1. cap. 5. Expetimus ſæpè, ut dixi, doloris vacationem propter ſuum ipſius bonum, ſine conſideratione hilaris illius commotionis, qvæ menti exinde conſeqvitur:

At-

Atq; hanc ipſam nonnunqvam propter ſe proſeqvimur commotionem, ita ut ſecundùm eum non videã, qvid impedit, qvò minùs plura ponantur perfectiſſima bona, cùm plura ſint per ſe expetenda. Qvot enim ſunt voluptatum ſpecies, qvæ animum qvoqvo modo afficere poſſint, tot ſunt, qvæ non alterius cauſsâ expetere liceat: Sin qvidem non ad ſpeciem, ſed generalius loqvi placuerit, voluptas eſt ultimus omnium finis, (d.) isqve unicus; cujus tamen particulares ſpecies appetitum pro tempore terminare ſingularium hominum, nihil eſt, qvod impediat.

N. 6. *De perpetua ratione jucunditatis ex bonis, & ſolicitudinis ex malis actionibus proventura.*

Non una ſemper & ſimplex ratio eſt, qvâ qvis ſibi poſſit in virtutis exercitio complacere. Eſt enim, cùm peregri-

(d.) Voluptas non videtur eſſe ultimus finis, qvia non propter ſe, ſed propter beatitudinem expetitur. Ariſt. l. 1. c. 5. Eth. ad Nicomach.

grinæ (ut ita dicam) honeſtè faciendum eſſe ſvadeant rationes; puta, qvòd qvis eo faciliorem habiturus ſit ad opes, honores, dignitates, acceſſum, qvòd gratior civibus, & qvibuscunqve hominum ſocietatibus evadat, qvòd majori qviete & pace rem ſuam & familiæ poſſit poſſidere. Si qvis autem ſic virtutem expe-ctat, propter extraneam mercedem, non propter ſe expetere eum cenſeo.

Una tamen inſuperabilis mihi videtur, qvæq; apud ſanos nunqvam ceſſat, ratio, nunqvam cedit, qvamdiu qvis ratione omninò qvâcunq; utitur: Eſtqve jucunditatis ej⁹ contemplatio, qvæ virtuti ſemper annexa eſt, nec ſeparari poteſt, qvæq; ex benefactorum memoriâ proficiſci ſolet. Compertum enim eſt, eatenus homines ſpeciali illâ inqvietudine animiqve anxietate liberari, qvatenus virtutem coluerunt, & actuali perfundi à conſcientiâ gaudio, qvaten⁹ rectè factorum actu recordantur; qviqve



Digitized by Google

hic ratione virtutem amplectuntur, ob individuam ſcilicet jucunditatem, eos virtutem propter ſe expetere amplectique intelligo. Sic enim vulgò intelligitur, ut precium virtutis in ſeipſa ſit; non in honore, aut divitiis, aut ſejunctis à ſe voluptatibus. Freqventes apud Poëtas ſunt, ſuculentæq; eâ de re ſententiæ, cujusmodi eſt Claudiani illud:

*Ipſa quidem virtus precium ſibi ſolaq; latè*
*Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus ullis*
*Erigitur, plauſuq; velit clareſcere vulgi.*

Ita ut non excludatur interna viri ſapientis delectatio, ſed qvæ proveniant ab externis cauſſæ ad virtutem motrices. Scio Stoicos aliud locutos; qvid opinati ſint, neſcio. Mihi enim iis conſentire, qvæ gens illa Philoſophorum dictitat, non ita eſt in promptu. Videtur enim paulò παραδοξότερον virtutis ex-

exercitium voluptate abundare cumu-latiſſimâ, nec tamen propter eam expeti. Virtutem nullam aliam reqvirere voluptatem, ſed ad benè beateq; vivendum ſeipsâ eſſe contentam, ratione jam expoſitâ dicitur, non tantùm non negantibus, verùm etiam (utcunqve detractatum ſit) approbantibus *Epicureis*.

N. 7. *Qvod homini impenſiùs conſideranti aliud fieri non poſſit, qvàm voluptatem & delectationem ex benè, anxietatem & dolorem ex malè factis emergere.*

Suppono jam, qvod ſuo loco concluſum ſatis exiſtimo, *innatas* eſſe homini *notiones*, qvibus qvisqve ſibi ſancitum cogitat, ne qvenqvam innocentem lædat, ne fidem violet, ne ingratus ſit, aut in inopes & calamitoſos inhumanus.

Qvotqvot igitur *Athei* non ſunt, aut *Epicureorum* perditiſſimi, qvi integrum

Digitized by Google

grum hoc mundi ſyſtema, ipſumq; quaſi inferioris mundi moderatorem, hominem *operâ ſine divum* (ſic verbo Lucretii utar) formari volunt, etiam harum notionum *Autorem* eundem, qvem creaturæ rationalis, agnoſcant, par eſt. Si enim nobis connatæ ſint practicæ anticipationes, niſi eandem cum natura habeant originem, easdemqve cauſſas, qvi producantur, nemo mihi unqvam puto explicatum dabit.

Neq; novum qvidem eſt, aut prius inauditum, jus illud *Deo* adſcribi, qvod ex principiis homini internis profluit, eâ ratione, qvòd, ut talia principia in nobis exiſterent, ipſe effecit. Idem enim apud *Grotium* obſervatum comperi, qvi & Chryſippi illud citat: *Non poteſt inveniri principium aliud aut origo juſtitiæ, qvàm à Jove, & communi naturâ. Inde enim omne, qvod ejusmodi eſt, par eſt, habere principium, ubi de bonis malisq; actionibus diſſerendum eſt. Chryſipp.*

*lib.*

*Lib. 3. de Diis.* *Plato etiam naturam retulit in Deum, cujus qvatuor dicit eſſe Leges: Divinam, qvæ eſt in ipſius mente; cœleſtem ſive fatum; tertiam, naturalem rebus omnibus ratione carentibus inditam; qvartam, humanam, noſtris inſculptam mentibus, ad veri rectiq; notitiam & affectum. 1. de Legib. in Timæo, Phædro, Gorgiâ, Phædone.* Huic etiam ſententiæ patronus citari ſolet (e.) Ariſtoteles 3. Polit. & 10. & Pythagoras à diis univerſam deduci voluit juſtitiam. Jamblic. de vita Pythag. c. 30. Aitq; Hierocles: τῷ ὀρθῷ λόγῳ πείθεσθαι καὶ τῷ θεῷ ταυτὸν εἶναι. Cicero naturæ rationem legem eſſe divinam aſſerit, de Off. 3.

Seneca ſimiliter libr. 4. de Benef. cap. 7. *Qvid*, inqvit, *aliud eſt natura, qvàm Deus & divina ratio, toti mundo, & partibus ejus inſerta? Jus naturæ à*

*Deo*

(d.) Homerus eos reapſe Reges eſſe exiſtimat, non qvi viſceribus miſerorum atq; atro ſangvine veſcuntur, ſed qvi jure ac legibus à Deo acceptis hæc tuentur & ſervant. libr. 10. Polit. cap. 6.

Digitized by Google

*Deo datum eſt: Divina* (f.) *Lex eſt, & ratio, toti mundo & partibus ejus fortiter & ſuaviter inſerta, ſic perpetua eo, quod imperantis vim omnem prævenit, ultrò ſe ſubjicientium utilitate juncta voluptas.* *Ivo Pariſinus Præfat. ad jus naturale.*

Hoc igitur ſimul cùm conceſſum ſit, Deum Optimum Maximum hos in nobis morum indices efformâſſe, has ſculpſiſſe actionum regulas directrices, aut fruſtrà eas condidit, aut voluit huic normæ vitam ut qviſqve accommodet, & ne qvis ſecus faceret, qvàm qvod naturæ jure eſt permiſſum.

Si qvis dixit, Deum Optimum Maximum has nobis notiones inſculpſiſſe practicas, non tamen voluiſſe, ut iis uteremur: eâdem is abſurditate effari poſſit, ſapientiſſimum Numen lingvam in nobis fabricâſſe, non tamen, ut loqvere-



(f.) ὁ νόμος ἐστὶν εὕρημα καὶ δῶρον θεοῦ, i. e. Lex eſt inventum & munus DEI. lib, 2. ff. de Legg.

mur; oculos, non, ut videremus; aures, non, ut audiamus; nares, non, ut odoremur.

Cùm autem nihil fruſtrà fecerit Deus, voluit, nos his notionibus conformes præſtare actiones; prævaricationem omnem & legis transgreſſionē noluiſſe & vetâſſe viſus eſt. Jam tandem conſiderare oportet, penes Deum eſſe rerum omnium noſtrarum, fortunæ & felicitatis adminiſtrationem: penes eum eſſe, ut benè, meliùs, optimè, malè, pejùs, peſſimè nobiſcum ſit.

Hoc cùm expeditum ſit, an credibile eſt, qvenqvam ſic poſſe in animum inducere, non iniqviorem & graviorem aliqvando futurum impii ſtatum, qvàm innoxii, Deumqve ita promiſcuè bona diſpenſare, & mala, ut non meliùs ſit, illum colentibus, qvàm profligatæ neqvitiæ homuncionibus, & ſcriptam in cordibus divinam voluntatem deſpicatui & contemtui habentibus? Id optimè in-

ter Philoſophos à Pythagoreis eſt animadverſum, qvorum eximia hac in re ratio apud Jamblichum aliqvoties memoratur, taliſqve revera eſt, ut freqventi memoriâ & celebratione ſit digniſſima: Ἅπαντα, inqvit, ὅσα περὶ τοῦ πράττειν ἢ μὴ πράττειν διορίζουσιν, ἐστόχασαι πρὸς τὸ θεῖον, καὶ ἀρχὴ αὐτή ἐστι καὶ ὁ βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ, καὶ ὁ λόγος αὐτός. Hoc autem univerſæ ſectæ aſſerit communeqve dogma, rationemq; ſubtexit, γελοῖον γὰρ ποιοῦσιν ἄνθρωποι ἄλλοθεν πόθεν ζητοῦντες τὸ εὖ, ἢ παρὰ τῶν θεῶν, καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν βασιλευομένῃ χώρᾳ τῶν πολιτῶν τινὰ ὕπαρχον θεραπεύει, ἀμελήσας αὐτοῦ τοῦ πάντων ἄρχοντος. τοιοῦτον γὰρ οἴονται ποιεῖν καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ἐπεὶ γὰρ ἔστι τε θεὸς, καὶ οὗτος πάντων κύριος, δεῖν ὁμολογεῖται τὸ ἀγαθὸν παρὰ τοῦ κυρίου αἰτεῖν. Πάντες γὰρ, οὓς μὲν ἂν φιλῶσι, καὶ οἷς ἂν χαίρωσι, τούτοις διδόασι τἀγαθά· πρὸς δ' οὓς ἐν-

*ἀντίως ἔχουσι τὰ ἐναντία. Omnia, quæ de faciendo vel non faciendo definiunt, ad Numen ordinantur. Ipſum enim principium eſt, omnisq; vita & ipſa ratio ejus, compoſita & inſtituta eſt ad Deū ſequendum. Ridiculè enim faciunt homines, qui bonum ſibi aliunde quærunt, quàm ab ipſis diis, & perinde ac ſi quis in regione, cui Rex præeſt, præfectum aliquem aut Satrapam coleret, neglectâ interim Monarchâ, ſummo omnium domino. Sic enim & homines (qui deorum ſeponunt curam) facere exiſtimant. Siquidem enim eſt Deus, & ipſe omnium Dominus, in confeſſo eſt, oportere à Domino, quod bonum eſt, petere. Omnes verò, quos amant, & quibus delectantur, illis etiam & bona elargiuntur. Jambl. de vita Pyth.* cap. 18. & proinde δῆλον, inqvit, ὅτι ταῦτα πρακτέον, οἷς συγχαίρει ὁ θεὸς χαίρων cap. 28. ubi eandem denuò diſſertationem repetit, qvi certè locus, ut & integer libellus, caſtigatiorem, qvàm

qvæ

qvæ jam Arcerii Theodoreti eſt, mereri videtur editionem. Qvem diutiùs defectum operi paratus noſter non ſuſtinuiſſet Aylmerus, niſi Lucæ Holſtenii manû, cui Vaticana inſerviunt M.S. huic tabulæ adpromiſſam, breviq; librû, qvo nunc utimur, ſimul cum duobus aliis ad eandem Philoſophiam ſpectantibus, editurum animadvertiſſet.

Hinc igitur aliud fieri non poteſt, ſi qvis perpendat, & rem integram recte animadvertat, qvin ſolicitudo & anxietas in homine eo magis ſit, qvò minùs conſcientiam audiverit ſuam, & ad ejus ſe conformaverit leges: ſerenitas autem animi & gaudium eo celebrius & effuſius ſit, qvò magis pii conatûs qvisqve eſt ſibi conſcius. Qvotqvot enim ſuſpicio habet, Deum in ſe offenſum eſſe, & inſtare vindictam, qvi non ſint meticuloſi, ſoliciti, miſeri, Oedipus mihi velim interpretetur, imò nec Atheiſmi ſectatores qvoqvo modo poſ-

ſunt ſe à *vindictæ ſuſpicione* liberare. Contendant enim, licet argumenta non eſſe demonſtrativa, qvibus ſummi Numinis eſſentia affirmatur, hoc tamen maximè *verïſimile* eſſe, mundum non ſine Numine conſiſtere, neqve ipſi dubitant. Neqve enim *ipſi* contrarium, Deum ſcilicet non eſſe, qvacunqve rationis ſpecie poſſunt obtendere: *Suſpicio* igitur, apud impios ultionis inſecuturæ neqvitiam non commorari; ex *ſuſpicione* ſolicitudo, metus, anxietas, & qvæcunq; animi ſerenitatem & gaudia plurimùm interturbant. Qvi ſuſpicantur & expectant mala, felices eſſe neqviverint. Hinc vulgaria illa: *Dat pœnas, qvicunq; expectat: qvisqvis autem meruit, expectat: & malè eſt extra legem viventibus, qvi, qvicqvid meruerunt, ſemper expectant.*

Neqve hæc probabilis argumentatio ab autoritate pendet, aut fide *aſſerentium ſe* (ut Hobbeſii utar Phraſi Leviathan

than p.1. c.15.) *eos cognoviſſe, qvi illos cognoverunt, qvi alios cognoverunt, qvibus infelix peccantiũ ſtatus comperť erat & notus*, verùm in ipsâ hominis fundatur *naturâ*, ut naturale ſit, ſi qvis rem benè perpenderit, de felicitate eorum futurâ, qvi contra naturam peccant, dubitare.

N. 8. *Qvòd Epicurus actionum moralium finem animi ſtatuebat, non corporis, aut ad corpus qvocunq; modo relatam voluptatem, fides ex hiſtoria facta. An ex inſtinctu naturæ, an rationum animadverſione illud in virtutis exercitio perceperit gaudium? An vulgus hominum eodem inſtinctu, an ex rerum diſqviſitione idem generaliter perſentiſcant?*

Hoc à nemine non eſt creditum, Epicurũ in omni tàm πράξει, qvàm προαιρέσει, ad voluptatem reſpexiſſe, eamq;

ita magnifeciſſe, ut unicum omnium in omnibus actionibus & appetitionibus animalium finem eſſe concluſerit. Qværi autem conſvetum eſt, an de voluptate eâ, qvæ individua virtutis eſt comes, animiqve ſolius eſt ſolatium? an potiùs de craſsâ, & ad corpus ſolum relatâ, tàm magnifica & intellexerit, & locutus ſit?

Hiſtoria (qvam teſtem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, nunciam vetuſtatis rectiſſimè compellat Cicero) magis mihi videtur in defendendo Philoſophum, qvàm ratio (licet adverſus Epicurum valida nimis, nec ſpecioſa tantùm hîc occurrat) in oppugnãdo præſtitiſſe. Teſtimonia autem, qvæ ab Hiſtoricis exhibentur, ad duo reduci poſſunt capita:

1. Narrationem ipſius dogmatis, qvod ſuis inſtar textûs fuerit, &

2. Exemplorum, qvæ, ut in textum caſus apud JureConſultos, ſic apud Philoſophos ad uberiorem dogmatis eluci-

da-

Digitized by Google

dationem plurimùm poſſint conducere.

3. Ab omnibus peræqve hiſtoricis, nemine repugnante, Epicuro inter prima hoc præcipuè tribuitur dogma: ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ φρονίμως καὶ δικαίως ζῆν, οὐδὲ καλῶς καὶ δικαίως καὶ φρονίμως ἄνευ τοῦ ἡδέως· συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως, καὶ γὰρ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἐστὶν ἀχώριστον. Laërtius de dogmate Epicuri. Eadem apud Ciceronem exhibetur ſententia Philoſophi, non poſſe, ſcilicet jucundè vivi, niſi ſapienter, honeſtè, juſtèqve vivatur, nec ſapienter, honeſtè, juſtèq; niſi jucundè: rationemqve tàm indiviđui nexûs ibidem exponit Torqvatus, qvia virtute qvotqvot & ſapientiâ deſtituuntur, animos gerunt ſibi ipſis miſerè diffidentes, & ſecum diſcordantes.

Primum igitur eſto ratiocinium, voluptas corporalis ab iis ſemoveri & ſejungi poteſt, qvi ſapienter, honeſtè, juſtèqve vivunt: Epicuri voluptas ab

iis ſeparari non poterat, erat, ut teſtatur hiſtoria, ἀχώριστος; qvidni igitur judicemus affirmare, Epicurum animi eſſe gaudium, qvod non referatur ad corpus, qvamvis apud Ciceronem contradictoria directè proponatur concluſio. Sic etiam, ſi Laërtio fides, ſententiam ſuam ſolebat Philoſophus exponere: Ὅταν, inqvit, λέγωμεν ἡδονὴν τέλος ὑπάρχειν, οὐ τὰς τῶν ἀσώτων ἡδονὰς καὶ τὰς τῶν ἐν ἀπολαύσει κειμένας λέγομεν, ὥς τινες ἀγνοοῦντες καὶ οὐχ ὁμολογοῦντες, καὶ κακῶς ἐνδεχόμενοι νομίζουσιν, ἀλλὰ μήτε ἀλγεῖν τὸ σῶμα, μήτε ταράττεσθαι τὴν ψυχήν. *Cum voluptatem dicamus finem, non luxurioſorum & nepotum voluptates, easq́ᵹ, qvæ in guſtu & ingluvie ſunt poſita, dicimus, ut qvidam ignorantes, aut à noſtra ſententia diſſentientes, aut malè accipientes arbitrantur, ſed non dolere corpore, animoque eſſe imperturbato.* Qvam beatitudinis definitionē Epicuro tribuit Seneca, Ep. 29.

cum

eum celebri ſatis in cauſſa adverſarii teſtimonio, *ſe ſcilicet ſentire de Epicuri voluptate, quòd ſobria & ſicca ſit*, & ſiqvidem ſectæ huic adverſæ patronus adſtipulatur honeſtiori ſententiæ, perinde forte videri alicui poſſit, ac ſi omnes idem confiterentur. Niſi enim rei evidentiâ motus ipſe, neqvicqvam feciſſet.

Caſus ſive exempla, qvibus propriũ ipſe illuſtrat dogma, ſunt, vel ſui ipſius, cùm in extremo vitæ articulo, veſicæ & exulcerati ventris (ut Senecæ utar phraſi) tolerare tormenta, qvæ ulteriorem doloris acceſſionem recipere non poterant, vel Sapientis cujuscunqve ſi in Phalaridis cremaretur tauro; Rebus qvippe ſic ſtantibus, ſeqve ipſum fuiſſe beatum & voluptuarium, ſapientemq;, etiamſi perurat, exclamaturum: *Dulce eſt*, ſi Senecæ fides, affirmat. Qvod ſeipſum autem attinet, Epiſtola ad Hermachum, qvæ apud Ciceronem 2. de Finib. & paſſim extat, abundè fidem fa-

ciet, nec attexere gravabor, cùm brevior ſit. Sic autem habet: *Epicurus Hermacho S. Cùm ageremus vitæ beatum atque eundem ſupremum diem, ſcribebamus hæc: tanti autem morbi aderant veſicæ & viſcerum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſit accedere: compenſabatur tamen animi lætitiâ, quam capiebam memoriâ rationum, inventorumque noſtrorum. Sed tu, ut dignum eſt tuâ erga me & erga Philoſophiam voluntate, fac, ut Metrodori tueare liberos.* An hi cuiqvam ejusmodi videbuntur caſus, ut in his poſiti de aliqvo, qvod ad corpus pertinet, gaudere omninò poſſint? Corporis, juxta Ariſtotelem, virtutes ſunt: Sanitas, Pulchritudo, Robur, Magnitudo, Facultas certandi: at qvî hoc poſſibile, ut qvis ſanitate, pulcritudine, virtute athleticâ, aut aliâ qvapiam corporali facultate, gaudeat aut glorietur, cui ipſum corp⁹ poſt tormenta exhauſta per ſqvallidas & putres corruptionum vices in

ele-

Digitized by Google

elementa ſive atomos ſtatim reducendum ſit; qvidni igitur de animi gaudio intelligamus dicta? qvid perverſâ interpretatione vix ſanum ſatis redderemus corruptiorem? qvidni ipſi credamus autori, ex memoria rationum ſuperioris vitæ, & inventorum à ſe in humani generis bonum, hoc in ultimo vitæ ſtadio emerſiſſe gaudium, diſtinctè aſſerenti? Hic, utcunqve à propoſito ſit alienum, ſubnotare placuit argumenti primarii eorum, qvi voluptatem virtutis finem eſſe negant, infirmitatẽ nimiam. Manlio Torqvato, P. Decio, Leonidæ, Epaminondæ, Regulo, voluptatem adeſſe non poſſe, dicunt: facilè reſpondebit Epicurus, minora hos paſſos mala, qvàm qvi in Phalaridis torqvetur tauro, qvàm qvi extremum vitæ ſpiritum inter veſicæ & exulcerati ventris tormenta duxerit: hos tamen revera extitiſſe, atqve extituros etiam ἐν πάθει ipſo voluptuarios priùs concluſerat. Nec tan-

ti apud me ſunt tot adverſus Epicurum adverſariorum declamationes & criminationes in eum conjectæ, cùm videam omnes ſine difficultate ab Epicureis rejectas. Solebant enim (ut advertit Cicero Tuſc. q. lib. 3.) iſti negare adverſarios intelligere, qvid dicat Epicurus, atqve Epicurus ipſe eos, qvoad ſententiæ ſuæ aſſecutionem affirmat apud Laërtium, *ἀγνοεῖν ἢ κακῶς ἐνδέχεσθαι*. Iniqvum enim cenſui, ſi cui interdictum ſit, ne proprii dogmatis ipſe ſit interpres.

Qvæ oppugnat Epicurum ratio, aciem ſic non ineptè aut leviter inſtruit: Deos non agnoſcis, Epicure, nec immortale elapsâ hac vitâ ævum. Satis enim ex Phyſicis liqvet, non alia à te poni Numina, qvàm qvæ ſemota à rebus noſtris voluptatibus fruantur, & tantùm abſint, ut bonis retribuant benè, malis malè, ut benè promeritis capiantur, aut vindictâ in peſſimos exerceant, ut

ut nullo modo ſe rebus noſtris intermiſcant, aut earum qvalemcunqve gerant curam. Nulla aut ſpes vobis aut timor in morte; qvodnam igitur vobis rationabile ex benè factis, aut in rectè & ſapienter faciendo ſolatiũ? Cæteræ mortalium genti ſic conſcientiæ ſuccidũtur terriculamenta; ſic ad benè de futuro ſperandum aperitur porta, unde gaudiũ, oblectatio & voluptas naturaliter oriri poſſint. Dura, difficilis, aſpera, virtutis via, undiqve periculis obſita. Nulla comparet oblectationis ratio iis, qvi ſibi ipſis interdicunt de mercede aliqva aut beatitudinis proventu, in ſeculo ſubſeqventi expectando. Verùm rectiſſimè ſolemus dicere, qvod ignorantia, qvomodo qvidpiam fieri poſſit, non tollit evidentiam, qvod ſit: Neq; ſi lateat nos ratio, unde exoriri Epicureis potuit gaudium in tàm difficili & periculoſâ virtutis ſectatione, idcircò liqvidiſſimis eorum de rebus, à ſe ſenſatis, contradicen-

cendum eſt teſtimoniis. An dicemus, ſuſpicionem ſaltem eſſe, non obſtante Philoſophiâ, futuri etiam ſeculi? Nam neq; Torqvatus apud Ciceronem diſputans, conſcientiæ horrores, ſupplicia ab immortalibus inferenda, Deorumqve judicia tollit prorſus, ut poſtmodum dicetur: Verùm hoc erit, Epicurum à ſeipſo abſiſtere, utqve rationem ſtatuti à ſe finis in moralibus inveniat, grandis illius & Herculeo labore extructæ Philoſophiæ Phyſicæ propoſitum ſibi finem prorſus demoliri. Qvin potiùs voluptate uſum fruitumq; cedamus hiſtoriæ; Rationi verò, qvod ſine ratione oblectationis factus ſit particeps. Sic infantes, ut priùs obſervatum eſt, & bruta pecora naturaliter & paſtu & venere gaudent. Sic hominum pleriqve iis ipſis actionibus, victu ſcilicet, & veneris uſu delectari ſolent, idqve naturali ſolùm inſtinctu, improviſis penitùs, nec eo inſtanti penſiculatis commodi alicujus

jus

Digitized by Google

jus, aut incommodi, ſibi, aut ſuis, aut toti mundo inſecuturi conſeqventiis. Et revera, ſi de vulgo hominum à me ferenda eſſet ſententia, idem qvod in Epicuro eſt poſſibile, in ipſis certò contigiſſe, aſſererem; Nempe in actionibus ſecundùm virtutem plures oblectationem ipſam ex naturæ inſtinctu, qvàm oblectationis ratione ex rerum naturalium animadverſione percepiſſe.

*Hobbeſii de Felicitate ſententia animadvertitur:* Hobb. Leviath. Part. 1. c. 11. *Felicitas continuus eſt deſiderii ab uno ad aliud objectũ progreſſus, in quibus illi⁹ aſſecutio habet ſe tanquã viam, & mediũ, quo hoc aſſeqvimur: Cujus rei cauſſa eſt, qvòd humani deſiderii objectũ non eſt ſemel tantũ frui, & uno temporis inſtanti, ſed in æternũ ſibi confirmare deſiderii futuri viam; voluntariæ igitur Actiones & affectus hominum non ſolùm ad procurationem, ſed ad certam in vita, quâ acquieſcit quisque, ſtabilitionem tendunt; ita ut ſolùm, quoad vias, ſit diſſenſio.*

Qvod

Qvod ad definitionem felicitatis attinet, poſt ſeriam mentis propriæ inſpectionem affirmo, aliud mihi de me videri, qvàm qvod generaliter de omni felicitate verum dictavit Autor. Non enim mihi conſcius me voluptatem aliqvam, aut felicitatis particulam capere ſolere ex deſiderii actibus. Neq; enim deſiderans ita valeo, ut poſſim me à ſolicitudine liberare. Totus illud Horatii, tanqvam Philoſophicè dictum, approbo:

*Qvi cupiit, metuit qvoq; : porrò,*
*Qvi metuens vivit, liber mihi non*
*erit unqvam.*

Plurimiqve ſunt, qvi illud, crebrâ experientiâ docti, optimum inqvietudinis pharmacum ſunt faſſi, qvàm pauciſſima eorum, qvæ non ſunt in promptu, deſiderare. Magna certè deſiderantes, eouſqve inſeqvuntur ærumnæ, & qvicqvid beatitudini eſt maximè averſum, donec eò perveniat, ut jam de iis aut acqviſitis, aut

aut ſaltem propter certitudinem aſſeqvendi, qvaſi acqviſitis, triumphent.

Liberè fateor, id ſolùm non eſſe in votis, ut ſemel ſimus, ſed ut ſemper beati; inutile verò eſt omne, qvod apud nos eſt, deſiderium ad beatitudinem acqvirendum. Neqve enim cum deſideriis, ſed cum fruendi certitudine abundam⁹, volupes efficimur; qvámqve eſt aut intenſa, aut remiſſa boni acqviſiti perſvaſio, tàm etiam aut intenditur aut remittitur gaudium.

N. 10. *Teſtimonia Ethnicorum de malo, animiq; triſtitiâ, qvæ comitari eos ſolet, qvi à naturæ legibus prævaricati ſunt, cuiq; contraria eſt ea, qvæ in indolentiâ eſt felicitas.*

Pythag. *Vir iniqvus plus mali patitur affectus conſcientiâ, qvàm ille, qvi in corpore caſtigatur, & flagris cæditur.* Stobæus cap. 22.

Plutarch. *Non eſt omninò dicere:*

vi-

*vivus hoc non patiar, ne ſit ſanè; at eſt dicere, vivus hoc non faciam, non mentiar, non veteratoriâ verſutiâ circumſcribendis hominibus utar, non invertam, non inſidioſè captabo. Hoc enim, cùm in nobis ſit poſitum, maximum jam eſt adminiculum erigentibus ſeſe ad animi ſecuritatem. Quomodò vice verſâ facinoroſa conſcientia (inſtar ulceris in corpore) pœnitentiam relinquit in anima lacinantem jugiter ac pervellentem. Nam cùm alias omnes triſtitias ratio tollere ſolita ſit, ſola hæc eadē pœnitentiam facit ſuâ ſponte incitabilem præ pudore, quaſiq; mordicus impetentem ſeſe, atque excarnificantem,* &c. Stobæus Serm. 22. Ex Plutarcho de Anima tradit *Euripides*: Menelaus apud Euripidem, cùm videret Oreſten cæſarie ſqvallidâ & facie deturpatâ afflictè ſe habentem propter interfectam à ſe matrem, ſic inqvirit:

--- Τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσι νόσος;

Quam

*Quam rem pateris? quis te perdit morbus? Reſpondet Oreſtes:* Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δεινʼ εἰργασμένος. *Conſcientia: quòd conſcius ſum, me dira patráſſe.* Euripides in Oreſte. Cujus etiam mentis μιάσματος eſt in Hippolyto mentio, quaſi quo morbus animo atque ægritudo induceretur.

Juvenalis:

*Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi*
*Diſplicet auctori; prima eſt hæc Ultio, quod ſe*
*Judice, nemo nocens abſolvitur, improba quamvis*
*Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.*

Et ad finem ferè:

*- - - Cur tamen hos tu*
*Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti*
*Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,*
*Occultum quatiente animo tortore flagellum?*

*Pa-*

*Pœna autem vehemens, ac multò ſævior illis,*
*Quas & Caditius gravis invenit, aut Rhadamanthus,*
*Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.*
*Perpetua anxietas nec menſæ tempore ceſſat,*
*Faucibus ut morbo ſiccis, interq; molares*
*Difficili creſcente cibo: Sed vina miſellus*
*Expulit, - - - &c.* Juvenal. Satyr. 13.

Chilo: Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· Ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ ἐλύπησε, τὸ δὲ διὰ παντός.

*Damnum elige potiùs, quàm turpe lucrū: Illud enim ſemel ſolùm anxietatem cauſſat, hoc ſemper.* Chilo in Laërtio.

Cicero: *Magna eſt vis conſcientiæ in utramq; partem, ut neque timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccaverint.* Orat. pro Milone.

Si

*Si qvi opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti & muniti eſſe videntur: Deos tamen horrent; easque ipſas ſolicitudines, qvibus earum animi noctes atq; dies exeduntur, à diis immortalibus ſupplicii cauſſâ importari putant. De Finib. 1.*

Seneca: *Securitatis magna portio eſt, nihil iniqvi facere. Confuſam vitam & perturbatam impotentes agunt: Tantum metuunt, quantum nocent, nec ullo tempore vacant. Trepidant enim, cum fecerunt, hærent; conſcientia aliud agere non patitur, ac ſubinde reſpicere ad ſe cogit. Dat pœnas, qvisqvis expectat: qvisqvis autem meruit, expectat. Seneca Epiſt. 105.*

*Hierocles:* Arguit Hierocles, non cuiqvam prodeſſe, perjuriis, cædibus, aut aliis ejusmodi maleficiis, divitias parare, qvòd conſectaneum ſit, *ἢ ἀναισθήτως ἔχειν, vel ſine ſenſu eſſe,* qvod majus exiſtimavit malum, *ἢ εἰς αἴσθησιν ἐγχα-*

ρμέ-

σμένων ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἑλκόμενον στρεβλοῦσθαι τὴν ψυχὴν καὶ δειμαίνειν τὰ ἐν ᾅδου κολαστήρια, *vel admiſſorum conſcientia in eorum ſenſum pertractum animo diſtorqveri, & pœnas inferorum metuere. in Pyth. Carm.*

Pythagoras: Ἀλλὰ τὰ δ᾽ ἐκτελέειν ἅ σε μὴ μετέπειτ᾽ ἀνιήσῃ. *Verùm ea perage, quæ te poſteà non moleſtent:* Ubi ſupponit etiam Pyth. goras dolorem κακοπραξίας comitem.

Poſtqvam Catilina necato filio vacuam domum ſceleſtis Oreſtillæ nuptiis fecerat, qvomodo, precor valuit? qvæ illi exin voluptas? conſulamus Saluſtium: *Animus*, inqvit, *impurus, diis hominibusq; infeſtus neq; vigiliis, neqve qvietibus ſedari poterat, ita conſcientia mentem exagitatam vaſtabat: Igitur color ejus exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus inceſſus, prorſus in facie vultuq; vecordia inerat. Saluſt. in Catilin.*

Scelerati conſcientiâ obſtrepente cùm dormire non poſſint, agitant eos furiæ, non cogitato modo, ſed conſummato parricidio. Curt.

*He-*

Digitized by Google

*Reſpondeo*: De gaudio ex liberalitate, & dolore viciſſim ex injuriæ ſenſu naturaliter promanante, ſatis ex ipſa ſimplicitate pulcrum eſt, qvod habet Heſiodus operum & dierum lib. 11. ad finem:

*Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.*
*Ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅ γε καὶ μέγα δοίῃ,*
*Χαίρει τῷ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.*
*Ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας,*
*Καί τε σμικρὸν ἐὸν, τό γ᾽ ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.*

*Quod vero ſi inquiris, quo ipſi animo rapiunt, impudentiſſimi, & ſi quum vis pertingunt,* quod tamen vehementer cupiunt, [illegible] exultare poſſe.

Pulcherrimum certè utrimque pro voluptatis, tam qvæ in motu, qvàm qvæ in ſta-

ſtatu conſiſtit, teſtimonium. Motus cernitur in τῷ τέρπεσθαι τὸν θυμὸν, καὶ χαίρειν ἄλγεσι: indolentia ex contem- [illegible] ſcil. propter [illegible] inquie- tudine conjicitur.

*Menander*: Ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι,
κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι
ποιεῖ.

*Qui ſibimet alicujus rei eſt conſci⁹,*
*ſit licet audaciſſimus,*
*Conſcientia illum maximè meticu-*
*loſum reddit.*

Plato in primo de Republ. *Quando, inquit, aliquis vicinus morti eſſe videtur, invadit ipſum ſubito metus quidam, & cura eorum, de quibus antea non cogitavit; & ſermones, qui feruntur de inferis, nempe quendam, qui hic alios læſerit, illic pœnas luere oportere, hactenus quidem ridiculi & fabuloſi ſunt viſi, at tunc torquent animum ægrotantis. At qui ipſe, ſive ex ſenectutis infirmitate, ſive aliunde in-*

*inferis vicinior magis, quæ illic aguntur, conſiderat, ſuſpicione itaq; & metu plenus animo verſat ac penſitat, ſi quem læſerit: at ſi deprehenderit, ſe multa injuſtè feciſſe in vita, ex ſomnis, tanquam pueri, crebrò excitatus metuit, ac malâ cum ſpe vivit.*

Ovid. in Faſt.

*Conſcia mens, ut cuique ſua eſt, ita concipit intra*
*Pectora pro facto ſpemq; metumq; ſuo.*

*Ipſæq; quæ finguntur, Erinnyes, nihil aliud ſunt, quàm animi perturbationes, ex malâ conſcientiâ, quæ perpetuò comitantur turpia facta; atq; eâ de cauſſa Erinnyes dicuntur μνήμονες, quòd pœnæ inſecuturæ commonefaciant. Dicitur enim Erinnys ἀπὸ τῆς ἔριδ⊙ κ, τῦ.* Sic Hemming. lib. de Lege naturæ.

**N. 21.** *Teſtimonia Ethnicorum de fælicitate, quam ex honeſtis actionibus captabant ipſi, quæ partim in animi tranquillitate, &*

*vacatione à malæ conſcientiæ ſtimulis, conſequentiq; exinde perturbatione, parùm in gaudio actuali & hilari mentis in lætitiam effuſione conſiſtit.*

Seneca Epiſt. 59. ſic habet: *Jam docebo, quomodo intelligas, te non eſſe ſapientem? Sapiens ille eſt, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcuſſus, cum diis ex pari vivit. Nunc ipſe, te conſule, ſi nunquam mæſtus es, nulla ſpes animum tuum futuri exſpectatione ſolicitat; ſi per dies noctesq; par & æqualis animi tenor erecti & placentis ſibi eſt, perveniſti ad humani boni ſummam. Sed ſi appetis voluptates, & undiq; & omnes, ſcito tantum tibi ex ſapientia, quantum ex gaudio, deeſſe. Ad hoc cupis pervenire, ſed erras, qui inter divitias illuc venturum eſſe te ſperas. Inter honores gaudium, id eſt, inter ſolicitudines quæris? Iſta, quæ ſic petis, tanquam datura lætitiam ac voluptatem, cauſſa dolorum ſunt. Omnes, in-*

*quam,*

quam illi tendunt ad gaudium: ſed unde ſtabile magnumq; conſequantur, ignorant. Ille ex conviviis & luxuria; ille ex ambitione & circumfuſâ clientũ turbá; ille ex amicâ; alius ex ſtudiorum liberalium vanâ oſtentatione, & nihil ſanantibus literis. Omnes iſtos oblectamenta fallacia & brevia decipiunt: ſicut ebrietas, quæ unius horæ hilarem inſaniã longi temporis tædio penſat: ſicut plauſus & acclamationis ſecunda favor, qui magnâ ſolicitudine & partus eſt, & expiandus. Hoc ergo cogita, hunc eſſe ſapientiæ effectum, gaudii æqualitatem. Talis eſt ſapientis animus, qualis mundus ſupra Lunam: ſemper illic ſerenum eſt. Habes ergo, quare velis ſapiens eſſe: quia nunquam ſine gaudio eſt. Gaudium hoc non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientiâ. Non poteſt gaudere, niſi fortis, niſi juſtus, niſi temperans. Quid ergo, inquis, ſtulti ac mali non gaudent? non magis, quam prædam nacti leones, &c. ib.

Maximus Tyrius Diſſertatione 33: Οὐδὲν, inquit, τῶν καλῶν αἱρετὸν ἀπηλλαγμένης ἡδονῆς, καὶ γὰρ ὁ καθ' ἀρετὴν πονῶν ἑκὼν, φιλίᾳ ἡδονῆς πονεῖ παρούσης ἢ προσδοκωμένης. *Nullum, ſi voluptas abſit, appetendum honeſtum, videtur, & qui laborē ſponte ex virtutis ſubit præſcripto, amore voluptatis aut præſentis hoc facit aut futuræ.* Et paulò poſt: Κἂν γὰρ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἐπιθῇς ὄνομα τῆς τούτων αἰτίας, Ἀχιλλεῖ μὲν ἀποθνήσκοντι, καὶ τιμωροῦντι ἀποθανόντι τῷ Πατρόκλῳ φιλίαν· Ἀγαμέμνονι δὲ ἀγρυπνοῦντι καὶ προβουλευομένῳ καὶ προταλαιπωροῦντι, βασιλείαν· τῷ δὲ Ἕκτορι ἐξηγουμένῳ καὶ προμαχομένῳ καὶ ἀριστεύοντι πατρίδος· πάντα ταῦτα ὀνόματα. *Quamvis enim aliis alias cauſſas adſcribas, ut Achilli, cum vindicandi cauſsâ Patrocli lubens moriatur, amicitiam; Agamemnoni vigilanti ante reliquos ac deliberanti, curam regni; Hectori exercitum ducenti, primoq; in acie pu-*

pugnanti ſtrenuéque rem gerenti, patriæ ſalutem: nihil aliud dicis, quàm voluptatis nomina. Et ſtatim: Ἐγὼ τὴν μὲν ἀρετὴν δίδωμι κ. λ. Ego quidem virtutem eſſe concedo: unum verò ex te quæram: An virtutem ſine amore ejus ullo proſequatur animus? Hunc ſi das amorem, voluptatem dediſti. Licèt enim nomen permutes, nec voluptatem voces, ſed gaudium, diverſa nomina admitto, rem tamen ipſam video, voluptatem agnoſco. Quæ quidem effecit, ut Hercules ille, qui multis & mirandis laboribus ſeſe aſſuefecit, & frequentem athletam ſe præſtitit, qui cum belluis certavit, Tyrannos ſtravit, feras aggreſſus eſt, qui cum violentis toties terra congreſſus eſt Imperatoribus, terramq; ſecuram vacuamque monſtris reddidit, & quaſi purgavit, qui Oetam petiit, ignem acceſſit, non alio manuductore, quàm magnis divinisque quibuſdam ipſius voluptatibus, quarum aliæ comitabantur labores, ſequebantur aliæ.



Digitized by Google

*ſponte ſuâ ſubierit hac omnia. Atqui ſolos, qvos ſubit, labores intueris; voluptates verò, qvibus paſcitur, non vides, &c.* ibid.

Euripides: Phædra apud Euripidem in Hippolyto nullis ſe duci illecebris vult, ut lectum conjugalem dehoneſtet -- μόνον δὲ τοῦτο φάσ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ γνώμην δικαίαν καὶ ἀγαθὴν ὅτῳ παρῇ. *Solum hoc ajunt certare cum vitâ -- Si cui adeſt juſta & honeſta mens.* Euripid. in Hippolyto.

Sophocles: *Magna profectò res eſt, ſi qvis de innocentia ſua ſibi conſcius eſt.* Ex Stobæo Serm. 22.

Antiphon: *Conſcium eſſe ſibi in vita ſua -- Nullius criminis, multam voluptatis parit.* Stobæus ibid.

*Socrates rogatus, qvinam tranqvillè viverent? illi, inqvit, qvi nullius abſurditatis ſibi conſcii ſunt.* Stob. ibid. *Cumqve rogaretur à quopiam, qvid eſſet felicitas? Voluptas, inqvit, quam pœnitendo nulla ſeqvitur.* Stob. Serm. 101.

Ci-

Cicero: *Conſcientia rectæ voluntatis maxima conſolatio eſt rerum incommodarum.* A. Torquato Famil. Ep. l. 6. Idem Orat. pro Cluent. ſic: *Si optimorum conſiliorum atq; factorum teſtis in omni vita nobis conſcientia adfuerit, ſine ullo metu ſummâ cum honeſtate vivemus.*

*Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundiſſima eſt.* Cato major. Hinc ille ad Brutum: *Certè non ſuccumbam ſuccumbentibus, nec vincar ab iis qui ſe vinci volunt; experiarq; & tentabo omnia, nec deſiſtam abſtrahere à ſervitute Civitatem noſtrã. Si ſecuta fuerit, quæ debuit, fortuna, gaudebimus omnes; ſin minùs, ego tamen gaudebo.* Et paulò ſuprà: *Mihi quidem ita beatus eſſe videbor, ſi modò conſtanter & perpetuò placebit hoc conſilium, ut relatam putem gratiam pietati meæ.* Cicer. ad Brutum.

*Epaminondas, cùm viciſſet Lacedæmonios apud Mantineam, ſimulque ipſe*

*gravi vulnere exanimari videret ſe; ut primùm deſpexit, quæſivit: ſalvumne eſſet Clypeus? Cùm ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, rogavit: Eſſentne fuſi hoſtes? Cùmq; id quoq;, ut cupiebat, audiſſet, evelli juſſit eam, quâ erat transfixus, haſtam: ita multo ſanguine profuſo (ex ob pulchrè facta in ipſa morte gaudium) in lætitia & victoria eſt mortuus.* Cicer, lib. 2. de Finibus.

Jamb. Διατεταμένως δεῖ πάντως ἔχειν τὴν δόξαν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος ἐάντε μέγας καὶ ἰσχυρὸς, ἐάντε μικρὸς καὶ ἀσθενὴς, καὶ ἐὰν πλουτῇ, καὶ μή· ἐὰν δ' ἄρα πλουτῇ Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον, ᾖ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τε ἐστὶ καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. *Hanc ſententiam firmiter retinere oportet, bonum quidem Virum, ſi temperans ac juſtus ſit, felicem beatumque eſſe, ſive is ſit magnus atq; robuſtus, ſive parvus atq; imbecillus, ſive dives, ſive etiam pauper ſit: ſin au-*

*tam Cynarâ aut Midâ divitiis magis abundet, ſit verò injuſtus, ille & miſer eſt, & anxiè vitam tranſigit.* Protreptic. c. 10. & inſeqventibus, cum pulchritudinem, divitias, corporis valetudinem, ſenſuum acumen, tyrannidem cum facultate omnia ad libitum faciendi, inter reputata bona numerâſſet, deinde hæc omnia habenti accedere immortalitatem etiam ſupponi voluit, concludit tamen: Καὶ τὸ ὁρᾶν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ παράπαν ζῆν, μέγιστον μὲν κακὸν τῷ ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντι, κλ. *Et cernere, & audire, ſenſuqve aliqvid percipere, & in univerſum vivere, maximum qvidem malum eſt toto tempore immortali exiſtenti & poſſidenti omnia, qvæ dicuntur, bona exceptâ juſtitiâ omniq; virtute: minus vero malum, ſi iſta poſſidens, qvàm minimo tempore ſupervivat.* Ratio eſt: ὅτι ὁ ἀδίκως ζῶν καὶ ὑβριστικῶς, ἐξ ἀνάγκης αἰσχρῶς ζῇ· εἰ δ' αἰσχρῶς, καὶ κακῶς, ὥστε καὶ ἀηδῶς

ζῆ, καὶ οὐ συμφερόντως ἑαυτῷ. *Quin quis injuſtè vivit & contumelioſè, neceſſariò etiam turpiter vivit, quod ſi turpiter, ergò etiam malè: itaq; injucundè vivit, & parùm ſibi utiliter.* id. ib.

N. 12. *Quòd ſecundùm naturam ſit, ut dolor ille animi evitetur, & voluptas rectè factis conquiratur, omni ratione & operâ niti.*

*Omne animal*, apud Ciceronem ex Epicuri ſententiâ aſſerit Torqvatus, *ſimul atq; natum ſit, voluptatem appetere, eâqve gaudere, ut ſummo bono; dolorem aſpernari, ut ſummum malum, &, qvantum poſſit, à ſe repellere: neq; opus eſt ratione aut diſputatione, qvamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit; ſentiri autem hoc, ut, calere ignem, nivem eſſe albam, dulce mel: qvorum nihil oportet exqviſitis rationibus confirmare, tantum ſatis eſt admonere.* Cicero de Finibus lib. 1. n. 29.

*Zeno contendere, & magnâ voce dicere*

*cere*

*cere ſolebat: Eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretq; ſe eſſe fruiturum, aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente: aut ſi interveniret, ſi ſummus foret, futurum brevem; ſi productior, plus habiturum jucundi, quam mali: Hæc cogitantem fore beatum; præſertim ſi ante perceptis bonis contentus eſſet, nec deos extimeſceret.* Cicer. Tuſc. q. lib. 3. n. 38. Pulcherrima qvidem, ut mihi videtur, ſententia, niſi, ut ſerpens in caudâ, in extremo venenum traheret. Alibi etiam luculentiſſimæ hac de re extant Gnomæ & revera, ut probat ſatis de Finib. Torqvatus: *Communis videtur anticipatio, voluptatem, dolore vacare, & jucunditate perfundi, per ſe eſſe appetibilia, qvique rejiciunt voluptates, non alia ratione id facere, qvam ut potiores, majoresq; conſeqvantur; qvi dolores lubentes ſubeunt, ut graviores evitent, levioribus ſe ſubmittere.* Hinc etiam ipſis Chriſtianæ fidei

cultoribus natum eſt vitæ cœleſtis poſt mortem deſiderium, qvod voluptate abundet, qvalem nec ſperare Zeno ille poterat. Apud Deum enim gaudii eſſe plenitudinem, narrat Pſaltes, (a.) qvod intenſionem affectus ſpectat, & voluptates in æternum duraturas, ne qvis de earum extenſione dubitaret.

Qvod cùm expeditum ſit, omnem dolorem eſſe fugiendum, jucunditatem & gaudiū per ſe eſſe amplectenda: certè multò magis gaudium ex factis, ſecundùm rationem inſtitutis, eſt appetibile, & bonum; dolor autem & conſcientiæ ob impietatem inqvietudo, malum & aſpernandum ſapienti videbitur. Tritum eſt in Scholis illud, qvod convenit Enti qvà Ens, convenit omni Enti; adeòq; qvod dolori qvà dolor, huic dolori; qvod voluptati, qvà voluptas, huic voluptati neceſſariò competet. Qvòd ſi plures proponantur voluptates, altera ex ſenſu animali, altera ex ratio-

(a.) Pſalm. 16. v. ult.

Digitized by Google

rationali proveniens, eam eſſe ſeqvendam, qvæ ex ratione deducta eſt, antiqvior ſenſit Philoſophia. Qvid ſapienti univerſaliter faciendum ſit, pulcherrimè oſtendit nervoſa & luculentiſſima Marci Antonini, lib. 3. cap. 6. imò tantùm non divina Oratio: Εἰ μὲν κρεῖττον εὑρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀνδρείας, καὶ καθάπαξ τοῦ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου, ἐν οἷς κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν πράσσοντά σε παρέχεται, καὶ ἐν τῇ εἱμαρμένῃ, ἐν τοῖς ἀπροαιρέτοις ἀπονεμομένοις· εἰ τοῦτο, φημὶ, κρεῖσσόν τι ὁρᾷς, ἐπ' ἐκεῖνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπόμενος, τοῦ ἀρίστου εὑρισκομένου ἀπόλαυε· εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος, τάς τε ἰδίας ὁρμὰς ὑποτεταχότος ἑαυτῷ, καὶ τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος, καὶ τῶν αἰσθητικῶν πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ἑαυτὸν ἀφειλκυκότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων προκηδομένου· εἰ τούτου πάντα

τὰ

τὰ ἄλλα μικρότερα ἢ εὐτελέστερα εὑ-
ρίσκεις, μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ, πρὸς
ὃ ῥέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας, οὐκ ἔτι
ἀπερισπάστως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον,
καὶ τὸ σὸν προτιμᾶν δυνήσῃ· ἀντικαθῆ-
σθαι γὰρ τῷ λογικῷ καὶ πολιτικῷ ἀγαθῷ
οὐ θέμις οὐδ' ὁτιοῦν ἑτερογενὲς, οἷον τὸν παρὰ τῶν
πολλῶν ἔπαινον, ἢ ἀρχὰς ἢ πλοῦτον, ἢ
ἀπολαύσεις ἡδονῶν· πάντα ταῦτα, κἂν
πρὸς ὀλίγον ἐναρμόζειν δόξῃ, κατεκρά-
τησεν ἄφνω, καὶ παρήνεγκεν· σὺ δὲ, φη-
μὶ, ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως ἑλοῦ τὸ κρεῖτ-
τον, καὶ τούτου ἀντέχου· κρεῖττον δὲ τὸ συμ-
φέρον, εἰ μὲν τὸ ὡς λογικῷ, τοῦτο τήρει
εἰ δὲ τὸ ὡς ζώῳ, ἀπόφηναι, καὶ ἀτύφως
φύλασσε τὴν κρίσιν μόνον, ὅπως ἀσφα-
λῶς τὴν ἐξέτασιν ποιήσῃ.

*Si quid in vita humana deprehenderis præſtabilius juſtitiâ, veritate, temperantiâ, fortitudine, & , ut uno verbo abſolvam omnia, animo ita affecto, ut in eis, quæ ſecundum rationis dictamen peragenda ſunt, ſibimet ipſi in eis, quæ citra con-*

conſilii proprietatem obveniunt, fato acquieſcat. Si quid, inquam, præſtantius hoc adverteris, eo te vertas, eodemq; tanquam bono præſtantiſſimo, quo fruaris, toto animo fac incumbas. Sin præſtabilius nihil offenderis genio in te collocato, cùm ita fuerit comparatus, ut motus ſuos omnes ſibi ſubjecerit, & viſa quæq; diligenter exploret, & à ſenſuum affectionibus, quod Socrates dicebat, abſtraxerit, Deo autem ſe regendum permiſerit, hominibusque quibusvis curam libens impendat: Si animo ſic affecto inferiora vilioraq; cætera omnia deprehendis, nulli aliæ rei cuiquam locum concedas, ad quam animo devergente ſi inclinaveris quicquam, bonum illud proprium & peculiare tuum, quo minus libere colas præferasq;, obſtabit: bono ſiquidem rationali & publicum ſpectante nihil extraneum exadverſum conſiſtere fas eſt; vulgi, puta, exiſtimationem principatus, divitias, aut vitam voluptuariam. Horum enim quis-

*quicquam, ſi vel minimum adſtringere viſum fuerit, prævalebit confeſtim, & abripiet te. At tu ſimpliciter liberèq; id, quod præſtantius eſt, eligito, eiq; ſtrenue adhæreſcito. Præſtat autem id, quod conducit. Itaq; ſi conducere tibi videbitur, quatenus ratione præditus es, retineas; ſin, quatenus animatus es tantùm, repudies; judiciumq; quò minùs externa rerum facie ſpecieq; corrumpatur, integrum ſervare cura ſit, quò rerum examen exquiſitiùs inſtituas.* In qua Oratione unum ſolum deſidero; rationem ſcilicet, cur rationales animalibus voluptatibus prætulerit, ſunt autem, ut ſibi oſtendit, majores, parabiliores, diuturniores.

N. 13. *An in eo ab Ethnicis ſit peccatum, quod actionum omnium moralium finẽ poſuerunt commodum & voluptatem propriam?*

Ratio dubitandi eſt, quòd omnium finis

finis indubiè ſit Deus; Omnia, quæ fecit ipſe, propter ipſum ſunt; omnia, quæ nos facimus, ad gloriam & honorem ejus fieri oportet.

Concluſ. 1. Concludo tamen, *neminem in eo peccare, quòd felicitatem propriam finem actionum ſuarum poſuerit.* Ratio eſt, quod etiam Chriſtianis hoc ſit permiſſum, & Deo ſub omni adminiſtratione ſervientibus: *Cum per fidem Moſes nobilitatem generis apud Ægyptios repudiavit, potiusq́; elegit ſimul malis vexari cum populo Dei, quàm temporariam voluptate peccati fruitionẽ, intuebatur in præmii retributionem.* Hebr. 11. v. 26. Etiam *domi ſuæ peregrinatus eſt Abraham*, & in tabernaculis per omnem ætatem cum Patriarchis eſt commoratus. Quid verò inde ſibi voluit? *Certè expectabat ita civitatem eam fundamentis firmam, cujus Artifex & Conditor Deus*, ib. v. 9. Quin & huic accenſere numero liceret permagnam illam

illam teſtium nubem, quorum occurrit mentio, qui eminùs conſpicati promiſſam in cœlo patriam, eò omni ratione & per multa rerum diſcrimina ſunt collimati. Qvid gregarios moror? qvid militum primipilos? cùm dux & conſummator fidei Chriſtus ipſe, cùm ſuſtineret crucem, pro propoſito ſibi gaudio eam ſuſtinuiſſe referatur, Hebr. 12. v. 2. cùmqve diſertis verbis ſalus animarum cuiq; τέλος πίστεως in S. S. indicat. 1. Petr. 1. v. 9.

2. Hinc etiam ſecundò concludi poſſit: *Propriam felicitatem reverà eſſe ſcopum ipſum ac finem, ad quem ſancti collimabant, non conſeqvens aliqvid illi ſe-lum & neceſſariò adjunctum fuiſſe.* Dictum enim eſt, Moſen ad μισθαποδοσίαν reſpexiſſe, non ad gloriam Dei, cui conſecutura erat μισθαποδοσία; *Abraham* civitatem ipſam è longinqvo eſt intuitus, non aliqvid, cui civitas ea appendebatur; & Servator pro ipſo, qvod pro-

po-

propoſitum fuerat ei; gaudio, ſeipſum abnegavit, crucemque ſuſtulit: ita ut vis quædam motrix & impulſiva, adeòque cauſa finalis in ipſo gaudio extitiſſe videatur. Quin & ſalus animarum, non conſequens finis, verùm finis ipſe loco citato ab Apoſtolo ſtatuitur. Non tamen ita dicitur finis, ut alios excludat, nec Moſen ad præmii remunerationem ſolam, & Abrahamum ad civitatem ſolam reſpexiſſe, aut Servatorem non ſibi propoſitam (a.) habuiſſe patris etiam gloriam, ut alicubi in ſacro inſpirato textu legimus.

Porrò ſi commodum aut felicitas nobis ita proponatur, ut aſſequi eam poſſimus, impoſſibile eſt, ut non eò feramur. Ita enim naturâ comparati ſumus, ut qvàm beatiſſimè vivere à nobis præ cæteris omnibus id cupiamus unicè; nec poteſt aliud, donec humanam [illegible] hanc

(a.) *Joh. 8. v. 49. 50. inquit Salvator:* Non meam, ſed Patris mei gloriam quæro. *It. Johan. 4. v. 34.* Meus cibus ſive mea voluptas hæc eſt, ut faciam voluntatem illius, qvi me miſit, ut perficiam opus ejus.

hanc non ſeponimus naturam; quæ appetitum movere magnum aliquod, ſi objiciatur, bonum; adeò, ut nulla omninò ſit ratio, cur cauſſalitas eidem detrahatur, aut etiam vitio (cùm Autor naturæ ſapientiſſimus hanc nobis inſeverit φιλαυτίαν) cuipiam, vertatur.

Concl: 37. *Ulterior finis, quàm ſui felicitas, ſunt obſervanda quæcunque gloria Dei ſtatui poſſit; Ita ut felicitas, quæ finis certâ ratione dicitur, non tamen ultimus ſit; ſed ad gloriam Dei ſi comparetur, non pro adjuncto ſolùm, ſed pro media ſit habenda.*

Facile enim hoc videtur ratiocinium, Gloriam Dei æternùm in cœlis celebrare animus mihi eſt, & ſummum præ aliis ſtudium; ad hoc medium eſt prorſus neceſſarium, ut æternâ in Cœlo fruar beatitudine: ad beatitudinem igitur etiam propter gloriam DEI eſt contendendum. Sic etiam in moralibus hæc potuit Ethnici eſſe ſecum conſultatio:

Plus

Digitized by Google

Plurima, ut in honorem ſummi Numinis faciam, imprimis cupio; nihil autem valet, qvi conſcientiæ [illegible] neceſſitus: propter Deum igitur hujusmodi doloris abolitionem ſummoperè curabo. Eâdemqve ratione miniſterio piorum & benignitate ditari exoptare ſanctos, eſt poſſibile, non ſolum, qvia ſic eis, qvæ deſunt, ſupplebuntur, verum potiùs, ut inde exundet aliqvid in gloriam DEI per debitas gratiarum actiones, vid. 2. Cor. 9. v. 11. 12.

Concl. 4. *Plures eſſe poſſunt honeſtiſsimi fines, qvibus adunatis qvis actionem ratione ſummâ moveri poſſit; qvorum tamen finium, ut alter alteri ſubordinetur, non eſt neceſſe.* Obedientiæ intuitus, & commodi ſimul poſſunt ad actum efficiendum concurrere: nihil tamen impedit, qvò minùs ſeorſim utrumvis idem præſtet. In [illegible] ἀδιαφόροις ſufficiens eſt cauſſa, cur qvis actui inſiſtat, qvod commodum ſit, qvod Deus juſſerit.

rit fieri. Ex unico obedientiæ intuitu, qvi rem perficeret, ſecundùm rationem operaretur, adeòqve & gloria Dei, & obedientia ei exhibenda, propria etiam felicitas, ſi ſeorſim ſine ſubordinatione conſideretur, adæqvatè poſſent per ſe, & diſtinctè per modum cauſſæ finalis appetitum movere.

Qvæ tamen conjunxit DEUS, ne qvis ſejungere jam auſit; ſiqve plures concurrant, cur boni ſimus, rationes, ſapientiam Dei eò magis nos venerari par eſt, cui benè placuit, multiplicatis vinculis, iisq; ita naturæ humanæ accommodatis, fortiùs nos ad officia obſtringere. Certè qvoties ſubit animũ, qvod de Socrate dicit Cicero: *Solitum ſcil. eum diras capitib⁹ eorũ imprecari, qvi eam primùm ab honeſto ſtudebant facere divortiũ*, toties magis demiror Philoſophũ, (b) & tantũ non iis ſuccenſeo, qvi idem luculentiori jam ætate moliuntur.

Ca-

(b) Ariſtotelẽ voluptatẽ ab honeſto non ſeparare, ſatis manifeſtũ eſt ex ſuprà adductis. Dicit enim l. 1. c. 9. ad Nicom. Non eſt is vir bon⁹, qvi honeſtis actionibus non delectatur.

Digitized by Google

# CAPUT II.

# DE LEGE NATURÆ, qvòd ſit, & qvæ jubeat.

**N. I.** *De Legis Naturæ exiſtentiâ diſſertatio.*

QVi in Catholicâ qvacunqve de re ſententiâ defendendâ verſantur, abundè ſe præſtitiſſe cogitant, qvoties, contrarias opiniones abſurditatibus eſſe implexas, oſtenderint, ſuam tanqvam bonâ fide diù occupatam atqve poſſeſſam, & communiter obtinentem jam ſententiam, non qvaſi de novo & funditùs ſerunt, ſed curæ ſolum eſt, ut ab externis defendant adverſariorum ictib⁹, & nervos iis præcîdant: Cui vulgò recepto uſui ſi morem gererem, de tabula hac tollenda eſſet manus, &, qvæ contra Hobbeſium, alioſq; legis naturæ impugnatores ſunt dicta, ſufficere deberent.

Non deſunt, qvi principiis humanæ ſpeciei intrinſecum atqve eſſentiale putant, ideòq; prorſus neceſſarium, homines (qvotqvot ſunt) qvasdam (a) anticipationes habere de juſto & injuſto, ſibi invicem ſolùm, non cæteris animalium generibus communes; & proinde hominem ab iis, tanqvam ab Accidentibus, ad formæ humanæ eſſentiam neceſſariis, & in eſſe ſuo conſtitui ſimul, atqve à cæteris diſtingvi; indeq; à Cicerone, cæterisqve Philoſophis dici ſolebat, homines, à brutis, in nullo magis differre, qvàm ingenito nobis à natura juſtitiæ ſenſu. Qvæ huic aſtruendæ opinioni inſervire qveant, cogitari poſſunt hujusmodi: 1. Rationem, ſeu ratiocinandi diſcurrendiqve facultatem, ad hominis eſſentiam ſpectare. 2. Ad hanc potentiam reqviri principiorum cognitionem, qvæ in omni diſcurſu præmitti, & anteponi, ut baſis & fundamentum, argumentationi debent, & facul-

(a) Cic. l. 1. de Natura Deorum.

Digitized by Google

cultatem inſuper deducendi ex his principiis concluſionem.

3. Qvòd ſint in homine principia cognoſcendi, tàm res, qvæ magis ad praxin ſpectant, qvàm qvæ minùs. Principia magis practica ſunt: Non lædendos eſſe innocentes; Fidem eſſe ſervandam, &c. Minùs practica: qvodlibet eſſe vel non eſſe; Totum ſuâ parte eſſe majus; Finem dare bonitatem & appetibilitatem mediis, &c.

4. Qvòd, qvatenus hæc ab homine auferuntur principia, eatenus facultas ratiocinandi tollatur.

5. Qvòd potiſſima pars facultatis ratiocinandi, in principiis ſit ſita, brutaq; animantia etiam arguere aliqvali, (licet imperfectâ) (b) ratione ex aliqvalibus



(b.) Sicut ex diverſis inanimatorum effectibus nullo modo conſeqvitur, inanimatis ineſſe rationem aliqvam, e. g. ignis admotus ſtipulis, eas accendit, admotus lapidi, ſalvum relinquit: Magnes admotus ferro illud attrahit, reliqva non appetit, qvæ diverſitas operationis non ex rationis aliqva analogia oritur, ſed

principiis poſſint, uti faciunt, cùm pa-ſtum & venerem proſeqvuntur, & meditatam contra ſe vim eludunt, & protelant necem.

6. Qvòd qvi tollit congeriem accidentium ad formam rei pertinentium, is & naturam rei minuat, atq; immutet, aliudqve reddat; perinde atqve qvi è numero qvinario unum dempſerit, eſſentiam qvinarii prorſus deſtruit.

7. Qvòd principia de honeſto, & turpi ſint è præcipuis, qvæ humanæ na-

tu-

D ex ſola rerum diſpoſitione, cujus autor eſt Creator Deus: ita nec animalibus rationem tribuere poſſumus, qvod pro diverſitate objectorum diverſas actiones edunt, ac ſi prævia ratiocinatione id fiat. Error autem hic communis ex eo nat' eſſe videtur, qvòd homines multa peragunt, non qvà ratione, ſed qvà ſenſu pollent, concurrente tamen interdum ratione. Vulgus igitur perversè judicans ex ſimilitudine affectuum ſimiles cauſſas colligit, & beſtiam, relicto lapide, carnem vel gramen appetentem, ratiocinandi facultate præditam eſſe, autumat. Hinc & Juſtinianus & JCti brutis jus aliqvod naturæ competere dicunt. *pr. Inſt. de I. N. G. & C. l. 1. §. 3. ff. de Iuſt. & Iur.*

turæ competunt; & proinde vilius, qvàm qvòd jam hominum eſt, genus naſceretur illud, qvodcunqve abſqve iis ſibi connatis gigneretur: verùm nimii laboris opus, qvodq; integrum forteàn volumen expeteret (qvamvis non abstruſa mihi hæc videtur ratio) exiſtentiam legis naturalis à priori, ex hominis perpenſa eſſentia ita demonſtrare, ut ſingulis eorum, qvi in objectionibus exqvirendis angerentur, ingeniis, eſſet, qvod ſatisfaceret: ex ſummi autem & omnipotentis Dei gloriâ, perfectione, bonitate, miſericordiâ, juſtitiâ, vel attributis qvibuscunqve, qvicqvam hac in re, velle deducere, imbecillis mihi videtur animi, aut glorioſi, & in Metaphyſicæ pompâ ſuæ, nimium ſibi adblandientis. Qvæ enim inficiari auſit, Deo infinitam eſſe in creaturas libertatem, (c.)



(c.) Ex libertate Creatoris infinitâ, non ſtatim colligere licet, Deum potuiſſe voluntatem hominis ſine juſti & injuſti notitiis creare; vel ea, qvæ jam juſta ſunt, ut injuſta eſſent, &

potuiſſeq; illũ ab initio, vel notiones de juſto & injuſto nobis indidiſſe, vel pro lubitu & arbitrio, prout viſũ, non indidiſſe, aliterq; noſtrũ genꝰ, neq; his affectibus, aut ratiocinandi peritiâ, conſtituiſſe? Sed, pauciſſimos (puto) invadet ea mentis perverſitas, ut (benè animadverſâ re) nullas eſſe putent naturæ leges, præcipuè, ſi ſua ſibi præcordia ſeveriùs excuſſerint. Nam niſi ſint naturæ leges, ergò neq; naturaliter eſt juſtitia; Voces ſunt, & non-Entis nuda ſolùm nomina; qviqve in Ethicâ verſantur diſciplinâ, perinde faciunt, ac ſi de lupi in vacuo ſaltibus, aut Chimæræ motu, ederent Commentarios. Qvid mihi igitur faciendum? Cùm à Pyrrhonijs motûs exiſtentia negaretur, extendit pedem Philoſophus, & illud coràm exhibuit, qvod in rerum naturâ non fuiſſe fuerat declamatum. Ego itidem, ſi ſingu-

gu-

☞ & ea, qvæ injuſta ſunt, ut juſta eſſent, ſtatuere. Sicut nec argumentari licet à libertate & potentia infinita ad peccati admiſſionem.

Digitized by Google

gulas naturæ leges in medium protule-
ro, id certè fecero, ne, an ſit naturæ lex,
ultrà dubitari poſſit. Neq; parum hac
in re feciſſe videbor, ſi communes qvas-
dam ἐννοίας omnibus ineſſe demon-
ſtrem. Illud autem mentibus ſingulo-
rum ineſſe credendum eſt, qvod ipſi de
ſeipſis deprehendere ſe fatentur. Qvam-
vis enim z. χαλεπὸν ἐπέω νόον ἴδμεναι
ἀνδρὸς, ut dicit Theocritus, propriæ
mentis dictamina, & ſenſus, non ita diſ-
ficile eſt dignoſcere, cùmqve plurimi ſe
excuſſerint hac in re, ut, qvod verum eſt,
invenirent: qvidni λόγον ξυνὸν opti-
mum (de rebus, per ſeipſos, ſenſatis) ve-
ritatis judicaremus κριτήριον. Siqvo
Anomala alicubi atq; exlex degat gens,
efferata moribus, juxta Porphyrii, vel
mente morbidâ, juxta Andronici Rho-
dii phraſin, non oportet inde ἀνθρωπί-
νης καταψεύδεσθαι φύσεως. Ventri e-
nim, & voluptatibus, qvi pecorum, aut,
qvod vilius, ferarum ritu ſe dedunt, ni-
hil otii aut animi habent, qvo in ſede-

ſcendant, aut ſacras (quæ ex intimis præcordiis ſpirant) catecheſes exaudiant: Improbè tamen fecerit, qui cordi inſcriptas eſſe leges negaverit, quòd ipſe, aliud agendo occupatus, ſic in corde ſcriptas, non animadvertit. Neq; enim rerum in nobis exiſtentiæ noſtra adæquata eſt cognitio. Sed ſi verum ſit, quòd advertit Seneca, etiam latrones, & alienarum rerum (contra naturæ dictamina) raptores, malle reperire, aut alio honeſtiori acquirendi modo, res ſibi acquirere, quàm ipſis (quibus utuntur) latrociniis, fatentur palàm, non omnia eſſe naturaliter ἀδιάφορα, aut æqualiter bona; & ſi reverà ἀδιάφορα omnia naturaliter non ſint, ergò natura pulchri indicium exhibet; illud autem indicium lex eſt. Neque notiones haſce pulchri, honeſti, juſti indices, à parentum præceptorumq; ſpeciali inſtitutione, aut vitæ communis uſu, & populi moribus, originem duxiſſe, credi debet. Quomodo enim

enim omnes ad easdem ſic inſtituerentur leges, vitæqve regulas, ſi non communis aliqva hoc dictaret ratio? (d.) Deinde deveſtire nos ipſos notionibus qvibuscunqve receptis, & aliunde hauſtis, atqve exuere illatas nobis leges pro arbitrio poſſumus: Nobis tamen omni acqviſitâ illâ aſcitâqve opinionum ſupellectile, ad libitum denudatis, manet tamen, etiamqve invitis & reluctantib⁹ adhæret, inſixus qvarundam anticipationum ſenſus, veluti in Ethicis, turpe

D 5 eſſe

(d.) In infantibus qvoqve ante omnem diſciplinam oſtendit ſe, ad benè aliis faciendum propenſio qvædam, prudenter à Plutarcho obſervata: Sicut & in ea ætate miſericordia ſponte prorumpit. *H. Grot. de Iur. Bell. & Pac. in Prolegom.* Dum enim ob intellectûs imbecillitatem maleficiorum delicta non agnoſcunt, eosdem, ſi puniuntur, tanqvam innocentes, non eſſe lædendos, autumant. Pueri etiam ludentes, certas leges paciſcuntur, qvibus non parentes à conſortio excluduntur. Ex qvibus evidentiſſimè apparet, principia iſta: *Fidē ſervare, propriæ felicitati ſtudere, benè merenti par retribuere*, &c. non ex adſvefactione naſci, ſed uſu ſaltem excoli, & perfectiora reddi.

eſſe innocentem affligere; in Logicis, contradictoria non poſſe ſimul eſſe vera.

N. 2. *Quòd Ethnici, dictamina rationis ſe ſequi oportere, tanquam naturæ legem & obligatoriam vivendi regulam cogitabant, ut felicitate prædictâ potirentur. Gentilium Teſtimonia.*

Hierocles: Λόγῳ ὀρθῷ πείθεσθαι, καὶ θεῷ ταυτόν ἐστι· τὸ γὰρ λογικὸν γένος εὐμοιρῆσαν τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως ταῦτα βούλεται, ἃ ὁ θεὸς ὁρίζει νόμος, καὶ γίνεται σύμψηφος θεῷ ἡ κατὰ θεὸν διακειμένη ψυχή. *Idem eſt, rationi parere ac Deo. Natura enim, quæ rationis eſt particeps, cùm ſplendorem ſuum ſuamq; lucem ſortita eſt, ea ipſa amplectitur, quæ divina lex ſtatuit, nec diſcrepat à DEI ſententia animus, qui ſecundùm Deum ſe habet.* In verſu 29. Pythag.



Digitized by Google

Pythagoras: Θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν· Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα, *divinum genus eſt mortalibus; quibus, ſacra quæ ſint, natura præmonſtrat omnia.* In quem locum Hierocles: *A Deo oſtenſa multi non vident,* διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις χρῆσθαι, ἃς προσέφυσεν ὁ δημιουργὸς τῷ λογικῷ γένει πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. *Quod communibus notitiis non recte utantur, quas ad ſui cognitionem rationis capaci generi opifex ipſe innaſci voluit.*

Cicero, docti omnes ejus temporis: *Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria; eadem ratio, cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. Itaq; arbitrantur, prudentiam eſſe legem, cujus ea ſit vis, ut recte facere jubeat, vetet delinquere.* Hæc Cicero profeſſè ex ſua, & communi Doctorum ſententiâ, lib. 1. de Legib. de naturæ lege, quam fontem ſtirpemque cæteri ju-

ris, & cujus dictamina, juris principia ſtatuit. *Inter quos ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis eſt, quæ, cùm ſit lex, lege quoque conſociati homines cum diis putandi ſumus.* ibid. 16.

Communem vocat Ariſtoteles legem eam, qvæ eam ſecundùm naturam: *Eſt enim,* inqvit, *aliquid, quod tacito inſtinctu augurantur omnes naturâ commune, juſtum & injuſtum, etiamſi nulla ſocietas inter ipſos interceſſerit, nullaque pactio.* Ubi citat etiam Sophoclis illud: Οὐ γάρ τι νῦν τε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε Ζῇ τῦτο, κὐδεὶς οἶδεν, ἐξ ὅτε φάνη. *Non enim nunc & heri, ſed ſemper olim vixit hoc jus, nec quiſquam novit, ex quo extiterit.* Ariſtot. Rhet. 1. cap. 14. in princip.

Seneca, omnes Stoici: *Non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis Proceribus; Eſt & mihi cenſendi jus, itaq; aliquem ſequar, aliquem jubebo ſententiam dividere; Fortaſſe & poſt omnes citatus,* ni-

*nihil improbabo ex his, quæ priores decreverint, & dicam; hoc amplius cenſeo. Interim quod inter omnes Stoicos convenit, rerum naturæ aſſentior; ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplumq; formari, ſapientia eſt.* Seneca de vita beata cap. 3. Apud quem omnesq; ſimul Stoicos non inſolenne eſt, naturam ducem & legem appellari, & ne quis contra naturam vivat, ſed ad ejus leges ſe componat, præcipi.

Muſonius apud Stobæum Serm. 114. probat, uniuscujusqve naturam unumqvodqve ad ſuam virtutem ducere: De cane, eqvo, brutis & rationalibus, axioma eſſe confirmans.

*Hanc, video, ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neq; hominum ingeniis excogitatam, neq; ſcitum aliqvod eſſe populorum, ſed æternum qviddam, qvod univerſum mundum regeret, imperandi prohibendiq; ſapientia. Nec quia nusquam erat ſcriptum, ut contra omnes ho-*

*ſtium copias, in ponte unus aſſiſteret, à tergoque pontem interſcindi juberet, idcircò minùs Coclitem illam rem geſſiſſe tantam, fortitudinis lege atq; imperio putabimus. Nec ſi regnante Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcircò non contra illam legem ſempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto avocans: quæ non tùm denique incipit lex eſſe, cùm ſcripta eſt, ſed tùm, cùm orta eſt.* Cic. libr. 2. de leg. in princip.

Andronicus Rhodius: Παρ' ἀνθρώποις τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσι, τὸ δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται, εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις, οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει, οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι, ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ.

*Apud homines rectâ ſanâq; mente præditos immutabile eſt jus illud, quod na-*

*naturæ dicitur: qvòd ſi his, qvi morbido diſtortòq; ſunt animo, aliter videtur, nihil ad rem pertinet; nec mentitur, qvi mel dulce eſſe dicit, ideò qvòd ægrotis aliter videatur.*

**N. 3.** *Legis naturæ exiſtentia autoritate ſacræ Scripturæ Eccleſiæq; Chriſtianæ tàm Veteris, qvàm Novæ, ſententiis confirmata.*

(e.) Qvòd qvædam ſint, qvæ communis hominum conſenſus tanqvam honeſta approbet, ex Apoſtoli præcepto liqvidò conſtare poteſt, qvi Rom. 12. verſ. 17. Chriſtianis præcipit, ut illa proſeqvantur, qvæ ſunt ἐνώπιον πάντων τῶν ἀνθρώπων καλά. Qvòd ſi nullum ſit naturaliter honeſtum,

*Nec natura qveat juſto decernere iniqvum,*

ju-

(e.) Ethnicis etiam jura data fuiſſe, probatur ex pœnis, qvibus Deus ipſos delinqventes afficit *Lev. 18. v. 24. & ſeqq. cap. 20. v. 23.* Cainus qvoq; ob fratricidium mortis pœna dignũ ſe eſſe videbat, licet nulla lex de homicidio expreſſè lata eſſet. *Gen. 4. v. 14.*

jubeterit Apoſtolus abſurdum, qvodqve factu ſimpliciter eſſet impoſſibile.

Rom. 2. v. 14. 15. *Gentes, qvæ legem non habent, naturâ, qvæ legis ſunt, faciunt, iſti legem non habentes ſibi ipſis ſunt lex: ut, qvi oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, unâ teſtimonium reddente eorum conſcientiâ, & cogitationibus ſe mutuò accuſantibus, aut etiam defendentibus.*

Imò Rom. 1. v. 32. videtur Apoſtolus, aſſerere eos, qvos tradidit Deus in mentem judicii expertem, ut opplerentur injuſtitiâ, malitiâ, ſcortatione, improbitate, avaritiâ, qviqve pleni etiam facti ſunt invidiâ, cæde, contentione, dolo, malignitate, qvi ſuſurrones, dei oſores, injurioſi, parentibus inobedientes, fœdifragi, charitatis expertes, & cæteris coopertivitiis erant: eos tamen ipſos jus Dei agnoſcere, qvòd ſcil. talia facientes morte ſint digni.

Hæc veritas etiam adſtipulantes ſibi

ſibi habet omnis ætatis Eccleſiæ Doctores: *Juſtinum Martyrem ſecunda pro Chriſtianis Apolog. Clementem Alexandrinum de lege. Tertullianum de Corona militis cap. 6. Origenem in Rom. cap. 2. lib. 2. Chryſoſtomum Homil. 52. cap. ad Rom. Auguſtinum lib. de ſpiritu & litera, cap. 26.*

(Chryſoſt. in Pſal. 147. p. 604.)

Idem etiam ſine ulla refragatione omnes ex omni ſecta juniores affirmant Theologi: *Svarez de legibus lib. 1. c. 5. Num. 9. Item lib. eodem cap. 9. Aquinas 1. 2æ. Quæſt. 91. art. 2. Ibid. Quæſt. 94. art. 3. Commentatoresq; in Rom. 2. v. 14. Bucerus, Bullingerus, Calvinus, Melanchthon.*

Sed cùm nulla ſit firmior argumentationis ſpecies, quàm quæ per inductionem fit particularium, nullus erit tùm hac de re dubitandi locus, cùm infra in capitibus de innocentiâ, fide & gratitudine, &c. id probavero; diſtinctas

ctas ſcilicet extare naturæ leges, qvibus ad virtutes ibi explicatas obligemur.

N. 4. *Definitiones & effectus legis naturalis.*

Definitiones legis naturæ variæ à variis ponuntur, qvoad verba, licet ſenſu parum diſcrepantes. Lex naturalis non malè, inqvit Calvinus, ſic definitur: *Eſt conſcientiæ agnitio inter juſtum & injuſtum ſufficienter diſcernentis, ad tollendum hominib⁹ ignorantiæ prætextum.* Inſt. lib. 2. cap. 2. Num. 22. Alias etiam plures definitiones citat Zanchius, breviores apponam: *Lex naturæ eſt lumen dictamenque illud rationis, qvo inter bonum & malum diſcernimus. 2. Lex naturæ ſententia eſt communis, cui omnes homines pariter aſſentimur, atque adeò, qvam Deus inſculpſit, cujusqve animo ad formandos mores, accommodatiſſima.*

Legis hujus effectus ſunt: homines admonere, qvid faciant vel omittant, damnare vel abſolvere, generatim

tim qvid bonum qvid malum, æqvum & iniqvum, honeſtum & turpe, eòq; qvid perſeqvendum & vitandum ſit, univerſaliter omnes docere, ut traduntur in definitionibus apud Zanchium, qvas brevitati ſtudens omitto. *vid. lib. 2. de lege Dei Theſ. 7. 8.*

Jus naturale ſecundùm Grotium definitur: *Dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui, ex ejus convenientia aut disconvenientia cum natura rationali, ineſſe moralem turpitudinem, aut neceſſitatem moralem, (ac conſeqventer talem actum ab auctore naturæ Deo aut vetari aut præcipi.)* de jure belli lib. 1. c. 1. num. 10.

N. 5. *Hobbeſii adverſaria ſententia, nullam ſcilicet eſſe naturæ legem.*

Hobbeſius, Leviathan, pag. 1. c. 13. *Nullas eſſe leges aſſerit niſi conditas, condi autem poſſe legem, negat, donec de legislatore aliqvo deputando prius conventum fue-*

*fuerit.* Atqve ibid. part. 2. c. 26. *Aſſerit leges naturæ, qvæ in æqvitate, juſtitia, gratitudine, conſiſtunt, & cæteris morum virtutibus, qvæ ab iis dependent, non propriè leges eſſe, ſed qvalitates ſolùm ad pacem & obedientiam diſponentes; cùmque jam Reſpublica eſt inſtituta actualiter, tùm primùm incipiunt* (juxta ipſius dogma) *eſſe leges, qvæ priùs non erant. Obligantur enim ad earum obſervationem non aliundè, qvàm ab ejus placito, cui ſumma rerum poteſtas eſt delata, & proindè, qvæ naturæ dicuntur, civiles etiam leges ſunt.*

Nos contrà affirmamus, illud propriè dici legem, qvo ad actionem aliqvā aut aliqvas ſumus obligati. Naturalis autem conſcientiæ dictamina unumqvemqve obligant, ut ſuprà confirmatum eſt; & proinde leges dici poſſunt. Affirmamus etiam, præcepta cujuscunqve potentis neminem obligare ad obſeqventiam primò & per ſe, ſed qvatenus

nus ex præſtita obedientia rectæ rationis dictaminibus actiones futuræ erunt conformes, qvia ſcilicet illud agendo neminem lædat, gratus eſſe poſſit, fidem præſtet, felicitatem ſuam aut alterius promoveat. Ut autem appareat, qvomodo ex comuni conſenſu conducant hæ notiones ad honeſtè facta, animadvertendum eſt, diſponi aliqvem ad actus ſuos poſſe dupliciter:

Primò, ſine ſenſu obligationis: Sic per naturæ pravitatem, ut auctior fiat res familiaris, inclinatur qvis ad noxam, aut ingratitudinem; tùnq; qvidem verè dici poſſit, ſolas huic adfuiſſe qvalitates ad hos actus diſponentes. Similiter ſi qvis ad ludendum, legendum, venandum, pugnandum, promptior exiſtat.

Secundò, cùm ſenſu obligationis diſponitur qvis, cùm veluti per anticipationes & prolepſes illius, qvod naturaliter eſt honeſtum, ad actum aliqvem inclinatur: nec (qvod vult *Hobbeſius*) ſo-

lùm

Digitized by Google

ſùm nactæ ſunt hæ notiones facultatem diſponendi, ſed ita diſponunt, ut obligationem etiam ſubindicent. Probationem prolixiorē non eſt cur attexam: cùm & generaliter probetur ex iis, qvi dari legem naturæ arguunt; & ſpecialiter, ubi peculiare unumqvodqve naturæ placitum confirmatur. Unicum ſaltem eſt, qvod Hobbeſii cauſsâ hic loci factū velim, ut ſcilicet perſpicuum, qvid velit, fiat, deinde ut argumentorum capita utrinqve videantur. Utrà ſententia ſit verior, lector naturam ſuam percontando exploret. Vera ſententia Hobbeſii his in rebus hæc mihi videtur, hominem naturaliter non ad aliud obligari, qvàm ad ſuiipſius utilitatem qvoqvo modo promovendam: hac ſvadente contrarium, nullas eſſe ad innocentiam, fidem, gratitudinem obligationes. Ad priores virtutes nullam eum ſtatuiſſe obligationem, ſuperiùs allegata probant, ubi ſolùm *qualitates dicuntur ad juſtitiam &*

pa-

*pacem diſponentes*, ad qvas non niſi ex Principis præcepto naſci voluit obligationem, qvibus addi poſſunt, qvæ habet *Leviathan p. 2. c. 13. ad finem. Hæc rationis dictamina* (de juſtitiâ, gratitudine & cæteris loqvitur) *ex uſu hominum leges vocantur; impropriè verò, cùm ſolùm theoremata & concluſiones ſint, de eo, qvod ad propriam conſervationem & tutelam aliqvid confert.*

Dubitârunt autem nonnulli, an eadem de fide affirmaverit, imò ſibi perſvadebant, ſecundùm dictata Hobbeſii, eſſe primitivam aliqvam ſaltem ex pacto obligationem; qvod verò ſecus ſentiat, clarum eſt *Leviath. pag 2. cap. 18. ubi facilem hanc veritatem* vocat, *pacta, cùm verba tantùm ſeu ſpiritus ſint, nullam vim habere, qvâ obligent, contineant, obſtringant, aut protegant quempiam, præter eam ſolam, qvam à publico nacta ſunt gladio* (1.) *à manibus liberis hominum aut hominis, apud qvem ſumma rerum*

*eſt*

*eſt poteſtas*, & pag. 2. c. 14. Signa in contractibus ſunt verba aut actiones, vel, ut plerumqve evenit, utrumqve: atq; hæc ſunt (ut inqvit) *vincula, qvibus ſolent homines obligari & obſtringi, vincula, qvæ nihil habent à natura ſua roboris, (nihil enim frangi facilius poteſt, qvàm promiſſum) ſed abs timore mali alicujus fidei violationi conſecuturi.* Qvot igitur poni poſſunt caſus, in qvibus à fide violatâ nullum reformidari poteſt majus malum, qvod ſtante fide meruimus, tot in caſibus abſiſtere promiſſis, jus ſecundùm Hobbeſium & fas finit, *veluti ſi qvi hominum capitale aliqvod admiſerint facinus, unde à Rege de vita metuant, poſſunt exinde Regi datam fidelitatem juſtè exuere:* imò, ut inqvit Hobbeſius, *Leviath. p. 2. c. 21. jus habent & libertatem combinationes faciendi, & ſibi invicem ſuccurrendi, & mutuam opem ferendi; neq; hoſtilitas, cùm ad defenſionem perſonarum ſit ſuſcepta, omninò eſt injuſta:* &

de cive cap. 2, num. 11. pacta mutuæ fidei fruſtrà eſſe, aſſerit in ſtatu naturæ & invalida.

**N. 6.** *Qvæ inter nos & Hobbeſium de fine & principiis actionum diſcrepantia.*

Convenit, puto, inter omnes, bonum ſive appetibile finem eſſe actionum omnium, & proinde moralium. Finis enim & bonũ (ut phraſi utar Philoſophicâ) (f.) convertuntur. Bonum in fruitione ejus, qvod volupe eſt, & mali abſentiâ conſiſtit, neqve hîc qvidem hæret aqva. Abſentiam mali, voluptatiſqve fruitionem, nulli naturaliter competere, aſſerimus, niſi qvi naturæ dictamina ſecutus eſt: huic tamen certiſſimè competere; neqve hîc fortè reluctabitur Autor. Eſto igitur naturam nobis ingeneraſſe, ita homini connatam,



(f.) Si omne Bonum eſt finis, ſeqvitur etiam omne ens eſſe finem, qvod videtur eſſe abſonum, niſi qvis reſpectu Dei creantis & ſervantis omnia entia hoc intellectum ear.

ita menti inſitas, ut earum notitiam a-
gnoſcere poſſit autorem, quàm ipſam
ſui ipſius Conditorem.

Eſto, notiones has adeò nobis in
practicis eſſe conſpicuas, quàm ſunt in
ſpeculativis illæ: Quodlibet eſt vel non
eſt; Non entis nullæ ſunt actiones: ita
ut, quemadmodū horum veritatem ſa-
tis ac propoſitâ, ſic illorum honeſtatem
cognoſcamus: Sunto notiones hæ di-
rectrices morum, & practica principia
honeſtarum actionum normæ, per quas
ad finem, voluptatem in ſtatu motus
poſitam, rectà contenditur.

Hucusq; ſi fortè inter cogitata no-
ſtra pax fieri & amicitia poſſit, ultra cer-
tè nequit. Unicum quippe vult illud o-
riginarium conſcientiæ naturæque di-
ctamen, ſibi ſcilicet ut quisque bene fa-
ciat, & proinde neminem ad aliud obli-
gari, quàm quod ab hoc placito derivari
poſſit: ita ut lædere innocentes, fidem
frangere, honeſtius cuiquam ſit, quàm
aliud

aliud facere, aut à qvopiam cedere, qvo ipſe incommodetur. Vult ſemper id, qvod noſtrâ intereſt, officio cuicunqve in alios præponi, naturamqve ipſam, ſive naturalem conſcientiam, qvam magis opinione receptam cenſuit, qvàm realiter exiſtentem, nihil primò alterius gratiâ faciendũ dictare, imò nec à qvopiam abſtinere facinore. Qvòd certè ſi concedendum foret, proſperum ac felix ſcelus, virtus non ſolum (qvod præ vitio temporum & aſſentatorum adulatione nimis ſæpè contigit) vocaretur, ſed reverâ, eò qvòd proſperum ac felix ſit, virtus eſſet.

## N. 7. *Argumenta, qvibus Hobbeſii ſententia videtur convelli.*

Qvòd alia ſint, præter philautiam, moralia principia, naturalisqve conſcientiæ, qvæ nos primò obligent, dictamina practica, argumento eſt primò: Qvòd, niſi ejuſmodi eſſent, liceret certè cuiqvam, imò ad officium ſpectaret, vel

ob minimam ſui voluptatem, hominem ſpoliare & occidere, etiam innoxium. Rebus ſic ſtantibus, damnum dare & non dare, qvodcunqve & cuicunqve, facinora eſſent per ſe licita, &, qvod ad praxin attinet, indifferentia. Ingratus & fidem violans, nihil ſe contra honeſtatem, aut bonos mores facere, imo ſecus opinaret, ſiqvidem impunè hujusmodi patrari poſſint facta, ut inde ipſe damnum non ſentiat: ſin commoditas emergat, haberet, cur ſe ob perpetratum ſcelus ſapientiſſimum & optimum cenſeret.

Multi tamen ſunt, qvi non timent poenam, aut conſecuturum aliqvod ſibi diſpendium, aliundè, qvàm per cognitiones, ab his notionibus derivatas; qvibus tamen moleſta ſunt atqve inhoneſta cenſentur hujusmodi flagitia.

Nemo timere Deos potuit punituros ob commiſſa, qvæ credit Deos permiſiſſe, cuiq; non ſubolet, ſe eſſe ad contra-

tra-

tracta obligatum; Nemo gentilium naturaliter, Deum qvicqvam velle, niſi ex dictaminibus conſcientiæ, & ſenſu legis cordibus inſcriptæ, novit: adeòqve ſidenter ſatis concludi poſſit, qvòd pœnæ à Deo inferendæ metus hunc obligationis ſenſum eorum ſaltem mentibus imprimere neqvivit, qvi nullas eſſe naturæ de innocentiâ, fide, gratitudine originarias leges per ſe, nec ab utilitate deductas, cenſuerunt.

Plurimi etiam ſunt, qvi damnum injuriis inſecuturum ab hominum vi proveniens, nullatenus reformidant. Scelus enim ... omnes nôrunt, ita aſtutè ... poſſe ſcelus, ita ſubdolè, ut ſemper ... ant autores, ſæpè per fugam, cæteraqve ... commodatri, evitatur ultio, etiamſi ... ccent, qvi copiis omnibus & milite ... t deſtituti. Potentiores verò ſupra vindictam ſunt, atqve aut bello aut corrupto judice, ſeſe à noxâ vindicant & ... entur. Adeò mille artes & rationes ... mortalium conatus eludendi.

Verbera igitur conſcientiæ, his commiſſis, cùm Reges, hominumque potentiſſimi, & qvi facilè latere, & ſupplicia fugere poſſint, ſentiant (id qvod ex Ethnicorum teſtimoniis probatum datur) non ex fuga mali alterius, quàm qvod per conſcientiæ lumen innoteſcit, mentem per ſe ab his deterreri neqvitiis, validiſſimum mihi videtur argumentum.

Secundò, ſi nulla ſit, niſi qvàm propriæ utilitas, ad juſtitiam obligatio, nullus exiſtere poſſit caſus, in qvo qvis ad aliqvid ſummè & neceſſariò obligetur. Nemo enim neceſſariò obligatur ad utilitatem ſuam, qvia juſtè poſſit ab ea cedere, & juri ſuo commodisq; qvibuscunque ad placitum & pro arbitrio renunciare, ut infra concluſum videri poſſit. Si autem commodis ſuis renunciare qvis poſſit, nec ad aliud obligemur, qvàm ad commoda: ergò omnia, ad qvæ obligamur, abjicere & vilipendere fas eſt & poſſibile. Naturæqve lex, qvæ indiſpen-

diſpenſabilis dici ſolet, non minus ne-
ctit nodum, qvàm qvi à qvopiam pro
ſibitu ſolvi & laxari poſſit. Nec qvi à
propriis ceſſit bonis, qvamvis impru-
dens fortean, injuſtus aut impius uſpiam
audiit.

Tertiò, nulla mihi ſuppetit ratio,
cur Ethnicis minus fidem adhiberem,
ſenſum horum dictaminum, à φιλαυτίᾳ
ut inunctum, in ſe fatentibus. Neq; e-
nim dubitavit Apoſtolus, ſpiritum ho-
minis, qvi in eo eſt, ea cognoſcere, qvæ
hominum ſunt, præſertim cum ſummum
omnino urgeat argumentum, qvo ſe
tueantur, qvibus adverſaria placet ſen-
tentia. Volunt, omnia morum piâ ne-
gotia per utilitatem debere reſolvi, e-
tiam remorſa conſcientiæ ex innocenter
[illegible], aliasqve juſte factis voluptate.
At at excors ego non capio, qvi Titio
non ſit commodum, dum certiſſime pa-
tere poſſit, patrem ire occiſum, ut in ejus
hæreditatem ſuccederet. Sic enim bo-

ne juxta optimo appetibilia citiſſimè acqvireret. Cùm autem hujusmodi facta non ſinat mens, aut ſaltem ſine dolore non ſinat, abundè liqvet, tàm aliis, qvàm mihi ipſi à conſcientia eſſe conſultum, eâqve ratione, in unoqvoqve poſita eſſe à natura dictamina, ut non modò officii ſui gratiâ faciendi, ſed in humani generis commodum, eadem effectrice, [illegible] [illegible]. Qvi enim nos, ad felicitatem propriam ut ordinaremus actiones, inſtruxit, idem naturæ genitus & pater, non qvoqve modo eam indipiſcendam voluit, verùm ſic, ut omnium utilitati hæc inſtitutio conduceret. Qvi [illegible] finem præmonſtravit, etiam viam ad propoſitum finem conſtratam; à qva qvicunqve aberraret, conſeqvi non poſſet ſcopum (illuſtres de juſto & injuſto anticipationes inferendo, & ſuſpicionem futuri judicii ingenerando) viſus eſt indicare.

**N. 8.** *Quod in hoc argumento, ſcilic. de juſtitiæ colendæ ratione, videatur Hobbeſius Torquato Epicureo apud Ciceronem aliquantum corruptior.*

Torquatus apud Ciceronem C. de fin. 1. mentem Epicuri de ratione, cur quis actiones ſuas ad juſtitiæ normam componeret, ſic exponit: *quemadmodũ ſapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas eſſe docui cum voluptate, ut ab ea nullo modo nec divelli, nec diſtrahi poſſint: ſic de juſtitia judicandum eſt, quæ non modo nunquam nocet cuiquam, ſed contra ſemper impertit aliquid cum ſua vi atque natura, quod tranquillet animos, tum ſpe nihil earum rerum defuturum, quas natura non depravata deſiderat. Quemadmodum temeritas & libido & ignavia ſemper animum excruciant, ſemperque ſollicitant, turbulentæque ſunt: ſic cujus in mentem conſedit, hoc ipſo, quod adeſt, turbulenta non poteſt fieri; & ſi verò molita*

*quippiam eſt, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidit, id fore ſemper occultum. Plerumq; improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atq; fama; tum accuſator, tum judex. Multi etiam, ut, te conſule, ipſi ſe indicaverunt. Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſeptus eſſe videretur: Deorum tamen horrent, eaſq; ipſas ſollicitudines, quibus eorum animi noctes atq; dies exeduntur, a diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. Quæ autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ moleſtias acceſſio fieri poteſt, quanta ad augendas, cum conſcientia factorum, tum pœna legum, odioque civium? Tamen in quibuſdam neq; pecuniæ modus eſt, neq; honoris, neq; imperii, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum, quas nulla præda umquam improbe parta minuit, ſed auget potius, atq; inflammat, ut coercendi potius, quam dedocendi eſſe, videantur. Invenit igitur vera ratio bene*

*ſanos*

*ſanos ad juſtitiam, æquitatem, fidem: Neque homini impotenti aut infanti injuſte facta conducunt, qui nec facile efficere poſſit, quod conetur, nec obtinere, ſi effecerit: Et opes vel fortunæ, vel ingenii liberalitati potius conveniunt, qua qui utuntur, benevolentiam conciliant, &, quod aptiſſimum eſt ad quiete vivendum, caritatem præſertim, cum omnino nulla ſit cauſſa peccandi. Quæ enim cupiditates a natura proficiſcuntur, facile explentur ſine ulla injuria: quæ autem inanes ſunt, his parendum non eſt. Nihil enim deſiderabile concupiſcunt; pluſq; in ipſa injuria detrimenti eſt, quam in his rebus emolumenti, quæ injuria pariuntur.*

Quod dicit Torquatus, immunitos ab hominum vindicta deos timere, animoque habere dies noctesque ob ſollicitudinem ſceleris, neque unquam ex improbe factis, ad minuendas vitæ moleſtias, acceſſionem fieri poſſe, quanta ſit augenda ex conſcientia factorum, per-

pœnâ legum, odio civium, longè, (ſi quid ipſe video) Hobbeſiano dogmate, ſanius & ſalubrius eſt. Alias enim rationes, cur quis naturam ſequatur, eaſque in jucunditate aliquâ fundari, ſupra docui ab omnibus confeſſum. Potiſſimam tamen non repudiat Epicureus cauſſam, animi ſcilicet ſerenitatem & voluptatem à conſcientia ſtatutam, quâ, quotquot improbi ſunt & injurii, certiſſimè deſtitui conſentit. Hobbeſius vanum conſcientiæ nomen, opinionesq; eſſe obſtinatas docuit, quæ vulgo ſub tàm venerabili coluntur nomine, Leviath. p. 1. cap. 7. naturam neminem ad innocentiam aut fidem obligâſſe, ſed in ſtatu belli & injuriarum homines ſibi invicē non deos, ſed lupos, pardos & leones reliquiſſe.

§. 9. *Ciceronis de hac controverſia Diſſertatio, alterumq; de Philautiâ, quatenus actionum moralium directrix eſſe poſſit, aut debeat, Philoſophorū ſententiæ.*

Ci-

Digitized by Google

Cicero: *Si,* inqvit Marcus, *juſtitia ſit obtemperatio legibus ſcriptis inſtitutisque populorum, & ſi, ut iidem dicunt, utilitate omnia metienda ſunt, negliget leges, easque perrumpet, ſi poterit, is, qui ſibi eam rem fructuoſam putabit fore: ita fit ut nulla omninò ſit juſtitia, ſi neque naturâ eſt; & ea, quæ propter utilitatem conſtituitur, utilitate aliâ ſublata convellitur.* Cicero de legib. lib. 1. num. 42. & paulò infrà, qvaſi in opinionem Hobbeſii rectà inveheretur, aſſerentis, nullas eſſe naturæ de æqvitate aut juſtitiâ leges: *Si,* inqvit, *populorum juſſis, ſi Principum decretis, ſi ſententiis judicum jura conſtituerentur, jus eſſet latrocinari, jus adulterare, jus teſtamenta falſa ſupponere, ſi hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur.* Num. 49. *Seqvitur,* inqvit, *ut concluſa jam hæc ſit omnis ratio, & jus, & omne honeſtum ſuâ ſponte eſſe expetendum, & per propterque ſe colendas virtutes.* Et paulò infrà: *Ubi beneficus, ſi*

*nemo alterius cauſſa benignè facit? Ubi gratus, ſi non eum ipſum, cui referunt gratiam, ipſi cernunt grati? Ubi ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur, qui etiam deſerendus & abjiciendus eſt, deſperatis emolumentis, ac fructibus? Quòd ſi amicitia per ſe colenda eſt, ſocietas quoque hominum, & æquabilitas, & juſtitia per ſe expetenda. Quòd ni ita eſt juſtitia, nulla eſt. Id enim injuſtiſſimum ipſum eſt, juſtitiæ mercedem quærere. Quid verò de modeſtia? quid de temperantia? quid de continentia? quid de verecundia, pudore pudicitiaque dicemus? Infamiæne metu non eſſe petulantes, an legum & judiciorum? Innocentes ergò & verecundi ſunt, ut benè audiant, & ut rumorem bonum colligant, erubeſcunt, & pudet impudica loqui. At me iſtorum Philoſophorum pudet, qui nullum vitium vitare, niſi judicio ipſo mulctatum, putant.*

Cicero ibidem: *Nemo juſtus eſſe poteſt,*



Digitized by Google

*qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egeſtatem timet; aut qui ea, quæ ſunt contraria æquitati, anteponit.* Offic. 1.
*Error hominum non proborum, cum aliquid, quod utile viſum eſt, arripuit, id continuo ſecernit ab honeſto: hinc ſica; hinc venena; hinc falſa teſtamenta naſcuntur; hinc furta; hinc peculatus, expilationes, direptiones ſociorum & civium; hinc opum nimiarum potentia non ferenda, &c.* lib. 3. de Offic. 116.

Nec apud Ciceronem ſolum præpoſterus ille, & imprudens ſui amor, quo ſine omni honeſtatis, aut officii in alios reſpectu in actiones quascunque ferimur, vitio vertitur, ſed à ſapientibus ubiq; tanquam vitiorum caput & fons, reprehendi ſolet, ut partim ex generalibus, quæ hic apponuntur, partim ex [illegible] ad ſpeciem, quæ infra videri poſſunt, ubi cæteræ virtutes cum Philautia comparantur, clarè eſt cernere.
*Omnium vero maximum quiddam malum*

ſum in multorum hominum animis eſt innatum, cuiꝰ quidem, cum facile ſibi ignoſcant, remedium nullum excogitant. Eſt autem hoc, quod dicere ſolent, quod naturâ ſibi quiſq; amicus eſt, rectéq; eſt, id ita ſe habere; ſed re vera nimius in ſeipſum amor, omnium peccatorum ſemper omnibus eſt cauſſa. Occæcatur quippe circa amatum, qui amat, quapropter qui ſe amat, cum ſeipſum magis, quàm veritatem, honorandum putat, quid juſtum, bonum, ac pulchrum ſit, malè judicat. Plato lib. 5. de legib. ex Stobæo Serm. 21. qui ibi ironicè redarguentem Φιλαυτίαν inducit Demetrium: *Ne capias, inquit continentiæ, unde non decet, ne comedas, ne bibas; ſuſtine, tolera, denique morere potius, quàm quicquam indecori committas. Luxuria verò ſic ſuadet; utere omni libet, quodcunque tibi ſuaviſſimum fuerit. Placetne vicini tui uxor? Miſcere cum ipſa. Pecuniis eges? Accipe mutuò. Mutuatus non potes reſtituere?*

Nihil

Digitized by Google

*Nihil reddito. Fortitudo in bello permanere jubebit, & ordinem ſuum cōnſervare: ſed ingruunt tela; ſuſtinendum eſt. At vulnerabor; tolerato. Sed moriar; morere potius, quàm relinquito aciem. Timiditatis vox è contrà recedere jubet trepidantem: Scutum ægrè fero; abjiciar. Moleſtat me thorax; ergo refodero, &c.* Stobæus Serm. 6. de Timiditate.

Ariſtoteles ex cōmuni ſententia: *Occurrit autē dubitatio, utrum ſeipſum maximè amare oporteat, an aliū quempiam? Solent enim vulgò objurgari, qui ſui ſunt amantiſſimi, ac, quaſi ea res cum turpitudine cōjuncta ſit, φίλαυτοι, id eſt, ſui amantes appellantur: videturq́; homo improbus omnia ſuâ cauſâ agere, eóq; magis, quò ſit vitioſior: Itaq; eum criminantur ac accuſant, quòd nihil agat ſuis rationibus & commodis alienum. Vir bonus autem omnia propter honeſtum agit, & quò ſit melior, eò magis propter honeſtum, & amici cauſâ; ſuum commodum ami-*

tens

*tem negligit, & prætermittit.* de morib. ad Nicom. lib. 9. cap. 8.

Philautiam hîc generaliter vitio datam, ipſe infra improbat Philoſoph. ut ſuo loco comparatione officiorum oſtendimus.

Juvenalis Satyra 8. v. 80. *Ambiguæ ſi quando citabere teſtis*
*Incertæque rei, Phalaris licet imperet ut ſis*
*Falſus, & admoto dictet perjuria tauro,*
*Summum crede nefas animam præferre pudori,*
*Et propter vitam vivendi perdere cauſas.*

Μοὶ, inquit Polybius, [illegible] γνώσονται τῶν ἀνδρῶν, καὶ κοινῇ καὶ [illegible] ἰδίαν, πλεῖον οὐδὲν ποιεῖσθαι τοῦ [illegible]. Polyb. lib. 4.

*Jamblichus ex Philoſophiæ Pythagoricæ ſenſu:* Nemo uſpiam, imò neque Hobbeſius ipſe, legum, juſtitiæ, & Rerumpublicarum benè conſtitutarum commoda atque utilitates inſignes me-

lius expreſſit, qvàm ex Philoſophiæ Pythagoricæ ſenſu Jamblichus Chalcidenſis, nemo melius ἀναρχίας pericula & incommoda. Videatur protrept. c. 18.

Novit tamen eximius veteris Philoſophiæ Myſta, appetibilitatem tàm divinarum in hominibus virtutum, atq; amabilitatem gratioſam, ab adjunctis commodis non prorſus dependere, ſiq; reverà etiam iſtorum ratione deſiderari deberent, & ſtudiis graviter excoli, pulchriorem tamen adhuc ſubeſſe deſiderii, & intimiorem cauſſam ſimul con[illegible]olvit. Χωρὶς δὲ τούτων, inqvit, [illegible] αἱρετὸν ἐστι τὸ δίκαιον [illegible] πρὸς αὐτὸ [illegible] τῶν ἔξωθεν [illegible] Protrept. cap. 18. *Sed hæc ipſa per ſe appetibilis eſt juſtitia, quippe naturâ ipſâ ad eam ipſam nati ſumus: atque ideò licet nihil extrinſecùs adqviratur, accidantq; humana aliqvot diſpen-*

*diſpendia, juſtè tamen facere docet.* Ubi-biq; concludit etiam: *Immortalem Monarchiam ſive Tyrannidem cum poteſtate omnia ad libitum faciendi, ſine juſtitia ipſa, cum externis licet juſtitiæ tegminis, quæ ſupponi poſſunt, commodis, reverà malum eſſe, & vitæ ſtatum deſpicabilem habendum.* Protrept. cap. 19.

Quòd ſi propter hæc commoda expeteretur juſtitia, ex eorum acquiſitione appetitui plenè ſatisfieret. Acquiſito enim fine ceſſare actiones [illegible] in ſcholis juxtà atq; communis vitæ uſu eſt comprobatiſſimum.

Si quis quærat, quomodo ille ſui amor ad vitium & inquietudinem homines ſeducat; ſumma rationis eſt, quòd amor hic quærat, quod appetitui ſatisfaciat: Corrigitur in aliquod, ob affectuum aut intellectûs vitium, apparens bonum (reverà malum) voluptatem puta, ex injuſtè factis, proclivi feramur appetitu; ſui gratia, & præ ſui amore in

ſuum

Eadem malum fertur imprudens homo. Sibi enim gratum facit, quòd illud egerit, quòd ditior, honoratior, jucundior aliquantum aliquandiu evaſit; eſtque eatenus bonum & appetibile, quatenus ei inde benefit. Sed cùm ex accidente, conſcientiæ ſcilicet læſione, majus emergat damnum, ſui amor, amor eſſe non deſinit, ſed cæcus cùm ſit (occæcatur autem, ut vidit Plato, circa amatum, qui amat) vitiorum propè omnium, & proinde anxietatis eſt parens; juxta quod à Chilone eſt notatum, qui præſtans eligi ſæpiùs damnum præcipit, & lucrum turpitudine conjunctum negligi, quod eo caruiſſe lucro unam & ſimplicem faciat; admiſiſſe verò perpetuas atque infinitas anxietates.

**N. 20.** *Quòd ſocietatis appetitus & cuſtodia, quamvis res ſint hominum naturæ acceptiſſimæ, naturalis Juris Fontes unicè minùs aptè ſtatuantur.*

Ipſe

Digitized by Google

Ipſa ratione ſuprà expoſitâ, juris o-
riginem à Deo deduxi, cujus [illegible]
contradicere neqvimus mortales, ſine
vindictæ nobis inſecuturæ metu. Θεο-
μαχεῖν enim qvisqvis aggreditur, ſi-
difficilimum ſibi conſtituit bellum. Na-
turæ autem ſecundùm Stoicos, [illegible]
[illegible] apud Pythagoreos, judicio rectè
conformato apud recentiores, & [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] iisqve inobedire
tantundem eſſe, atqve ipſi Deo idem fa-
cere, & proinde periculoſiſſimum; cùm
contrà ei obſeqvi voluptate de præſenti
& bonâ ſpe de futuro nos oppleat; qvæ
qvidem res communi omnium judicio
maximè videntur expetendæ.

Sunt, qvi juris univerſi originem a-
liundè derivent, nempè (g) à ſocietatis
in homine cupidine, eâqve vel ob impa-
tientiam ſolitudinis, vel periculi metum
in animis hominum oriundâ.

Qvòd natura hominis ſolitudinis
ſit

(g) H. Grot. in Proleg. de I. B. & P.

[illegible], apud Ciceronem de amicitia optimè oſtenditur: *Si quis, inquit, aſperitate & immanitate naturæ Timonem quendam μισάνθρωπον imitaretur: pati tamen non poſſit, ut non acquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. Atque hoc maximè judicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudine uſpiam collocaret, atque ibi ſuppeditans omnium rerum, quas natura ſuppeditat, abundantiam & copiam, hominis omninò aſpiciendi poteſtatē eriperet, quis tam ferreus eſſet, qui eam vitam ferre poſſet?* Memorat etiam illud ab Archytâ Tarentino dici ſolitum: *Si quis cœlum adſcendiſſet, naturamque mundi & pulchritudinem ſiderum perſpexiſſet, inſuavem illam admirationem ei fore: quæ jucundiſſima fuiſſet, ſi aliquem, cui narraret, habuiſſet.*

Hic autem ſocietatis appetitus nequit eſſe fons dictarum notionum, neq; hu-

hujus deſiderii impletio, ſitis judicio[illegible] rectè conformatorum de nemine læ-dendo, fide ſervandâ, gratiis referendis, & ſimilibus. Dictamina enim actiones juxta præceptum eliciendas univerſaliter indicant. Satisfieri autem huic appetitui poſſit, etiamſi unam ſolummodo regionem aut rempubl. benè à te factis tibi demerueris. Piratæ & conjurati Latrones ſuas ſibi habent ſocietates, inter qvos poſſint magnanimiter à ſe geſta enarrare qvotidiè facinora, & proinde iſti ſatisfaciunt cupidini; Dictaminibus autem & judiciis de honeſto non ſatisfaciunt; qvod qvidem liqvidiſſimum videtur argumentum non ad hunc ſolum finem formari in nobis hæc judicia. Potito enim fine, nihil ultra reqviritur in mediis, qvæ ad finem ordinantur.

Alii neceſſitatem communem neceſſitudinis ſtatuunt cauſſam, atqve ab indigentia ſingularium omnes hominũ

ſo-

Digitized by Google

ſocietates unicè emanâſſe; à ſocietatum judicatâ neceſſitate & judicia de moribus proveniſſe. Ita communes à nobis explicandæ ſtatim ἔννοιαι, ad ſocietates inſtituendas homines nullà ratione ipſæ reddebant aptiores, ſed ſocietatum inſtitutio ipſæ notionum exiſtentiæ præbuerunt originem; indigentia ſcilicet abavia genuit metum, metus avia genuit ſocietatem, ſocietas ejusqve cuſtodia genuit dictamina de officiis, adeòqve matrem ſe juri naturali pulchrè comprobavit.

Huic genealogiæ favere videntur, qvæ habet Seneca libr. 4. 5. de beneficiis cap. 18. *Per ſe*, inqvit, *fugienda res eſt, ingratum eſſe, qvoniam nihil æqvè concordiam humani generis diſſociat ac diſtrahit, atqve hoc vitium. Nam quo alio tuti ſumus, qvàm qvod mutuis juvamur officiis? &c.* Nolo in hominem argumentari, aut illud diſſerere, qvomodo qvidqvam poſſit per ſe, atqve idem pro-

pter extrinſecam rationem expeti. Opponam potiùs Senecæ Ciceronem, apud qvem hanc Lælius in ſe ſuſcipit controverſiam. *Num propter imbecillitatem & metum deſideranda ſit amicitia; ut dandis recipiendisq; meritis, qvod qvisq; minùs per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimqve redderet: an eſſet hoc qvidem proprium amicitiæ, ſed antiqvior, & pulchrior, & magis à natura profecta alia cauſſa.* Concludit autem in tàm celebri qvæſtione, *à natura & virtute potius, qvàm imbecillitate eam eſſe ortam, qvodq; amicitia non ſit conſecuta utilitatem ſed utilitas amicitiam. Qvis enim,* inqvit, *eſt, qvi velit, ut aqvè diligat qvenqvam, nec ipſe ab ullo diligatur, circumfluere copiis omnibus, atq; in omnium rerum abundantiâ vivere?* Videantur alia in eximio de amicitiâ libello ſatis ad hanc rem illuſtria. Neqve aliò ſpectare videntur, qvæ in primo de legibus edisserit Marcus. Imprimis enim ſta-

tui

tuit, nos ad juſtitiam eſſe natos, neqve opinione, ſed naturâ, conſtitutum jus. Omnes comitatem, benignitatem, gratum animum & beneficii memorem diligere; ſuperbos, maleficos, crudeles, ingratos, aſpernari & odiſſe: Inde à virtute ductâ ratione genus hominum ſociabile, & anticipationibus de honeſto actualiter jam ſociatũ intelligi, concludit: ita ſcilicet, ut innatæ juſtitiæ conſeqvens ſociabilitas ſit, eiq; per modum effectus ſuam naturali juſtitiæ debeat originem. Imò & ulterius (ne, qvod eſt, diſſimulemus) naturam vult, cùm imprimis has in nobis de honeſto notiones ingenerâſſet, eò reſpexiſſe, ut ſociabiles invicem redderemur. *Seqvi enim inde*, ait, *ad participandum alium alio & communicandum inter omnes juſtos naturâ eſſe factos.* Et veriſſimum eſt, magnam his ineſſe anticipationibus ad ſocietates tuendas vim; & magnam proinde hominibus utilitatem ab iisdem

provenire, honeſtatem autem naturâ procuratrice ortam conſecuta eſt utilitas, non utilitatem honeſtas. Neqve præteriti hæc inanimadverſa velim, aliud eſſe, judicia de moribus in nobis à natura efformata eſſe dicere, eo fine, ut ſocietates tueremur; aliud verò judicia eadem propriâ ratione facta eſſe ad eundem finem effari: qvia media, à nobis inventa, à nobis iterũ jure poſſint rejici, à natura præſcripta non item, niſi naturæ autore nos ipſos duxerim⁹ ſapientiores. 2. Nullibi dicere Ciceronem, unicum hunc eſſe innatæ juſtitiæ & ſolitarium finem, & proinde alios etiam (puta gloriam ſummi Dei, aliaqve humani generis bona) conſtitui poſſe juxta Ciceronem ingeniti hujus virtutum ſeminii fines.

Certiſſimum deniqve eſt, Ciceronem hæc *diverſa* conſtituiſſe *deliberationum genera: primum, cùm poſſit dubitari, honeſtum, an turpe eſſet, de qvo a-*

gi-

*[qu]æreretur: alterum, cùm utile, an inutile.* 3. De Offic. ubi in Panætio hanc diſtributionem extollit, qvæ abſurda ſatis foret, ſi membra dividentia coinciderent, nihilqve honeſtum per ſe foret, aut omninò tale, niſi qvatenus ex utilitate ſvaderetur.

N. 11. *An regula hæc:* [h] Sic erga unumqvemqve agas, qvomodo tecum agi velis, ſi ipſe in eo fueris ſtatu, in qvo eſt ille, qvîcum agis, *ſit ſufficiens ad dirigendum hominem in vitâ communi ad benè agendum?*

*Facilis* (inqvit Hobbeſius) *eſt regula, qvâ qvis ſtatim, an actio inſtans, qvæcunq; ſit, ſive non ſit contra legem naturæ, poſſit dignoſcere. Non alia verò eſt, qvàm ut imaginetur & cogitet factur⁹ aliqvid, ſe*



(h) Hæc regula ex ſententia Salvatoris noſtri ſapientiſſimi, complectitur ſummam Legis & Prophetarum; Matth. 7. v. 12. Luc. 6. v. 31.

*ſe in ejus perſonæ loco poni, qvîcum eſt agendum, & viciſſim alterum in ſuo loco poſitum.* Lib. de corpore polit. p. 1. c. 4. Sect. 9. Leviath. pag. 1. c. 15. & de Cive cap. 3. num. 26.

An verò ſimpliciter accepta, & ſine interpretatione huic uſui hæc poſſit inſervire regula, exemplis experiendum eſt. Sempronius judex de convictis latronibus ſententiam laturus, qværit, qvomodo ſe erga latrones gerere oporteat, qvibus conſtat, ex legibus ſupplicium capitale eſſe infligendum. Regulam conſulat, ipſumqve ſe roget, ſi ipſe latro convictus coram tribunali ſtaret, haberetqve eos judices, qvos jam videt latrocinii reos, an eligeret vitam, an mortem infamem, an vellet ſibi ignoſci, an ſe à judicibus condemnari? Sanè affirmare auſim, pauciſſimos eſſe, qvi, cùm penes ſe ſit vitæ & necis ſuæ poteſtas, vitam (qvicqvid ſit, eo in caſu aut vivere, aut mori) morti non niſi cum ignomi-

nia

rià & dolore obeundæ non præferrent. Si verò ipſe convictus ignoſci ſibi vellet, ergò & juxta regulam debebit, judex cùm ſit, latronibus ignoſcere, qvod, qvàm ſit abſurdum, qviſqve judicet: Mille ejusmodi ſupponi caſus poſſint, veluti ſi qviſpiam indigens à Titio rogaret viginti minas, ſi ex hac, ſine interpretatione, regulâ judiciũ eſſet faciendum, Titium dare oporteret, qvia ipſe, ſi foret indigus, ejusmodi optaret donum. Qvotq; prætereà exſtant caſus, in qvib⁹ plus juſto ſibi favent mortales (favent autẽ plerisq;) in totidẽ videtur hæc regula fallere. (i)

 Ne-

(i) Regula hæc nunqvàm fallet, niſi qvis invertendo reſpectum perſonarum regulæ vim faciat. Si enim, exempli gratia, judex ſententiam laturus latronis condemnandi perſonam induat, & ſimul ipſam regulam exuat, certo certiùs eſt, ſe velle abſolvi. Sed ſi latronis perſonam adſumat, qvi vi hujus regulæ in judicis locum transgreſſus, latrones debitâ pœnâ afficiendos eſſe ſtatueret, tantum abeſt, ut ſe abſolvi cuperet, ut potiùs morte legibus præſcriptâ ſe è medio tolli vellet, ita tamen ne graviori ſupplicio, qvàm par eſt, in ſe animadverteretur.

Neqve ſine conſideratâ perſonæ mutatione valebit hæc regula, qvia tùm ſeqveretur, oportere me, coqvo meo parare prandia, qvia volo, ut ipſe mihi paret; ut ſutori veſtes conſuam, qvia volo, ut ipſe mihi conſuat, & innumera ejusdem farraginis abſurda.

Interpretatio igitur indaganda, nec ſcio, cur non illud Hobbeſii amplexer, Leviathan. pag. 2. cap. 26. ubi ſic, qvaſi ἐν παραφράσει, hanc ipſam exponit: *Illud*, inqvit, *alteri ne feceris, qvod tibi fieri ab alio irrationale putaveris.* Si igitur ratio appellanda ſit, ipſa hæc ſine cognitis rationis dictaminibus nullo modo judicanda eſt ſufficiens regula: nec inutilem facit de placitis naturæ rationalis doctrinam, verùm magis magisq; ad officium cognoſcendum neceſſariam. Declarat Clariſſimus Molinæus, qvâ ratione intelligendam hanc ipſe cenſuit regulam: Qvod faciendum eſt alteri, ut volumus nobis fieri. *Juſtum*, inqvit, *eſt*,

Digitized by Google

*eſt, ut pater faciat filiis, quod vult ſibi fieri à filiis, & honorem deferat parentibus, quem ſibi deferri vult à liberis.* Nempè hæc regula ſic eſt intelligenda: *Faciendum eſſe alteri, quod vellemus nobis fieri, ſi eſſemus in ejus loco & pari conditione, ſuccurrendũ eſſe pauperi, quemadmodũ vellemus nobis ſuccurri, ſi eſſemus pauperes. Quanquam ne hoc quidem caret exceptione. Nam plurimi ſunt pauperes inexplebilis cupiditatis & queruli, quorum cupiditati nulla divitum liberalitas ſatisfacit.* Molin. Eth. libr. 7. c. 2. Et doctiſſimus Præſes Thomas Jackſonus τὸ velle illud intelligi deberi ait, de volendo voluntate regulatâ, voluntate, inordinato ſui amore, & pravis deſideriis non infectâ, ſed cæteris omnibus ſummi Dei mandatis, ordinibus & poteſtatibus, ab eo factis & conſtitutis, ſponte ſuâ obſeqventi. lib. 11. in Fidem Apoſt. cap. 33. Qvæ autem autem aliunde regulari debet voluntas, adæqvata certè

tè atqve unica actionum regula atqve index eſſe neqvit.

**N. 12.** *De morum poſt mentis voluptatem principiis, juris & juſtitiæ fontibus, legibus originariis, vel ſingularibus naturæ humanæ placitis, qvænam ſcilicet ſint, qvibusq; factis acqvieſcat natura, finemq; ſibi præſtiturum, tranqvillitatem animi ejusq; delectationem acqvirere ſtudeat.*

Rerum, qvæ faciendæ, ſunt vel non faciendæ, diſtinctio à judicio intellectûs humani pendet. Qvicqvid enim poſt adhibitam, qvæ maxima adhiberi potuit, deliberationem, vir prudens definivit faciendum, illud omninò faciendum eſt. Ineptum enim eſſet factu, ſi qvis, poſtqvam qvid ſibi expediat atqve officii ſit, inveſtigaverit, in illam inclinaret partem, atqve in eas ſe componeret



Digitized by Google

ret operationes, qvas ſibi non expedire, & contra officium eſſe, perſvaſum habet. Oportet enim qvemq; judicium ſeqvi mentis, qvi, ſi in eo peccaverit, vitium judicii & intellectûs fit, affectuum aut voluntatis neqvaqvam. Cogitat autem & definit rem faciendam homo duplici de cauſſa: Aut qvia actiones haſce, earumqve circumſtantias ipſe intuens, ſibi convenire cognovit; aut qvia alius qvis, qvi magis ſapit, nec vult fallere, has vel illas ſibi convenire indicavit. Qvid enim prudentius, qvàm eum, qvi illud perſpectum habet, qvàmplurima eſſe, qvorum rationes ipſe non poſſit inveſtigare, conſiliûs alterius auſcultare, qvi totam rerum naturam cognitam habet, atq; eo eſt animo, ut obtemperanti faciat, omnia feliciter ſuccedere? Cùm igitur vir prudens ſemper cogitet, illa ſibi eſſe facienda, qvæ ipſe cognovit, ſuâ intereſſe, ut fiant, & ſimiliter ea non minùs, qvæ ſapientior aliqvis amico animo

illi ſignificavit factu optima; natum eſt jus duplex: alterum naturæ, qvod in nobis ſolis eſt ſitum; alterum ex revelatione ſive divinum, cujus origo atqve inveſtigatio in natura humana non ponitur. Jus naturæ humanæ eſt, qvod natura unicuiqve ſvadet faciendum, eò qvod juſtius appareat, & honeſtatis ratione naturæ ſuæ & conſcientiæ magis conveniens.

Placita naturæ prima, ex qvibus cæteræ ejus leges, ut immortales concluſiones ab immortalibus principiis derivantur, per qvæ diſtinctæ ſpecies actionum honeſtarum ſtatuuntur, & qvisqve, qvid ſibi conveniat, poſſit judicium facere, qvantum nunc aſſeqvor ſeptem ſolùm videntur, ſcilicet:

1. Nemini innocenti damnum inferre.

2. Fidem ſervare.

3. Benè merenti par retribuere.

4. Ea facere, qvæ propriâ promovent felicitatem.

5. Prolem procreare qvàm maximè felicem.

6. Conſangvineis benefacere benè moratis.

7. Hominib⁹ prodeſſe ſangvine non conjunctis.

Hæ ſunt communes ἔννοιαι, & ſolæ (qvantũ nunc aſſeqvor) conſcientiæ naturalis, qvæ unicuiq; ineſt, de honeſtate, eoq;, qvod in hominum vita pulchrũ eſt ac decorum, dictamine. Si qvis hæc ad Ethicam vulgarem velit adaptare, neſcio, qvo poſſint commodiùs vocabulo notari, qvàm ſi dicantur ὁρισμοὶ ἀνδρὸς φρονίμου τὸ μέσον, ὡς ὁ λόγος ὀρθὸς κελεύει. Virtutem enim definit ita Ariſtoteles, ut indicet objecta, circa qvæ verſetur, & omnium à latere vitiorum deſignet nomina. Eth. lib. 2. cap. 4. & alibi. Qvàm procul verò ab iis extremis abſiſtendum ſit, ut à virtute denominetur actio, non definit, reliqvitq; ad rationem, mentem, conſcientiam

prudentis ſeu viri boni. Audacius forſan noſtrum hoc cenſebitur conamen; hic verò ejus ſcopus eſt, ut, qvid in iis, qvi ab Ariſtotele ponuntur, caſibus & cæteris omnibus, honeſtiſſimè fiat, videatur. Facilè hîc labi poſſim, ſed nolim qvicqvam à me ſcriptum, qvod, cùm ratio juſſerit, aut carpi indignetur aut corrigi.

Cùmqve hæc inſita dicam, non ita velim, qvis me interpretetur, qvaſi animum ſemper in illa propendere dicerem. Sæpè enim viſum eſt, homines in omnes vitiorũ ſordes miro qvodam oblectamento ſe conjicere, atqve in iis verſari. Mihi tamen non videntur approbare ipſa, qvæ patrant, facta, ubi de honeſto, juſto, & naturæ ſuæ digno qvæſtio fit: ſed potiores illos, honeſtioresqve, & à morum turpitudine exiſtimare remotiores, qvi hæc ad amuſſim obſervare conantur placita. Nunqvam tamen novi, eos ſibi non complacere,

(de

(de ψυχικοῖς loqvor) qvi mores ſuos ad hanc normam conformaverunt, ſaltem in iis actionibus, qvibus ſe, atq; eatenus, qvatenus ſe (qvis verò in omnibus aut in aliqvo perfectè naturam ſeqvitur?) præſtiterunt conformes. Si qvi ſunt, qvi legum naturalium ulterius promovere pomœria ſtuduerunt, ſoli ferè ſunt, cæterumq; humanum genus intuentur ſibi in ſingulari qvoqve dogmate reclamantes. Nec ratio eſt, cur in iis proferendis hæream, in qvibus noſtræ accedit opinioni, eiqve poſt ſeria conſilia judiciaqve factæ, communis ferè omnium ſententia & catholica adſtipulatur autoritas.

## CAPUT III.

# DE INNOCENTIA ad innocentes extendenda.

N. 1. *Primum naturæ placitum de innocentia generaliter præcipit, ne quis alterum lædat innocentem.*

PEr lædere nihil aliud intelligo, quàm damnum inferre, vel conditionem alicuj' deteriorem reddere, ſive aliqvid facere, qvo qvid, qvod proprium alicujus erat, & qvicqvam ad felicitatem ejus conferre poſſit, detraheretur.

N. 2. *Teſtimonia Gentilium, qvibus probatur, eum inhoneſtè & turpiter agere, ſi qvis innocentem lædat.*

Cicero: *Legibus populorum conſtitutum eſt, ut non liceret ſui commodi cauſ-*

Digitized by Google

*cauſâ nocere alteri, atqve hoc multo magis exigit ipſa naturæ ratio, quæ eſt lex divina & humana: cui parere qvi velit (omnes autem parebunt, qvi ſecundum naturam volent vivere) nunqvam committet, ut alienum appetat, & id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat.*

*Nonne igitur ſapiens, ſi fame ipſe conficiatur, abſtulerit cibum alteri, ſibi ad nullam rem utili? Minime verò. Non enim mihi eſt vita mea utilior, quàm animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratiâ.* de Offic. 3. ubi prolixa exſtat plenaqve hac de re diſſertatio: & de Finib. 2. *Honeſtum eſſe, id eſt, detractâ omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibusqve per ſe ipſum laudabile, non audire cuiqvam aut dicto protervo aut facto nocere.*

Scitè Chryſippus, ut multa: *Qvi ſtadium,* inqvit, *currit, & niti & contendere debet, qvàm maximè poſſit, ut vincat; ſupplantare eum, qvîcum certat, aut ma-*

*manu depellere, nullo modo debet: Sic in vitâ ſibi quemque petere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt, alteri ſubripere jus non eſt.* Citatum à Cicerone de Off. 3.

Plato. Οὔ φημι, ὦ καλλίκλεις, τὸ τύπτεσθαι ἐπὶ κόῤῥης ἀδίκως, αἴσχιστόν τι εἶναι, οὐδέ γε τὸ τέμνεσθαι οὔτε τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν, οὔτε τὸ βαλλάντιον, ἀλλὰ τὸ τύπτειν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ἀδίκως καὶ τέμνειν, καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον, καὶ κλέπτειν γε ἅμα καὶ ἀνδραποδίζεσθαι, καὶ τειχωρυχεῖν, καὶ συλλήβδην, ὅτι οὖν ἀδικεῖν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ, τῷ ἀδικοῦντι καὶ κάκιον καὶ αἴσχιον εἶναι, ἢ ἐμοὶ τῷ ἀδικουμένῳ. *Non dico quidem, O Callicles, pugnis in os cadi injuſtè, turpiſſimum eſſe. neque vel corpus meum ſecari, vel meam crumenam; ſed cadere & me & mea injuſtè & ſecare & turpius & pejus. Furari, inquam, & plagiarium eſſe, & ædes effodere, & (ut uno verbo complectar) qualibet in re injuſtè violare vel me vel*

mea,

*mea, ei, qvi injuriam infert, pejus eſt atqve turpius, qvàm mihi, qvi injuriâ afficior.* Sic Socrates in Gorgiâ Platonis.

Maximus Tyrius in diſſertat. 2. utrum referenda ſit injuria? Ἀδικίαν definit τὴν ἀγαθοῦ ἀφαίρεσιν. *Injuriam ſcil. eſſe boni alicujus ereptionem*, qvomodo nos, qvod noxam aut læſionem dicimus, definire ſatis rectè poſſumus; at de eâ dicit: ὅτι τοῖς ἀδικοῦσι μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία αὐτὴ, καὶ τοῦτ' ἐστὶ πολέμου μεῖζον καὶ τειχῶν ἀφαιρέσεως. Καὶ γῆς δηώσεως καὶ τυραννίδος καταστάσεως. *Qvod injuria ſit iis qvi inferunt malum maximum, & vel bello direptione murorum, vel populationibus terrarum, atque incendiis, vel cujuslibet Tyrannidis everſione pœna gravior.*

Seneca, *Bonus vir eſt, qvi injuriam fecit, noli credere.* De ira, lib. 2. cap 30. *Injuriam facere per ſe vitanda ac fugienda res eſt, cujus turpitudo contra omnia præmia in ſcelus hortantia valet.*

de

Digitized by Google

de benef. l. 4. c. 15. Animadverti par eſt injuriam & illatam noxam idem apud Senecam ſæpius ſignificare, ſic, cum diſſeritur, an in ſapientem cadat injuria? noxam intelligi voluit philoſophus, & ſimiliter in aliis paſſim titulis eodem ſenſu eandem uſurpat voculam.

Pythagoras ab Hierocle interpretatus. Juſticiam Pythagoricam definit Hierocles: ἐν τῷ τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι καὶ βλάπτειν μηδὲ ὠφέλειαν ἑαυτοῦ τὰς τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι συμφοράς. in carm. Pyth. in verſum, Εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε, ubi etiam ſic jubet, οὐδὲ τὰ τῶν πλησίον ἁρπάσῃς, οὐδὲ μηχανήσῃ δυστυχίας ἀνθρώποις, ἵνα μὴ ἀδικῇς ἐν ἔργῳ.

ICti omnes. Pomponius enim inquit: *Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem*. leg. 14. ff. de condict. indeb. & l. 206. ff. de Reg. jur. Cui adſtipulatur & Triphonini illud: *Non licere, ut*

Digitized by Google

*nit ex alienâ jactura lucrum ſibi quis acquirat.* leg. Si qvis 17. §. 4. ff. de inſtitor. act. Illud Ulpiani, qvi *ob alterius neceſſarios uſus commoditatem rei domino invito adimi non vult.* leg. venditor. 13. §. 1. in fin. ff. Comm. prædior. Calliſtrati ex Divi pii reſcripto, *qui diſſentaneum rationi* affirmat, ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν, *invitis dominis in alienis prædiis aucupium facere*, l. 16. ff. de ſerv: præd ruſt: Pauli illud, *qui nihil permitti vel à Principe ſtatuit, niſi quod ſine injuriâ cujusquam fiat.* ff. ne qvid in loco pub. l. 2. §. 10. & §. 16. Qvæ omnes ſententiæ virtualiter, qvod ajunt Logici, in receptiſſimo illo juris præcepto concluduntur, qvo jubemur *neminem lædere*, qvod qvaſi *fundamentum Juſtitiæ templi, & fontem, à quo leges cæteræ manarent, in animis hominum locatum*, deprehendit & connotat Imperator. *Hoc enim juris naturæ eſt, ut ſupra Pomponi-*

*us,*

*us, illius juris, qvod omnibus hominibus inter ſe commune eſt*, ut patet ex ff. de juſt. & jure l. 1. §. 4. l. 2. l. 3. collatis, ubi cauſam tandem addit Florentinus, *cum hominem homini inſidiari aut damnum inferre, Natura tanqvam nefas inhiberet*, hanc ſcil. *qvia cognationem qvandam inter nos ipſa conſtituiſſet*. item l. 10. ff. & §. 3. inſt de l. & l.

*Ariſtoteles*. Nobilis eſt caſus naturalis conſcientiæ, an liceat abortum procurare? Ariſtoteles ſic definit, qvòd ſi is ponetur caſus, ut nemo lædatur, licere: Verba ejus extant Polit. 7. c. 16. Concluſio hæc: Τὸ μὲν ὅσιον καὶ τὸ μὴ διωρισμένον τῇ αἰσθήσει καὶ τῷ ζῆν ἐστι. *Diſtinctio hac in re ejus, qvod liceat, & non liceat, à ſenſu & vita pendet, qvia non poſſunt lædi, donec non ſenſerint, ideò tantiſper licere.* Falſa hæc Ariſtotelis qvod ſit argumentatio, ex vero principio ſuo loco demonſtrabitur. Qvamvis enim Naturæ ſit lex, ne alios lædamus,

ſola

ſola tamen non eſt; aliam qvippe de ſpecie propagandâ, per qvam abortûs provocatio eſt vetita, inſcripſit legem.

N. 3. *De Ανθρωποφαγία & immanibus, prout in hiſtoriâ tam veteri, qvàm nova, exhibentur, qvarundam gentium moribus. De Furtis lege permiſſis, Latrociniis uſu receptis, communi item diffidentiâ, cæterisqve exemplis, qvæ adverſari videntur concluſioni, ſenſum obligationis, ad innocentiam in natura humanâ poſitum, ſtatuenti.*

Jam mihi neceſſum erit in remotiſſimam uſqve deſcendere barbariem, anomalos percontari Hominum, Urbium, gentium, mores, veram juxta atqve putatam evolvere ſcelerum colluviem. Amant enim Legis Naturæ oppugnatores, à non obſervatis morum

ubiqve

ubiqve regulis, ad non exiſtentiam arguere. Romanis, Græcis, humanioribus qvibuſcunqve & manſvetis gentibus, barbaros ſtudioſè opponunt, & peſſima maximo operæ diſpendio exqvirunt exempla: qvæ quidem, qvalia qvalia ſunt, illud mereri videbuntur, ne tanto aggeſta labore, intacta à nobis, & ſicco, qvod ajunt, pede prætereantur. Imprimis rogare ſolent, an mera figmenta & fabulæ ducendæ ſint, qvæ toties in Hiſtoriis occurrunt, & tam recentium, qvàm antiqvarum rerum memoriis, de uſu receptis collaudatiſqve vulgò injuriis, de Cyclopibus, Anthropophagis, immani ſcil. hominum genere, qvi pro lubitu & ſine diſcrimine, congeneres ſibi paſſim depaſçunt, & carnes vorant? Vel ſi ſint, qvi huic vivunt conformiter famæ, an cenſeri poſſint, inſcriptam ſibi habere de innocentiâ legem, vel conſcientiâ deterreri à cæterorum læſione?

Re-

Digitized by Google

Reſpondeo ( ſiqvidem cum levibus graviter nimis agendum non ſit) nuſpiam à me hoc eſſe enunciatum, Inſitum ſcil. eſſe hominum cordibus, ut ab eſu carnium humanarum abſtineant, qvippe dato, qvod hominum corpora hoc victu commodiùs nutrirentur, non video, cur minùs iis veſci liceret, qvàm qvaſi nulli uſui inſervituras in terrâ defodere, aut, qvod in medicina crebrius factitatum eſt, in mumiatis ſpiritibus, magiſteriis, ſalibus, aqvis divinis, oleis, extractis, pulveribus, & cæteris pharmacorum formis, qvaſcunqve humani corporis partes deglutire. Aliud eſt mortui guſtare cadaver, aliud animanti ſentientíqve inferre noxam. Qvis autem morum ſtatus fuerit, qvacunqve loqvantur fide, proferenda tamen ſunt Hiſtoriarum teſtimonia. *Maſſagetis*, inqvit Herodotus, *terminus vitæ nullus eſt propoſitus, ſed ubi qvis admodum ſenuit, convenientes propinqvi, eum im-*

 *mo-*

*molant, & cum eo aliqvot pecudes, quarum carnibus pro epulis, ut caxerunt veſcuntur; quod genus obitûs apud eos beatiſſimum cenſetur. Herod. in Clio. not. ult.* Nulla hîc putabatur læſio, qvia in genus mortis beatiſſimum ſupponebatur. *Berbicca omnes ſeptuageſimum annum egreſſos interficiunt. Ælian. var. hiſt. lib. 4. c. 1.* Ejusmodi etiam complura narrat Herodotus in Thalia *num. 99.* Strabo *lib. 15. de Indis, lib. 11. de Maſſagetis; &c.* His tamen factis ſe ſenes nullâ injuriâ afficere, nec omninò lædere eos, exiſtimabant; aliàs non in chariſſimos qvoſqve affines, amicos, parentes, imò & ſeipſos idem patrâſſent. Nihil autem in Hiſtoriâ manifeſtius, qvàm Barbaros à chariſſiimis veſcendis non abſtinuiſſe. *Erant, qvi parentes proximoſq; , priusqvam annis aut ægritudine in maciem irent, antè velut hoſtias caderent; deinde peremptorum viſcera, tanqvam epulas,*

*hu-*

*haberent. Hoc tamen non ſceleris, ſed pietatis loco numeratum*, aſſerit *Solinus, cap. 65.* Qvæ ferè verba repetit *Pomp. Mela. lib. 3. cap. de India 7. Lex erat Sardoa, ut filii patres, jam ſenio confectos, fuſtibus cæderent, & interemptos ſepelirent.* Ratio legis hæc ſubtexitur: αἰσχρὸν γὰρ ἡγοῦντο, τὸν λίαν ὑπέργηρων ὄντα, ἔτι ζῆν, ὡς πολλὰ ἁμαρτάνοντος τοῦ σώματος τοῦ διὰ τὸ γῆρας πεπονηκότος. *Abſurdum enim ducebant, ſenectute confractum ulteriùs vivere, quod labatur, & multa perperam faciat corpus, ſenectute confractum & maceratum. Ælian. lib. 4. var. hiſt. c. 1.* Qvis credat, hæc animo lædendi à juvenibus eſſe patrata, cùm in parentes ſolùm & chariſſimos hoc factitatum, apud pleroſqve legimus? Certè hi mihi videntur eadem religione ad patres veſcendos teneri, qvâ nos ad ſepeliendos; qvam qvidem ſententiam confirmat hiſtoria, qvæ pulchra extat,

apud Herodotum, *Thal. lib. 3. num. 38. Darius accitos, qui in ſuâ ditione erant, Græcos, percontatus eſt, quantâ pecuniâ vellent defunctis parentibus veſci. Illi negant, ſe ullâ pecuniâ hoc eſſe facturos. Darius ſtatim, Græcis præſentibus, & quæ dicebantur, per interpretem diſcentibus, interrogavit eos Indos, qui Callatiæ nominantur, qui & veſcuntur parentibus, quantum accipere pecuniam vellent, ut Græco more parentes defunctos igne comburerent, Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari jubebant.* En! apud illos ſcelus eſt, apud hos pietas ſumma, hominem humanis viſceribus ſepeliri; ejusqve contrarium adeò impium ducebatur, ut nullâ ad hoc facinus pecuniâ adduci potuerint. Neqve Græci omnes hoc adeò inhumanum factu habuere. Chryſippus (ſi Laertio fides lib. 7.) ſcri-

ſcriptum edidit, qvo defunctos vorare jubet. (k)

Qvòd verò violenta mors depre-henſam ab inferentibus læſionem non arguat, inde conſtare poteſt, qvòd non tantùm filii, & qvicunqve chariores, parentes & qvoſcunqve amicos cæde-rent, ubi conſenuerant, ſed & ipſi ſe-nes violentas ſibi inferre manus ſole-bant, beatius ducentes corpore exce-de-re, qvàm eo decrepito & ſenectute macerato ulterius uti. De Indorum ſapientibus ait Curtius lib. 8. *Apud hos occupare diem fati, pulchrum, & vi-vos ſe cremari jubent: Qvibus autem*

G 3 *ſegnis*

(k) Artemiſia Mauſolum virum amaſſe fertur ſupra omnes amorum fabulas, ultraqve affectionis humanæ fidem. Is Mauſolus Cariæ Rex ubi fato perfunctus inter lamenta & manus uxoris funere magnifico ſepultus eſt; Artemiſia luctu atqve deſiderio mariti fla-grans uxor, oſſa cineremqve ejus mixta odo-ribus contuſaqve in faciem pulveris aqvæ in-didit, ebibitqve. Agellius lib. 10. c. 18. Valer. Max. lib. 4. c. 6.

Digitized by Google

*ſegnis ætas, aut incommoda valetudo eſt, expectatam mortem pro dedecore vitæ habent.* Horum etiam voluntariam mortem narrat Plinius, *lib. 4. c. 19.* De Parthalis, Brachmannis, aut Gymnoſophiſtis, exponunt Interpretes illud Lucani, lib. 3.

> *Quiq; ſuas ſtruxere pyras, vivique calentes*
> *Aſcendere rogos: Proh! quanta eſt gloria genti*
> *Injeciſſe manum fatis, vitaque repletos*
> *Quod ſupereſt, donaſſe Diis?*

De Calano Hiſtoria apud omnes percrebuit. Strabo lib. 15. *Hyperborei, ubi eos vivendi ſatietas, magiſq; tædium cepit, hilares, redimiti ſertis, ſemetipſos ex rupe in mare præcipites dant: id eis funus eximium eſt: ut* Pomp. Mela. *lib. 3. c. 5. ubi de Scythia.* De iisdem Plinius, *Qvod epulati delibutiqve ſe ſenes jam facto præcipites dent in mare. lib. 4. c. 12. num.*

num 85. Qvam etiam hiſtoriam, iisdem ferè verbis, ſed paulo confidentius, narrat Solinus Polyhiſt. *cap. 26.* De Hiſpanis Silius 1. bello Punico.

*Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.*
*Namque ubi transcendit florentes viribus annos,*
*Impatiens ævi ſpernit noviſſe ſenectam,*
*Et fati modus in dextrâ eſt.* ---

Multæ aliæ narrantur gentes, qvibus ita erat ſenectus invíſa, ut potius è vivis excedere utplurimùm elegerint, qvàm illius miſerias perpeti, ut Coi apud Heraclid. de Polit. & Judæorum Sophi, apud Philon. lib. de Abrahamo. Huc ergò tandem res redeat: Antiqvorum fide ſtet (neqve enim putandum eſt, nos, qvot narrationes, tot veritates audiſſe) crebrò eſſe occiſos à juvenibus, qvi præ ætate erant decrepiti.

At ne animo lædendi hoc fieri cenſeatur, eâdem fide ſtet, hoc in chariſſimos factitari, ſolennem hunc eſſe regionum morem, hoc parentes & cæteros ſenes voluiſſe, ( aliâs enim mutuo conſenſu has abrogâſſent leges ) mortem etiam plures hoc caſu ultrò ambisſe, imò & ſibi conſciviſſe: indeqve apparebit hoc facto, ſecundum eorum judicium, non læſos fuiſſe parentes, ſed redditos beatiores. Neqve hæc exempla probant, inſitum eſſe cordibus hominum aliqvorum, licere ſibi alios lædere. Qvi enim qvempiam beatiorem reddit, læſiſſe eum nulla ratione dici poteſt. Ignorabant fortè Gentes hæ, qvid ſenibus ſecundùm rectam rationem optabile, qvidqve bonum; Inhoneſtum verò eſſe, innocentes lædere, qvod ignorabant, nondum liqvet.

At non, animo lædendi, dicet qvis, hæc omnia factitari? Iterum rerum antiqvarum fides poſtuletur. Jul. Solin. cap.

cap. 25. ſic habet, *Poſt Gelonos & Agathyrſos ſunt Anthropophagi, quibus execrandi ſunt cibi humana viſcera; quem morem impia gentis prodit adjacentium terrarum triſtiſſima ſolitudo, quas ob nefarium ritum finitimæ nationes metu profugæ relinqerunt; & ea eſt cauſa, quòd uſque ad mare, quod Tabin vocant, per longitudinem ejus ora, quæ æſtivo orienti adjacet, ſine homine terra ſit, & immenſa deſerta, quoad perveniatur ad Seres.* Huic etiam reſponderi poterit, ἀνθρωποφαγίαν læſionem non arguere, cùm profugos reddat finitimos, cùm ingens hac ratione fiat ſolitudo.

Laborare certè apud me hîc videtur hiſtoriæ veritas, qvippe de hâc ſolitudine altum eſt apud cæteros authores ſilentium. Ptolemæus Anthropophagos ponit variis gentibus circumſeptos: Anthropophagi Abii-Scythæ, Hippophagi, Annibi, Gazinæi,

Rabbanæi, Sizyges, Damnæ, Phialæ, Auſatii, Eſſedones, apud eum non magis diſtant, qvàm ab Hiſpanis Galli, Gallis Belgæ, Belgis Germani. Sed neqvè adeò inſolens eſt iis, qvi hiſtorias ſcribunt de nationibus longè diſſitis, confictas admittere (ne nihil dicatur) narrationes, neqve Barbaris vulgò dictis à Græcis Romaniſqve favebatur adeò, ut prudenter egerit, qvi hujusmodi relationibus cautè crediderit.

Nec ſit, qvi Occidentalis Indiæ incolas, qvorum aliqvi etiam humanis carnibus veſcuntur, eâ mente præditos eſſe dicat, ut juſtum putent, qvoſcunqve ſine diſcrimine lædere, modò proprium promoveant commodum. Ipſi qvippe Tamoij, Braſilienſes, Tuppanbaſſi, Santacruzienſes, & aliæ Americæ Nationes, qvi hoc utuntur victûs genere, non in qvoslibet ſæviunt. Humanitatis enim exempla, qvalia vix apud nos invenimus, videre eſt paſſim in

Com-

Commentariis, qvæ extant, eorum, qvi cum his verſati ſunt: ut in relatione Alvaro Nunez Hiſpani in peregrinationibus à Purchaſio collectis, parte 4. lib. 8. c. 1. §. 2. Knivet Anglus, ſimul cum duodecim Luſitanis, naufragium paſſis, in Tamojos incidit; Interrogantur qvi, & unde ſint? reſpondent 12. ſe eſſe Luſitanos, Knivet ſe Anglum profitetur, mactantur ad cibationem Luſitani, timet de ſe Anglus, jubetur à Tamoijs bono eſſe animo, omnia proſperè illi ceſſura, licet aliter ſociis ceſſiſſet. *Inimicitiam enim* (iqviunt) *nobiſcum exercent* Luſitani, *& quoſcunqve è nobis capere poſſunt, ſervos detinent: veſtra autem gens benè aliqvandò de nobis meruit, te igitur, qvoad poſſumus, tuebimur incolumen.* *Purchaſius* Parte 4. lib. 6. c. 7. §. 3. Petrus Carderius Tuppanbaſſos adire coactus eſt, qvi ſolenniter homines vorant: hos tamen invenit erga ſe admodum humanos.

Purch. parte 4. lib. 6. c. 5. l. §. 5. In hujuſmodi Cyclopicam gentem tantum non incidit Middletonus, qvam audivit univerſis Chriſtianis eſſe infenſam, ſed hâc ratione, qvòd Chriſtiani, qvi Luſitaniam incolunt, multis illos mulctaverant malis. Purch. parte 1. lib. 3 c. 10. §. 2. Braſilienſes, dum feſto ritu homines epulantur, dum lacerant artus, de facto gloriantur: nullos autem hâc ſævitia proſeqvuntur, niſi qvi inimici ſunt, & victos qvoſcunqve eadem crudelitate divexant.

Non igitur Anthropophagis negandum prorſus videtur, ineſſe eam, qvæ ſupra poſita eſt, de innocentia ad innocentes extendendâ anticipationem. A Chriſtianis multa iniqve eſſe paſſos Americæ incolas, nulli non conſtat, qvid mirum igitur, ſi apud eos inter nocentes numerentur? Animis autem tam ab omni humilitate, ut à qvibusdam feruntur, remotis, natura-

lis

obligationis ſenſum aliqvaliter inhærere indicio eſt, qvòd, ſi qvando in Chriſtianos inciderunt, qvos qvoqvo modo â crimine & injuriis reperiebant liberos, benignius humaniusqve (qvidni & amicitiis dicam?) actum ſit.

Nec dicat aliqvis, qvoniam Univerſus hic terrarum Orbis injuriis abundet, igitur credendum eſſe, Naturam humanam hujuſmodi furta, rapinas, homicidia permittere, tanqvam licita: qvippe qvi hæc faciunt, qvoties juſſo examine actiones ſuas æſtimant, αὐτοκατάκριτοι inveniuntur. Illudqve animadvertit Seneca: *Dic*, inqvit, *cuilibet ex iſtis, qvi ex rapto vivunt, an ad illa, qvæ latrociniis & furtis conſeqvuntur, malint ratione bonâ pervenire, optabit ille, cui graſſari & tranſeuntes percutere quæſtus, potiùs illa invenire, qvàm eripere: neminem reperies, qvi non neqvitiæ præmiis ſine neqvitiâ frui malit. Maximum hoc habemus naturæ meri-*

*tum, quod virtus in omnium animos lumen ſuum præmittit: etiam, qui non ſequuntur illam, vident.* Lib. 4. de benefi. c. 17. Velim igitur, ut qvi injuriâ elatos contemplantur, eorum è narcôſi exſuſcitatas interrogent conſcientias, qvis iis fructus facinorum? ut iis cùm neqvitiis conveniat? an nulla experiantur animæ verbera? vel deniqve, ſi altiùs in ſe deſcenderent, an nulla poſſent experiri? Neqve enim ſi minus recognoſcatur menti inſcripta Lex, nullam inſcribi, qvis rectè dixerit, magis qvàm ſi communis ſenſus iſtorum Axiomatum penes eum eſſe denegetur, qvi nondum animadverterat, totum majus eſſe ſuâ parte, aut ſi dempſeris æqvalia æqvalibus, qvæ remanent, fore æqvalia. Certè, niſi injurias ipſa odiſſet natura, iisqve ſine inſeqventis incommodi animadverſione gravaretur, cur aliam qvis acqvirendi rationem proſperis latrociniis raptuiqve impuni

(qvod

(qvod faciunt juxta Senecam improbi) prætulerit, non facile videtur exiſtimare.

Hucuſqve remotiſſimarum tantùm Nationum exemplis reſponſum eſt, qvæ qvidem adeò immania generaliter ſunt viſa, ut iis ſuperaddere qvicqvam ex propinqviorum gentium moribus ſupervacaneum videri poſſit. Sed qvæ objici de Iberis, veteribus Græcis, Phocenſibus, Spartanis etiam à barbarie manſvefactis, Ægyptiis, aliisqve vicinioribus gentibus, poſſunt & ſolent opprobria, intueri nobis neceſſe erit, ne celata macula, nec maturè deterſa, diutius adhæreſcat.

Thucydides de bello P. lib. 1. ad initium, Μίνως inqvit, παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο κλ. *Minos eorum, quos auditu cognovimus, antiquiſſimus, claſſem ſibi comparavit, maximamque partem maris, quod Græcum nunc vocatur* (Caricum prius ſe-

cun-

cundùm Scholiaſtēn nuncupatum ) *in ſuam poteſtatem redegit : præterea, latrones, ut æquum erat, qvoad potuit, è mari ſuſtulit, ut reditus ad ſe faciliùs venirent. Olim enim Græci & Barbari, qvotqvot in continente degebant, mariqve vicini erant, qviqve inſulas incolebant, poſtqvam navibus alii ad alios mare trajicere freqventiùs cœperunt, ſeſe ad latrocinia converterunt, virorum non impotentium ductu,* ( qvod faciebant ) *tum qvæſtus ſui cauſa, tum ut victum pauperibus qværerent : Atqve adorti civitates nullis muris munitas, & qvæ pagatim incolebantur, eas diripiebant, & maximam victus partem hinc ſibi comparabant, cum hoc facinus nondum ignominiam haberet, imò verò non nihil potius gloriæ afferret. Hoc autem nunc etiam cum alii nonnulli, qui in Continente habitant, manifeſtè declarant, quibus decori eſt hoc pulcrè (id* eſt *ſec.* Scholiaſten, Εὐσεβῶς καὶ Φιλαν-

θρώ-

πως, οὔτε γὰρ θεῶν ἀροτηρᾶ ἐλεηλάτουν ἢ ἔκλεπτον, οὔτε νυκτὸς οὔτε μετὰ φόνων ἐποίουν τὴν λῃστείαν) *exercere, tum etiam antiqvi Poetæ, apud qvos illi ultro citroqve navigantes, ubiqve eodem modo interrogantur, nunqvid ſint Latrones? quòd neqve illi, qvos interrogant, factum ut ſe indignum inficientur, neqve illi, qvibus cura eſt ſcire, hoc iis, ut crimen exprobrent. In mediterraneis etiam alii alios prædabantur, & ad hoc uſqve tempus multi Græciæ populi priſco more vivunt, ut apud* Locros, Oſalos, Ætolos, & Acarnânes, & *qvi finitimam horum agro continentem incolunt. Qvinetiam ipſe armorum geſtandorum mos apud hos conſuetudine permanſit. Omnis enim* Græcia *geſtabat arma, tum qvia domicilia nullis munitionibus ſepta habebant, tum etiam qvia tuto ultro citròqve commeare non poterant, & vitæ genus armis geſtandis aſſuetum, ut Barbari, coluerunt; Græciæ autem populi, qvi*

*qui nunc etiam ita vivunt, ſignum dant, ſimilia vitæ inſtituta olim apud omnes* (ſubintelligo Græcos) *fuiſſe.*

Ἴδιον δέ τι παρὰ τοῖς Ἴβηρσι καὶ μάλιστα τοῖς Λυσιτανοῖς ἐπιτηδεύεται. κτλ. *Peculiare quiddam Iberis, & maximè Luſitanis in uſu eſt. Nam qui floridâ inter alios ætate rei familiaris inopiâ maximè premuntur, robore tamen corporis & fiducia præſtant, fortitudinis & armorum viatico inſtructi, in aſperis montium congregantur, validisque collectis agminibus, Iberiam incurſantes, prædando divitias corradunt, & hoc perpetuò magno periculorum contemptu factitant.*

Hæc Diodorus Bibliothecæ Hiſt. lib. 5. ubi de Luſitanis agitur. Atque ad finem periochæ addit, *Quod Romani ſæpè illos armis adorti, etſi nimiam eorum audaciam compeſcuerint, latrocinia tamen omnino tollere non potuerunt.*

De

Digitized by Google

De Mario in vitâ ejus dicit Plutarchus, ὅτι κλήρῳ λαβὼν τὴν ἐκτὸς Ἰβηρίαν λέγεται ναθάραι λῃστηρίων τὴν ἀπαρχίαν ἀνήμερον οὖσαν ἔτι τοῖς ἐθισμοῖς καὶ θηριώδη, καὶ τὸ λῃστεύειν οὔπω τότε τῶν Ἰβήρων οὐχὶ κάλλιστον ἡγουμένων. *Quod ulteriorem Hiſpaniam ſortitus dicitur, provinciam latrociniis purgaſſe, belluinam adhuc, nec dum ad bonos mores reductam, cumque nondum putarent Hiſpanni, pulchritudine carere latrocinia.*

*Phocenſes ex ignavitate ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare, quàm terras, exercuerunt piſcando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloria habebatur, vitam tolerabant.* Juſtini lib. 45.

*Civitatibus maxima laus eſt, quàm latiſſimis circa ſe vaſtatis finibus, ſolitudines habere; hoc ſe fore tutiores arbitrantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. Latrocinia nullam habent infamiam, atque extra fines cujusque civitatis*

Digitized by Google

*tatis fiunt. Atque ea juventutis exercendæ, ac deſidiæ minuendæ cauſa, fieri prædicant.* Cæſar de morib. Germanorum lib. 6. de bello Gallico num. 5.

Diodorus Siculus de Ægyptiis Bibliothecæ lib. 1. part. 2. p. 73. ſic memorat Ὑπῆρχε δὲ περὶ τῶν κλεπτῶν νόμος παρ' Αἰγυπτίοις ἰδιώτατος κλ. *De furibus lex quædam eſt (k) Ægyptiis*

ptiis

(k) Agellius dicit ſe, legiſſe in libro Aristonis JCti haudqvaqvam indocti, apud Veteres Ægyptios furta omnia fuiſſe licita & impunita. Apud Lacedæmonios qvoqve jus atq; uſum fuiſſe furandi, idqve à juventute eorum, non ob turpia lucra, neqve ad ſumtum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, ſed pro exercitio diſciplinaqve rei bellicæ factitatum: qvod & furandi ſolertia & adſvetudo acueret firmaretqve animos adoleſcentium, & ad inſidiarum aſtus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem l. 11. Noct. Att. c. 18. Colchos qvoqve furtum honori ducere, teſtatur Busbeqv. epiſt. 3. pag. in 208. Abyſſinis in more eſſe poſitum, ut fures partem rei furtivæ Regi offerant, reliqvum verò ſine infamiæ nota retineant, Franciſcus Alvarez Luſitanus in itinerario Africæ affirmat.

Digitized by Google

*ptiis perqvam ſingularis. Jubebat enim eos, qvi furtis operam dare vellent, nomina apud furum principem conſcripta habere, & furto ſurreptum conſimiliter ad eum deferri eveſtigio, eos item, qvi res ſuas amiſerunt, ad hunc literis unumqvodqve amiſſorum deſcribere, locumqve & diem & horam, qvibus jacturam fecerint, aſcribentes. Hoc autem modo, cùm omnia congruere inveniantur, taxatione rerum factâ, qvi perdidit quadrantem eorum perſolvit, ſuaqve ſola tandem recuperat. Cum enim fieri non poſſit, ut omnes à furto abſtineant, viam Legislator invenit, qvo tota res ſublata, præter exiguum redemptionis precium, ſervaretur.* Notumqve eſt ſecundùm leges, imò laude potiùs, qvàm vituperio accepta, ſi fur ita egerit, ne caperetur, ſoliqve, qvi deprehendebantur, pœnas negligentiæ dabunt. Ut Plutarch. in Lycurgo.

Atqve hæc jam ſunt, neqve plura mihi

mihi ſuppetunt alicunde exempla contra poſitam congerenda theſin. Ex his contenditur frivola eſſe & falſa, qvæ de naturali conſcientiâ, lege cordibus inſcriptâ, de obligationis ad innocentiam ſenſu, paſſim diſſeruntur: Verum annon ſcopo aberrent, qvibus ſic argumentari placet, ipſi videant. Ægyptii Ægyptiorum, Spartiatæ Spartiatarum res papuiſſe dicuntur; at, neqve Ægyptios, neqve Spartiatas, poſſe furti incuſari, ſunt qvi ſentiunt. Solus ille fur audit, qvi invito domino res alienas occupat: Spartæ verò Ægyptive dominos invitos concludi iniqvum videtur, cùm legi conſenſiſſe credantur, qvâ auctrice, hæc, qvi Fures impropriè audiunt, auſi ſunt facinora. Lex enim erat, ut in rebus ſurreptis hâc conditione jus haberent raptores, ſi morem in actibus ejusmodi exercendis ratum & ſtatutum obſervarent. Qvid etiam, ſi Piraticam exercuerint qvondam

Græ-

Digitized by Google

Græci? Si reperti fuerint in Iberis & Luſitaniis prædatores? Si apud Germanos contra exteros in uſu aliqvando Latrocinia? Non dicam, qvod fortaſsè in plurimis horum atqve hujuſmodi caſibus dici poſſit, juſtam fuiſſe belli, omnisqve proinde violentiæ, in vicinos cauſam. Concedam, ultra qvod ex exemplis nihil urgeri poſſit, aliqvos aliqvando gloriam etiam ex patratis à ſe ſceleribus aucupaſſe: neqve tamen indè juſtâ conſeqventia deduci poſſit, nullam de tuendâ in vitâ innocentiâ legem cordibus inſculptam eſſe. Poſſibile enim eſt, etiam tabulis inſcriptam nec legi nec animadverti legem; ſic præſenti ſenſu videndi, actuali ſenſatione ſæpius non utimur, etiamqve actu intuentes, multa tamen aliis intenti præterimus, qvæ videri poſſint, objecta. Cumqve pro rerum mundanarum more, negotiis, ſtudiis variis, atqve indefeſſis contentionibus plena ſint.

ſint omnia, atqve ubiqve ſenſus feriant hujusmodi exempla, intelligensqve anima iis ſolum, qvæ à ſenſibus inferuntur, intendat potiſſimùm: nihil mirum, ſi ſatagens aliud mortalium genus tardiùs in ſe deſcendant, rariùs rerum naturæ ſyſtema, mentes ſuas, aut innata menti theoremata perſcrutentur. Aliæ etiam dari poſſunt hujusmodi in moribus ἀνωμαλίας cauſæ, puta malæ vivendi conſvetudines, judicium Dei, ardor & violentia affectuum, de qvibus alibi diſſerere erit ſatius. Plutatchus in vitâ Pompeji aſſerit, *Naturâ neminem aut eſſe aut fuiſſe ferum, ſed efferari, ubi extra naturæ modum peccare aſſueſcit, rurſusqve aliâ conſvetudine redire in manſvetudinem.* Cicero ſimiliter, cùm concluſiſſet, omnes naturâ juſtos eſſe factos, ſic inqviebat, ſe intelligi velle, *Naturam eſſe, tantam autem eſſe corruptelam malæ conſvetudinis, ut ab eâ igniculi extingvantur à*

*na-*

*naturæ dati.* De Legib. I. Qvòd Germani Latrociniũ non putarent peccatũ, refert Aqvinas ad naturæ depravationẽ ex paſſione & conſvetudine malâ, 1. 2æ. qv. 94. art. 4. Theologi & Scholaſtici volunt, textusqve idem evincit (l.) ſacer, legem naturæ judicialiter fuiſſe in Gentilium plurimis, qvoad multa, à Deo obfuſcatam.

Ratione igitur optimâ, homines, ubi abeunt dormitum, obſerant oſtia, ciſtas, ubi carius aliqvid reponitur, bene muniunt; iter facientes armati incedunt; eos qvippe juſtè ſuſpicari poterunt, qvi naturalis honeſti præcepta aut non animadvertunt, aut, qvod vitioſius, ob cauſſas jam ſubnotatas vilipendunt, qvos tamen ipſos propria damnare poſſit, lucidis ſaltem intervallis, conſcientia. *Et proinde* concludere, hinc non debuit, qvod fecit Hobbeſius, Leviath. pag. 1. cap. 13. *nos alios, ad aliorum internecionem & interitum, aptos fuiſſe natos.*



(l) Rom. I. v. 24. 26. Epheſ. 4. v. 18.

Si enim hæc in nobis jam reperiatur aptitudo & proclivitas, ideò fit, non qvòd à natura notionibus de honeſto, ſed qvòd vel actuali animadverſione, vel affectuum rectitudine, qvomodocunqve careamus. Et revera, ſi paucorum exempla commune hominum everterent judicium, concludi contra Malmesburienſem poſſet, nec ſui præſervationem naturam dictare. Sunt enim, qvi ingenii levitate ſangvinem proprium, qvâcunqve captatâ occaſione, profundunt. Sic Monomachiis plures etiamnum delectantur, & alicubi moris apud barbaros erat, ut mortuo Rege, vel etiam amico qvocunqve, aut patrono, alii ſe innuperæ mortis pompam è vita præcipitarent: verùm homines gentesqve eſſe, qvi ſeipſos vitasqve ſuas prodigè projiciunt, aliunde, qvàm ex ſuprà recenſitis hiſtoriis, peti probationes non eſt neceſſe.

Sufficiat reſponſi eſt, ex objectis non ſe-

ſeqvi, nullam de innocentiâ legem omnium cordibus inſcriptam extare ſemper, atqve eſſe immortalem. Satisfit enim, qvòd alicubi Hiſtoriarum deſideretur veritas, alicubi, de qva declamatum eſt, noxa in eos illata eſt, qvi juſti hoſtes & noxii putabantur, alibi voluntas patientium noxæ naturam ſuſtulit. Erat etiam, ubi damnum in revera innocuos eosqve invitos datum eſt; contigit autem non propter defectum legis, ſed, vel ob reprobatum, ob ſuperiora facinora, à Deo judicium, vel humanitùs propter inadvertentiam inſcripti dictaminis, vel prævalentium affectuum contranitentiam importunam.

N. 4. *Qvòd ex hoc dictamine non cogamur innocentes nos erga brutum genus præſtare.*

Objectio etiam hujuſmodi fieri poſſe videtur. Si nobis, eò, qvòd fortiores ſimus, in creaturas focias ſævire liceat; (utimur enim iis ad aratrum, ad



Digitized by Google

currum, ad venatum, ferimus, pungimus, occidimus, committimus alias in alias, mortaliter armamus, nec ejusmodi genere mortis utimur, qvo fiat iis mitius, ſed qvo nobis ſalubrius, unde fit, ut alios ſuffocemus, aliis ſangvinem mittamus, aliorum jugulum petamus) ſi, inqvam, ex fortitudine noſtra & robore, qvibus iis prævalemus, hoc oritur ad lædendum bruta jus, cur non & potentia hominum erga homines idem jus conſtitueret?

Sunt certè, qvi eâ de cauſſa religione tenentur, eâqve ferè ſunt in brutum, qvo proprium genus, curâ & benevolentiâ. De Pythagoreis vulgaris fama eſt, nullum eos innocuum pecus Genio litâſſe; idqve Ovidius, Jamblichus, aliiqve, ſectæ illius qvotqvot enarrant dogmata, paſſim teſtantur. Imò Turcæ jam temporis graviter ferunt, ſi qva beſtia per cruciatum interficiatur, aut voluptas ex ejus laniena qværatur, cujus rei ſatis pulchram narrat hiſtoriam Auge-

gerius Busbeqvius Leg. Turcicæ Ep. 3. de aurifice qvodam, qvi malè à populo multabatur, & judicio publico in capitis diſcrimen, qvod innocentem avem cruciatu affeciſſet, ducebatur. Narrat item in πανσεβείᾳ Roſſæus Sect. 2. cap. de *cultu Sinenſium*, plurimos illic regionis vivere, qvi, letho dare vel minimum animantium, ſuperſtitioſè verentur. De incolis Cambajæ citatus autor memorat, *plures illic degere ordines hominum ita religioſorum, ut muſcam vermesve letho dare perhorreſcant, neque induci poſſint, ut aqvam bibant frigidam, ne animã ejus jugulent: In ambulando omninò timent, ne in reptilia, formicas, cæteraq; inſecta injurii ſint, eligunt potiùs viâ decedere, qvàm iis minimis colliculis appropinqvare, ubi formicæ nidos ſtruunt ovaqve deponunt: Vino ovisq; abſtinent, caventes, ne iis veſcantur, qvibus, an inſit ſangvis, ſuſpicio eſt; hinc etiam eſt, qvod raphanos comedere timent, omnesq; tàm*

*herbas, quàm radices, quibus rubri aliquid coloris ineſt.* Qvin & ſæpiùs à mercatoribus ipſe eandem, in plurimis juxta Perſiam Indiamqve locis, brutorum haberi obſervantiam, audivi, recentesqve hiſtoriæ rei veritatis abundè fidem faciunt. (m)

Nihili tamen ſunt hæc omnia; nec cuiqvam videbuntur, qvi rationem hu-jus

(m) Nec deſunt inter Chriſtianos, qvi piaculum ducunt, feles, ciconias, & alia qvædam bruta, lædere vel occidere, cujus ſuperſtitionis origo non pietati, ſed utilitati debetur. Feles enim muribus, ciconiæ verò ſerpentibus, ranis, bufonibus, aliis noxiis tollendis ſtudent. Ne ergò temerè animalia adeò utilia occiderentur, veteres pueris religionis ſpecie illorum incolumitatem commendârunt. Areopagitæ qvondam, teſte Qvintiliano, puerum capitis damnârunt, qvi in deliciis habebat, cornicum oculos effodere, non, qvod beſtiis injuriam fieri, exiſtimarent, ſed qvod crudeliſſimæ & perniciosiſſimæ indolis ſemina in herba ſuffocarent. Sic Scriptura boum curam gerere videtur, non qvòd in boves injuria committatur, ſed propter ipſos homines. Deut. 25. v. 4. Proverb. 12. v. 10. 1. Corinth. 9. v. 9.

Digitized by Google

jus ſuperſtitionis habebit cognitam: dogma qvippe omnes, ut apud autorem citatum videre eſt, Pythagoricum μετεμψυχώσεως defendebant, animasqve putabant humanas in brutis recondi, perindeqve eſſe in iis, atqve in hominibus, occidendis parricidium.

Qvod verò ad objectionem attinet, ſtatim negamus argumentũ. Qvid enim? magna eſt inter homines & bruta differentia, ut proindeillos lædere, à natura iniqvum judicari poſſit, hos contra honeſtum ſatis. Addi etiam debet, ſummum, cui omnia ſubſunt, DEUM, ſuum nobis in creaturas dominiũ transtuliſſe: neqve qvidem hoc Chriſtianâ ſolùm fide, verùm univerſum inter gentes, non ſupra rationem ſuperſtitioſas, creditum.

Præterire igitur poſſim (qvod tamen nullus prætereo) jus nobis fore, bruti generis partem non minimam malis afficere, non conſiderato eò, qvod à

Numine derivatur, dominio. Aut enim domeſticæ & ſerviles beſtiæ, aut rabidæ & prædatrices ſunt: utræq; hæ qvidem ex maleficio ſuo, illæ ex beneficio hominum libertatem amiſerunt, & eam, qvam habere rationales par eſt, noxæ immunitatem. Homines noxios damno afficimus, idq; ſine injuria, bruta multò magis. Qvæ item bruta continuam ſui præſervationem humano generi ferre debent, iſtiusmodi autem ſunt oves, boves, aliaq; innumera, juſtè à conſervatoribus ſuis vel graviſſimis poſſunt affici malis, cùm acceptorum ab iis beneficiorum bonum neqveant excedere.

Cùm tamen hæc ad piſces, multas volatilium ſpecies, atqve aliorum etiam animantium genera, extendi neqveat ratio, priori, qvæ firma eſt, & univerſalis, adhærendum videtur, ſcilicet differre longè hominum & brutorum nationes, neqve legem aliqvam à natura cor-

dibus

Digitized by Google

dibus hominum inſcriptam, qvâ à noxa brutis inferendâ prohibeamur: Licent autem, qvæ non ſunt vetita. Qviqve hac in re ſuperſtitioſi ſunt viſi omnes (qvantum ex hiſtoriis & fide peregrinantium aſſeqvor) ſupradictam tuebantur μετεμψύχωσιν: qvæ (ſive comentum imprimis Pythagoræ erat, ſeu, qvod malim credere, ab Orientalium religionibus in Pythagorica receptum dogmata) communes easdemqve utrisqve animas ſtatuens eſſentialem hominũ, qvâq; à brutis diſterminantur, ſuſtulit differentiam, & proinde facilimam ſuperſtitioni anſam ſubminiſtravit.

N. 5. *Limitatio juris, qvo tenemur, neminem malo afficere, ab innocentia petita.*

Si qvi ſint homines, qvi jura naturæ ſuis poſtponentes affectibus, violant, atq; id agunt, ne convenientem naturæ noſtræ adipiſcamur felicitatẽ, nulla religio animos naturaliter ligat, qvò

minùs damna illis inferamus. Ratio eſt, qvòd, qvæ à natura, ſeu Deo omniũ conditore, nobis data ſunt, ſummâ ratione data cenſenda ſunt: Ratio autem donationis eſt, ut ejus uſui ſit donum, cui donatio fit. Cùm igitur qvicqvam homini datum fuerit, idcircò datum credi debet, ut felicitati ejus aliqvid conferat, & uſui ejus ſit, nec jus ſit alteri, uſum ejus præripere. Qvomodo enim illud uſui eſt futurum, qvod datur hac lege, qvòd, ſi aliqvis illud corrumpere eligeret, aut eripere, impune hoc illi liceret? Fruſtrà igitur, aut nullum eſt jus aliqvid poſſidendi, & vanum tantùm eſt dominii nomen, aut res noſtras defendere, & malo afficere alios, ſi aliter hæc defenſio fieri nõ poteſt, non eſt injuſtũ.

Paulus: *Qvi, cùm aliter ſe tueri non poſſunt, damnum dederint, innoxii ſunt. Vim enim vi defendere omnes leges omniaq; jura permittunt.* Scientiam. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aqvil.

Flo-

Florentinus: *Juris eſt, quod omnibus hominibus inter ſe commune eſt, ut vim atq; injuriam propulſemus. Nam jure hoc evenit, ut, quod quisq; ad tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur.* l. 1. §. 4. junctâ l. 3. ff. de juſtit. & jur.

Gajus: *Si ſervum tuum, latronem mihi inſidiantem, occidero, ſecurus ero; nam adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.* l. itaqve 4. pr. ff. ad L. Aqvil.

Imperatores: Hoc etiam caſu Imperatores Valentinianus, Theodoſius & Arcadius, expreſsè unicuiqve veniam conceſsêre ſine judice ſe vindicandi. *Mortem*, inqviunt, *quam minabatur obſeſſor, excipiat, & id, quod intendebat, incurrat. Melius eſt enim, in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare.* l. 1. Cod. qvando liceat, unicuiqve ſine judice ſe vindicare.

Molina: *Fas univerſim eſt, interfi-*



Digitized by Google

*ficere eum, qui nos interficere decrevit, quando aliter non patet via evadendi mortem.* Lud. Molina, de juſtit. commut. tr. 3. d. 12. *Imò ſi tantum bona eripere fuerit aggreſſus, idem juris obtinet,* tr. eodem, diſp. 16. quippe aliàs ipſos rerum dominos audaciâ ſuperarent direptores.

Cicero: *Si tempus eſt ullum jure hominis necandi, quæ multa ſunt, certè illud eſt non modò juſtum, verùm etiam neceſſarium, cùm vis vi illata defenditur. Pudicitiam cùm eriperet militi Tribunus militaris in exercitu Caji Marii, propinquus ejus Imperatoris interfectus ab eo eſt, cui vim inferebat. Facere enim probus adoleſcens periculoſè, quàm pati turpiter, maluit; atq; tùm ille vir ſummus ſcelere ſolutum periculo liberavit. Inſidiatori autem & latroni quæ poteſt inferri injuſta lex? Eſt enim hæc, non ſcripta, ſed nata, lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura i-*

*pſa*

*pſâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad qvam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut, ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* in Oratione pro T. Annio Milone.

XII. Tabulæ: *Duodecim Tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnũ autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt.* Cicer. ib. & leg. 4. §. 1. ff. ad L. Aqvil.

N. 6. *Quo primùm temporis articulo inter noxios ſint habendi homines, an ſcil. ubi primùm apparuerit maleficiendi conatus, an non niſi peracto prorſus facinore, an cùm intenderint damnum, ſeu potiùs cùm damnum dederint?*

Exiſtimo qvidem, hoc generale eſſe hominib' judicium, etiam ipſum conatum plecti poſſe, reatumqve induci,



Digitized by Google

non ſolùm ab effectu, ſed attentato tantùm facinore. Mitiùs certè in levioris noxæ caſib⁹ non infreqventer agi animadvertimus; ratio autem videtur, qvòd minima legum cautelæ non ſoleant ſubjici; re autem infectâ, voluntatem ipſam & primarios conatus poſſe puniri, ex teſtimoniis, & caſibus infrà ponendis, abundè, puto, fiet (ſi qvid gentium Doctores & Juriſtæ rectè ſentiunt) omnibus manifeſtum.

N. 7. *An voluntas malefaciendi, ſecundùm gentium doctrinam, reatum inducat?*

Servator: Qvòd ex lege divina reatum inducat voluntas, etiamſi [illegible]itu omni eventuqve nocivo careat, ex ipſiſſimis Servatoris verbis liqvet, Iratus fratri etiam homicidæ vitii proximitate accedit, *Matth. 5. v. 2.* Et qvisqvis aſpexerit ſolùm mulierem, ut concupiſcat, jam juxta legis Evangelicæ ſeveritatem, adulteravit eam. ib. v. 28. Rom. 7. v. 7. 1. Joh. 2. v. 16. Ter-

Digitized by Google

Tertullianus: *Malè velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam, ex æquo vetamur.* Tertull. Apol. c. 36. Nec de Ethnicorum judicio minus manifeſta res eſt quippe.

Cleanthes: *Latro eſt etiam, antequam manus inquinet, quia ad occidendum jam armatus eſt, & habet ſpoliandi atq; interficiendi voluntatem. Exercetur, atq; aperitur opere nequitia, non incipit. Sacrilegi dant pœnas, quamvis nemo uſq; ad deos manus porrigat.* Senec. ex Cleanthe lib. 5. de benef. c. 14.

Cicero: *Conſilia hominum, non eventa rerum, legibus vindicantur. Quare hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio. Eſt enim totum ſceleratum & impium, qui deliberant, utrum id ſequantur, quod honeſtum eſſe videant, an ſe ſcientes ſcelere contaminent. In ipſa enim cogitatione facinus ineſt, etiamſi ad ea non pervenerit.* Cic. de Offic. libr. 3. pag. 116.



Digitized by Google

*Scelera, quamvis citra exitum ſubſederint, puniuntur.* Senec. decl. 7.

Seneca: *Poteſt aliquis nocens fieri, quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore, tanquam cum aliena, concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam remixtum cibo perdidit: venenum illud dando, ſcelere ſe obligavit, etiamſi non nocuit. Non minus latro eſt, cujus telum oppoſitâ veſte eluſum eſt. Omnia ſcelera etiam ante effectum operis, quantum culpa ſatis eſt, perfecta ſunt.* Tit. In ſapientem non cadere injuriam, cap. 7.

Maximus Tyrius: Ἀποδέχομαι τοῦ λόγου τῆς γνώμης τῷ ἡμαρτημένῳ προστεθέντος τὴν ἀδικίαν μᾶλλον ἢ τῷ ἐπιτυχεῖ τοῦ ἔργου, καὶ γὰρ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος οὐ τὸν δράσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ βουληθέντα, καὶ τοιχώρυχον τὸν ἐπιχειρήσαντα, κἂν μὴ λάθῃ δράσας, καὶ προδότην τὸν μελετήσαντα, κἂν μὴ πράξῃ. *Accipio*

*pio quidem ſententiam hanc, qua improbo inſtituto injuriam adſcribit potius, quam actionis ſucceſſui: Quippe & mœchum lex punit, non qui mœchatus eſt tantum, ſed & qui voluit; & furem, qui tentavit furtum, licet deprehenſus fuerit; & proditorem, qui animum habuit ſine eventu.* Max. Tyr. diſſ. utrum referenda ſit injuria.

Juvenalis: *Et patitur pœnas peccandi ſola voluntas;*
*Nam ſcelus inter ſe tacitum qui cogitat ullum,*
*Facti crimen habet.* Satyr. 13. v. 209.

*Leges apertæ.* Neqve de Juris civilis hac in re conſenſu moveri poteſt dubium. Expreſſis enim verbis & apertis textibus apparet, voluntatem malefaciendi reatum inducere, Libr. 1. Cod. Theodoſ. ad l. Juliam de ambitu. *Pari ſorte* (diſerta ſunt legis verba) *leges ſcelera puniunt & ſceleris voluntatem.* *Item* Cod. ad Jul. majeſt. l. qvisqvis S. pr.

*Tra-*

Digitized by Google

*Traditur, quòd eâdem ſeveritate voluntatem ſceleris, quâ effectum, puniri jura voluerunt.*

*Caſus*: 1. Caſus etiam plures è juris Romani corpore deſumi poſſunt, quibus confirmari hæc ſententia poſſit: *Solicitatores alienarum nuptiarum, etiamſi adulterium perpetrare non potuerint; tamen propter voluntatem perniciosæ libidinis coërcentur.* l. 1. ff. de extraord. crim.

2. Qvi nuptias monialis aut Veſtalis Virginis attentavit, pari pœnâ plectitur cum eo, qvi eam rapuit. l. ſi qvis, non dicam. 5. Cod. de Epiſcop. & Clericis.

3. Qvi alienum ſervum corrumpere tentavit ſolũ, punitur in duplum actione de ſervo corrupto, ideò qvia conſilium corruptionis ad perniciem probitatis ſervi introductum eſt. l. ſi qvis. 20. Cod. de furtis, & §. 8. Inſt. de Obligat. qvæ ex Dal.

4. Conſilium voluntasqve proditoris

ris patriæ punitur, licet crimen non ſit peractum: in dictâ lege: Qvisqvis. Cod. ad Jul. Majeſt.

5. Solus conatus punitur in parricidio, veluti qvando filius venenum emit, ut patri daret, qvamvis dare non potuerit. l. 1. in fine ff. ad l. Pomp. de Parricidio.

Si verò inſtantanea ſit hæc voluntas, & ſubita cogitatio, ita ut cogitans ad nullum proceſſerit actum, non punietur cogitans: qvia, ut notant qvidam, *primi motus non ſunt in noſtra poteſtate.* Gothofred. in l. cogitationis 18. ff. de pœnis, &c. Hinc nata lex: *Cogitationis pœnam nemo patitur*, idqve juxta rationem excuſationis infrà latam, qvòd ſcilicet in re impoſſibili tollatur & ceſſet obligatio.

*Ignoſcitur etiam ei, qvi cogitavit, & aliqvatenus in actus proceſſit, ſi ſceleris eum ſponte pœnituerit. Ita qvi falſam monetam percuſſerint, ſi id totum for-*

*mare*

*mare noluerunt, ſuffragio juſta pœnitentia abſolvuntur.* l. Qvi falſam. 19 ff. ad l. Cornel. de falſis. Humanæ enim fragilitati, æqvum eſt, aliqvousqve veniam fieri, & ſi tantillum ſolum à debitâ rectitudine abſtiterimus, rectè petimus, qvam aliis daturi ſumus. *Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt, Qvi minimis urgetur.* - - -

In Curiis Galliæ non ſemper obſervata eſt hæc exceptio, nec pœnitentia à voluntatis malitiâ excuſavit. Nobilis qvidam Normannus fraterculo ſodali confitebatur, ſe Franciſcum Regem Galliæ occidere voluiſſe; Nihil tamen auſũ eſſe, & flagitioſæ voluntatis ſpontè pœnitere. Sodalis reum ad Regem detulit, Rex deprehenſum ad Curiam Pariſiorum mitti jubet, Curia capitali ſupplicio, qvaſi perduellionis convictũ, damnavit, ut refert *Bodinus de Republ. l. 4. c. ult.* Æqvius tamen à tanto judicii rigore humanitatis ratione temperâſſent.

N. 8.

Digitized by Google

N. 8. *An ſuſpicio damni, ab alio imminentis, ſuffitiens ſit cauſſa, ut alteri alter nocere incipiat?*

Suſpicio vehemens mali, ab aliqvo proventuri, non videtur ratio ſufficiens, cur alter alterum damno afficiat. Ratio eſt, qvia lædere alium, non eſt ſimpliciter licitum, ſed aliqvibus ſolum caſibus conceſſum, ut cùm aliter bona noſtra amicorum, aut publica tueri penes nos non ſit. Niſi igitur exiſtat hic caſus, nullum jus permittit hanc violentiam, imò niſi cognoſcatur hic caſus exiſtere. Qvippe reſpectu rerum exinde agendarum, idem eſt, rem non exiſtere, & non apparere; qvarumqve actionum non liqvet juſtitia, ab iis abſtinere communis ratio ſvadet, iisqve inſtare, qvibus poſſimus ad rei veritatem pervenire. Nec inter Chriſtianitatis cancellos coercetur, ſed apud omnes peræqvè gentes obtinet Paulinum illud *Rom. 14. 23.* Πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

Hinc

Hinc præceptũ illud Pythagoræ: Πρῆσ-σε δὲ μηδὲν τῶν μὴ 'πίστασαι, *Nequicquam fac eorum, quorum ignoras juſtitiam.* Suſpicio ſcientiam excludit. Definiri enim ſolet actus, per qvem in dubitationem trahimur, timentes de aliqvo, ne læſionem inferat: neqvit autem ſimul dubitationi conſiſtere cognitio. *Benè,* inqvit Cicero, *præcipiunt, qui vetant, qvicqvam agere, qvod dubites, æqvum ſit an iniqvum: Dubitatio cognitionem ſignificat injuriæ.* Offic. 1. Cui & conſentit Ariſtoteles: Εἰ δ' ἔστι τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά, τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐδὲν διαφέρει, οὐδέτερα γὰρ πρακτέα. *Sive ſint revera, ſive juxta opinionem ſolùm turpia, nihil intereſt. Neutra enim ſunt facienda.* Eth. l. 4. c. 9. Sed nihil magis ad rem dici poterit, qvàm qvod habet Perſius:

> *Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,*
> *Ut teneat vetitos inſcitia debilis actus.*

Di-

*Dilutis Helleborum certo compeſcere puncto*
*Neſcius examen? Satyra 9. v. 9. 10. &c.*

**N. 9.** *Autoritates, quibus confirmari poſſit, ſuſpicionem damni imminentis lædendi jus non dare.*

Nolo qvidem ego hic aut oleum aut operam perdere. Qvæ ſit communis hac in re hominum notio, optime apud Grotium jam eſt declaratum lib. 2. de Jure belli & pacis cap. 1. num. 5. à verbis: *Sed multum falluntur & fallunt, qvi metum qvalemcunqve ad jus occupandæ interfectionis admittunt*, ad illa; *Etiam Livia apud Dionem ait, injuriam eos non effugere, qvi facinus, quod timent, occupant:* qvibus addi velim ultimam, num. 17. cap. eod. periodum: *ſed ut vim pati poſſe, ad vim inferendam jus tribuat, ab omni æqvitatis ratione abhorret. Ita vita humana eſt, ut plena ſecuritas nunquã*

*nobis conſtet: adverſus incertos metus, à divina providentia & ab innoxia cautione, non à vi, præſidium petendum eſt.*

N. 10. *Quæritur, qvomodo nos tuebimur, cùm rationabiliter metuamus, ne ab alio aliqvo lædamur, ſi non removere perſonam ſuſpectam inſeqventemq; noxam damno dato liceat.*

Reſp. Sic noſtra & promovenda & tuenda res, ut nemini fiat injuria, ut nemini damnum inferam°, ſaltem qvàm maximè hoc fieri poteſt: at aliqvo modo fieri poteſt, ut nos tueamur, ſalvis aliorum rebus: Exempli gratiâ, Titius à Mævio metuit, ergò poteſt à Mævio aliqvid exigere, qvò certior ſit, Mævium ſe malo non eſſe affecturum. Sic apud Romanos, ſi qvis novum opus molíretur, ſic ut vicinus timeret, ne aliqvando malum aliqvod ex novo hoc ædificio ædibus

dibus ſuis obveniret,(a) Jus erat,ut qvi de malo futuro, & adhuc infecto, metueret, novum illud opus, qvod ajunt JCti,nunciaret,id eſt,nunciatione prohiberet, donec ſatis dederit,(1.) ut Pardulphus Pratejus,& F.Hottomanus explicant,donec caverit datis fidejuſſoribus, ſe damnum, ſi qvod accidat, ei, cujus intererit,præſtiturum. Cui ſimile eſt,qvod habet lex de damno,ſi nempè tuæ ædes ruinam minentur,qvæ,ſi caderent, meis ædibus damnum inferrent, qvoniam (ut hac in re inqvit (b) Hopperus) alteri per alterum iniqva conditio non debet offerri,nec expectari,donec damnum evenerit, ſed ſi antè fieri poteſt, præveniri, permiſſum mihi eſt, (c) ut poſtulem à te cautionē mihi dari, de damno, qvod accidet, reſarciendo,



(a) l. 1. §. 17. & l. de pupillo, 5. §. 17. & l. Non ſolùm 8. §. 2. & 4. ff. de Oper. Nov. nunciat.

(b) De vera jurisprudentia lib. 12. tit. 6.

(c) l. Prætor ait 7. ff. de damn. infect.

&c, niſi tu id facias, ego in poſſeſſionem rei tecum mittar, ut facultas mihi ſit cavendi, ne qvid damni eveniat. Qvin & ad tutelam eorum, qvi de læſione ſuâ cauſam habent ſuſpicandi, omne eſt introductum cautionum genus, cujusmodi ſunt (d) fidejuſſio, & rerum oppignoratio jure civili, obſidū datio jure gentium, ut & cautionalia oppida, caſtella, &c. qvibus ita caveri ſolet homini vel genti de injuria ſuſpicanti, ut hoc modo ultra omnem periculi aleam ponatur. Neqve ſcio, qvi ſupponi poſſit caſus, in qvo cautio dari non poteſt. Duo, poſt naufragia in inſulam, non priùs cognitam, incidimus: Ego ab illo metuo, metuens exigo cautionem, hanc puta, ut ſuſpectus in unâ parte inſulæ intra poſitos limites ſe contineat: ſi recuſet hujusmodi conventionem, manifeſtum dat pravitatis ſuæ argumentum. Verùm, inqvies, qvî ſciam, qvamvis conventum fue-

(d) l. Si mandatu 59. §. 6. ff. mandati l. 4. §. additi 8. ff. de fidei commiſſ. libertat.

Digitized by Google

fuerit, hunc pacto ſtaturum, aut me ſomno fortean ſepultum, aut aliud agentem non oppreſſurum? Reſp. Impoſſibile eſſe, niſi planè ſim plumbeus, & ſtipite magis excors, hóc ita fieri poſſe, ut priùs non deprehendatur, limites ſuos transeundo: qvippe, neqve horis omnibus, neqve ſtatis dormire me, eſt credibile, adeò, ut pro miraculo eſſe poſſit, ſi primo aggreſſu me occuparet; ſiq; multum hac in re ſuſpicax ſim, illum aliqvandiu in actib⁹ ſuis obſervare potero: Aliisqve ejusmodi caſibus ratione non diſſimili reſponderi poſſit. Nulla tamen cauſſa eſt, cur tanta ſit hominis priùs ignoti ſuſpicio, qvanta poni ſolet ab iis, qvi in Moralibus & Politiâ Hobbeſium ſeqvi delectantur; vel etiam, cur propter incertos, & ſine evidentiâ periculi ſuſceptos, metus, naturæ præcepta redderemus irrita.

N. II. *Cùm periculũ jam inſtet, quomodo metuens ſe gerere debeat.*



Digitized by Google

Si Titius Mævium ita occupaverit, ut nullus Mævio evadendi detur locus, niſi per Titii interitum, qværitur, an Mævio liceat, illum occidere? Reſp. Si rationabilis ſit ſuſpicio, æqvum eſt, ut liberam evadendi potentiam exigat Mævius: hanc ſi Titius concedere refragetur, certum malitiæ ſuæ argumentum ponit, & jus facit Mævio, cum eo, tanqvam cum aggreſſore, agendi.

In ſimili cauſſa Ludovicus Molina idem planè ſtatuit: *Si*, inqvit, *ſiniſtra ſuſpicio de aliquâ hominis actione rationabiliter præſumatur, admoneri poteſt, ut deſiſtat ab hac re faciendâ, qui ſi admonitus deſiſtere nollet, periculumq; eſſet, aliter non evadendi mortem, posſit hic tanqvam injuſtus aggreſſor interfici.* Hinc in militiâ jus obtinuit; qvod ſi qvis amicorum ignotus, adeòqve à cuſtodiâ ſuſpectus, juſſus ſtare, nihilominus proceſſerit, lex militiæ jubet eum occidi. Qvi enim

Ludov. Molin. de juſt. commut. tr. 2. d. 12.

enim tamdiu ſtare recuſavit, donec probari poſſit, eum non eſſe adverſarium, is adverſarius judicatur.

Caſ. 2. Si duo in eo ponantur ſtatu, ut phyſica ſit de morte alterius eorum certitudo, veluti ſi in anguſto & præcipiti ſtadio, toto impetu currentes, alter alteri obveniat, nec ſtadiũ utrumq; ferre poſſit, nec retrò detur alterutri curſus: Qværitur, an damnum dare potiùs, qvàm accipere, jus & ratio naturalis ſuadeat? Reſp. Sanè ſi animos hominum examinemus, hoc repertu non erit difficile, plures malle alios à ſtadio deturbare, qvàm ſe in præcipitium detrudi ſinere, aut ipſos ſe illuc dare: Vitioſè tamen hoc nobis accidere qvis rectè dixerit? Qvisqve enim de ſuo jure, ipſo ſe diſpenſante, ſine injuria decedit: alterum cedere non liqvet; qvi, ſi non cedat, cur magis vitam ad tuendam propriam, vicini deſtruere vitam liceret, qvàm ad meum pecus tuendum vicini

pecus jugulare? Si proprium commodum, aut evitatio mali, ſvadere alterius noxam ſufficeret, nulla careret prætentu, niſi inſana iniqvitas. Inſanus enim propè eſt, qvi alium, ſine omni commodi ſui reſpectu, lædit.

Sed ſi contractu aliqvo componi res poſſit, ut ſive per jactas ſortes, ſive aliter, determinandæ rei locus & tempus ſit, æqviùs exiſtimo, ut his rationibus, utri moriendum ſit, altero ſuperſtite futuro, tranſigatur res, & fiat ex conventione judicium, qvàm ut uterqve intercidat, aut alter ſe præcipitem det: cujuſmodi conventionis politicum habemus in medicis Nicolai Tulpii obſervationibus exemplum, lib. 1. cap. 43. *Septem*, inqvit, *Britanni accinxerant ſe in Inſulâ Chriſtophorianâ unius ſolummodo noctis itineri, ultra qvam non extenderant commeatum; at interveniens tempeſtas abripuit imparatos longiùs in mare, qvàm ut potuerint reverti ad portum, ante dies*

*di-*

*decimum ſeptimum. Luctatum igitur cum inediâ eſt, qvæ eis ipſis fuit gravior, qvo ardentiùs id temporis æſtuârit Sol, & vehementiùs exucca eorum guttura exareſecerit exhalans incaleſcentis maris ſalſedo. Cùm intricati erroris nullum finem promitteret ſpacioſum mare, ancipiti ſorti committebant, cujus carne urgentem famem, & qvo ſangvine compeſcerent inexplebilem ſitim; jacta eſt alea, qvò ex illis unus cadi deſtinatur, qvi lubenter fortunæ ceſſit, & gaviſus eſt, ſe poſt mortem amicis eſſe profuturum. Deinde ſorte alius reperiebatur, qvi jugulum præberet, & vim volenti inferret. Sic aliqvandiu cibatã naviculam deduxit tandem Deus ad Inſulam Martiniam, ubi vix attigerant terram, qvin accuſarentur protinus à prætore homicidii, ſed dedit ipſis veniam Judex:*

> *- - - Dira atqve immania paſſis,*
> *Et qvibus ipſorum poterunt ignoſcere Manes,*
> *Qvorum corporibꝰ veſcebantur. - -*



Digitized by Google

N. 12. *Contraria Hobbeſii ſententia animadvertitur.*

Malmesburienſis Leviathan part. 1. cap. 13. in omnibus hominibus naturaliter, ne ab aliis lædantur, diffidentiam ponit, qvâ poſitâ, ſic deinceps argumentando progreditur: *Ab hac*, inqvit, *diffidentiâ nulla extat tàm rationabilis, ſe ſecurum reddendi, via, qvam ſi illud per anticipationem aggrediatur, hoc eſt, vi aut fraude ſe ſuperiorem omnibus, qvibus poteſt, hominibus ponat, donec eo perventum ſit, ut non aliam videat potentiam, per quam poſſit ipſe periclitari: Neq; quidem amplius qvicqvam hoc eſt, qvàm qvod ſui ipſius exigit conſervatio, & generaliter approbatur.* Et deinde: *Extant etiam aliqvi,* inqvit, *qvi in victoriarum à ſe partarum contemplatione valdè delectantur; qvi proinde, ultra qvam propria reqvirit ſecuritas, actus ad hunc finem tendentes proſeqvuntur. Si igitur, qvi qvietem magis modeſtia contenti*

limi

*limitibus exoptant, non poſſint aut non debeant per aliorum occupationem ſuã augere potentiam; ſe ſolum defendendo diu ſuſtinere non poterunt. Ergò augmentatio potentiæ per occupationem, cùm ad conſervationem ſit neceſſaria, juſta eſt, nec cuiqvam deneganda.* Sed his omnibus ex ſuperioribus petenda eſt reſponſio. Aut enim ii, qvos ſuſpicantur, aliqvid egerunt, qvo manifeſtum fieret pravæ intentionis indicium; & in hoc caſu, innocentes eſſe deſinunt, ceſſat obligatio, & poſſunt à qvopiam, tanqvã legis naturæ violatores, opprimi: Aut ſolùm ſuſpicio eſt de damno, à qvopiam proventuro, qvo caſu qvi ſibi metuit, exigere cautionem poſſit, & eam rerum diſpoſitionem, ut damnum ſine ſui ipſius læſione dare neqveat injuriæ ſuſpectus, qvas cautiones & rerum diſpoſitiones dare ſi recuſaverit, jam manifeſtum pravæ intentionis prodit argumentum, adeòqve contra eum, tanqvam conditæ à

naturâ legis temeratorem, agi iniqvum non eſt.

N. 13. *De ſpeciebus peccatorum contra primum, ſive de Innocentiâ, naturæ placitum.*

Si ſpecies omnes peccatorum contra hoc præceptũ numerare aggrederer, vel magnum volumen vix ſufficeret eis, variisqve earum caſibus, diſtinctè deſcribendis. Remitto igitur ſcire volentem ad jura præſertim civilia, in qvibus, ſub delictorum & qvaſidelictorum nomine, utplurimum (penè ſemper dixeram) veniunt contra hoc placitũ peccatorum ſpecies. *Delicti* enim *natura in offendendo & lædendo conſiſtit, eoq́ obligationem inducit, qvod in utilitatem publicam vel privatam committatur; qvod niſi fiat, ne delictum qvidem fuerit,* ut notavit Vultejus *Jurisprudentiæ Rom. libr. 1. cap. 45.*

Qvot igitur qvæq; ſint ſpecies, jam videbimus; in qvibus ipſius Vulteji Metho-

Methodum, cujus Jurisprudentiæ ſyſtema præ aliis mihi arridet, ſeqvi mihi certum eſt. Neqve enim, qvæ vulgò extant juris compendia, ad methodum Inſtitutionum imperialium compoſita, omnes juris Titulos comprehendunt, & neſcio qvidem, an poſſint, qvandiu Methodo dictæ ſe ſtrictè alligent, tot omiſſa ab Imperatore Legis capita comprehendere.

Si cui prolixior Vulteji videbitur Inſtitutio, eâdem tamē contractâ (prout à Joh. Arnoldo Corvino habemus editam) melius, ſi qvid rectè ſentio, uti poſſit, qvàm alia, in qvibus ferè tituli juris imperfectiùs recenſentur, ſyſtemata Elementaqve percurrere.

## §. 1. Delicta circa cauſſas publicas ſacras ſunt: Schiſma, Hæreſis, Sacrilegium, Sepulcri violatio.

1. Schiſma definiunt JCti ſeparationem ab unitate & communione Eccleſiæ,

ſiæ, citra errorem in fundamento. Noxa autem in eo conſiſtit, qvòd ab honore veræ alicujus Eccleſiæ, ſeceſſionem facientes, detrahant, atq; inſtabiles hominum, in Eccleſiâ exiſtentium, aut volentium ineſſe, mentes miserè ſeducant, anxiisq; cogitationibus perturbent, ne, juxta ejus Eccleſiæ adminiſtrationem, rectâ ad ſalutem pergant: Unde grande aliis præjudicium etiam ab exemplo illorum, qvi ſe ſeparatos volunt, qvamvis rationem ſeceſſionis publicè & pertinaciter non defendant. Qvanta enim & in tacito exemplo operatio ſit, alibi eſt declaratum. Qvæ definitio, ſi ſchiſmati in S. S. memorato non conveniat, eſſe tamen tale contra innocentiam peccatum manifeſtum ſit, eò qvòd ſic ſcandalum innocentibus, qvo offendantur, obtrudatur, & contra fidem ſic peccari poterit, qvod conſenſu ſupponamur in Eccleſias convenire, eòqve in unum conjungi; qvæ, ſi abfuerit conventio,

Digitized by Google

tio, deerit membrorum unitas, qvæ ſi nulla fuerit, nec unitorum poſſibilis erit diſtractio. Qvæ nondum ſunt conjuncta, ſeparari neqveunt.

2. Hæreſin (n) definiunt, pertinacē erroris in doctrinæ Chriſtianæ articulo fundamentali defenſionem. Hîc major inferri poteſt noxa, non ſolùm ab exemplo, verùm multò magis à publicâ & pertinaci erroris, in qvo grande periculum, defenſione. Sunt, qvi nullam defenſionem pertinacem ſtatuant, niſi qvâ poſt evictam rei falſitatem in erroris patrocinio perſiſtitur, neminemqve eſſe Hæreticum, niſi qvi propriæ conſcientiæ judicio, juxta Apoſtoli phraſin, αὐτοκατάκριτος ſit.

3. Sacrilegium ſecundùm JCtos eſt frau-



(n) Hæreticorum vocabulo continentur qvi vel levi argumento, à judicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint, deviare. l. 2. Cod. de Hæret. & Manichæis. Vel Hæreticos juſtè vocamus, qvi ſacram communionem in Catholicâ Eccleſiâ à Deo amabilibus Sacerdotibus non percipiunt.

Digitized by Google

fraudulenta rei ſacræ, animo lucrandi, facta contrectatio. Noxa non ſolùm, qvantum à ſacrilego fieri poteſt, hîc Deo immortali infertur, ſed & populo, juxta qvod habet Marcianus *l. 4. ff. ad legem Juliam peculatus*: *Lege*, inqvit, *Julia peculatus tenetur, qui pecuniam ſacram, religioſam, interceperit, abſtulerit: ſed, etſi Deo immortali abſtulerit, peculatus pœna tenetur.*

Sunt & alia, qvæ ad ſacrilegium in jure referri ſoleant. *Diſputare de principali judicio non oportet. Sacrilegii enim inſtar eſt dubitare, an is ſit dignus, quem elegerit Imperator*, ut reſcribunt Imperatores, Gratianus, Valentinus & Theod. *lege 3. Cod. de Crimin. Sacrileg.* Noxa autem eo maximè in his ſpectatur, qvòd honor Principis interſit Reipublicæ, adeò, ut non ſolùm ipſi Imperatori, ſed & communi omnium ſtatui, qvi in Imperio continentur, his peccandi modis noceri ſoleat.

4. In

4. In ſepulcri violatione, noxa qvamvis prima fronte minimè videatur, eò qvòd mortuis ſua ſepulcra curæ non ſint: plurimorum tamen proculdubio intereſt, (o) ut inviolata tueantur. Teſtem ipſum Ulpianũ inducere in promptu eſt, qvi ſic ad edictum prætoris ff. de ſepulcro violato L. Prætor ait 3. §. 8. eſt commentatus. *Qvi de ſepulcri violati actione judicant, qvatenus interſit ſcilicet ex injuria, qva facta eſt, item ex lucro ejus, qvi violavit, vel ex damno, qvod contigit, æſtimabunt.* Neqve qvidem ita nullius dicenda ſunt aut ipſius defuncti ſepulcra, ut non etiam qvibusdam è viventibus propria ſint: hinc jus fore reſcripſit Conſtantius, ut qvis propria defendat ſepulcra. *leg. qvi ſepulcra. 4. Cod. de Sepulcr. violat.*

Nec ſolùm privatorum intereſt, & ma-

(o) Actio enim de ſepulcro violato popularis eſt. l. 3. §. fin. ff. de ſepulcr. viol. id eſt, talis, qvæ ſuum jus populi tuetur l. 1. ff. de popular. action.

maximè familiæ cùm honori ſint majorum ob pulcrè facta monumenta, verùm & Reipublicæ, ne rebus adeò religioſis inferatur vis. Cùm enim honoris ſit inſigne, defunctum pulcrè intumulari, eo ſublato, calcar ad virtutem auferri qvis negaverit?

Deinde, cùm conſtet, Reipublicæ intereſſe, ut etiam defunctorum extremæ voluntates habeantur ratæ, (alias enim hærerent vivi de futuris poſt mortem ſemper ſoliciti) conſtabit ejus etiam intereſſe, ut ſepulcra ſarta & recta ſerventur. Utplurimùm enim perpetuis his ſepulturis per teſtamenta tradi ſolent corpora.

## §. 2. Delicta, circa cauſſas publicas profanas, ſunt:

1. Crimen læſæ majeſtatis. 2. Perduellio. 3. Ambitus. 4. Conjurationes. 5. Collegia illicita. 6. Receptationes, ſeu hominum facinoroſorum occultæ receptiones. 7. Peculatus.

Digitized by Google

tus. 8. Crimen reſiduorum. 9. Annonæ flagellatio: qvæ qvidem talia ſunt, ut nemini poſſint non noxia videri, niſi qvis eorum naturam penitùs ignoraverit.

Item portarum & murorum violatio: l. fin. ff. de Div. Rerum.

## §. 3. Delicta contra perſonas privatas commiſſa ſunt:

1. Plagium. 2. Homicidium. 3. Parricidium. 4. Vulneratio. 5. Prævaricatio. 6. Tergiverſatio. 7. Calumnia. 8. Concuſſio. 9. Raptus fœminæ. 10. Coitus illicitus. 11. Crimen expilatæ hæreditatis. 12. Crimen repetundarũ. 13. Furtum. 14. Abigeatus: è qvibus omnibus duo ſolùm ſunt, in qvibus de damno illato qvæſtio moveri poſſit, Tergiverſatio & Coitus. In tergiverſatione accuſatio vera eſt aut falſa. Si falſa, reo damnum datur ab accuſatore, qvòd cum conatus fuerit reddere infamem: ſi vera, in Rempublicam peccatur,

tur, cujus intereſt, ne crimina
nita: ſin vera aut falſa, judici
ſunt fruſtra moleſtiæ, cùm
publica judicio etiam ordin
giverſatore penitùs deſeratu
tamen ad cauſſas publicas ha
lata ſpecies. De ſpeciebus
tûs, non eſt, cur aliqvid hîc c
Longum enim eſſet ſingulos
earum caſus percurrere: & p
in examine Aretologiæ Ar
Capite de luxùriæ circa vener
bus dictum à me eſt, in qva
mis videtur noxa, ſin minùs
ut in peccatis contra naturam
litate, &c. excipiendi ii caſu
inter ea crimina recenſendi, q
tra bonum proprium & pro
catum.

## §. 4. Communia delict

1. Prava ſvaſio. 2. Injuria
na rerum. 4. Damnum. 5. V
men falſi. 7. Veneficium:

pud Juris-Conſultos legerit deſcripta, non multâ intercedam prece, ut noxæ conjuncta non neget.

## §. 5. Innominata delicta ſunt, qvæ, certo nomine carentia, generali ſtellionatûs & doli appellatione continentur. Caſus ponuntur à Vultejo.

1. Si qvis rem alienam ſciens pro ſua obliget. Si qvis in pignore dando æs pro auto ſubjiciat. 3. Si qvis ſciens ſtatu liberum, diſſimulatâ ejus conditione, vendat, *lib. 1. cap. 50.* in qvibus omnibus nihil manifeſtius eſt, qvàm qvòd damnũ ei, qvi dolum eſt paſſus, & noxa inferatur. Videri poſſunt, qvæ in hanc rem habet *totus titul. ff. ſtellionatus*, & *totus titul. de extraordinar. crimin.*

## §. 6. Delicta impropria ſeu qvaſi delicta.

Qvæ ad hunc in jure titulum referri ſolent, qvamvis impropria audiant & qva-

qvaſi-delicta, ſi naturam tamen ejusqve attendamus jura, vera proculdubio habebuntur. Ubi enim noxa innocenti illata, ibi delictum, nec noxæ gradus ſpeciem facti qvit mutare. Species qvaſi-delictorum ſunt hujusmodi:

Prima: *Si judex litem ſuam fecerit*, id eſt, ut explicant Interpretes, malè judicavit per imperitiam vel imprudentiam. *pr. Inſt. de obligat. qvæ qvaſi ex del. & l. fin. ff. de extraordin. cognit.* At qvis inficias iverit imperitum judicem, ex imperitia, qvòd malè judicet, innocentem lædere? Neſcio certè, cur non etiam in judice imperitia culpæ annumeraretur? Aut, cur verum minus delictū, qvàm eadem imperitia in aliis caſibus (qvorum meminit Imperator *Inſt. de l. Aqvilia §. 7. 8.* de medico mulione infirmo eqvitante) conſtitueret. Sic enim ſe habet lex: *Imperitia culpa annumeratur, veluti ſi medicus ideò ſervum tuum occiderit, qvia malè eum ſecuerit,*

aut

*aut perperam ei medicamentum dederit. Impetu quoq; mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſervus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio: Sed & ſi propter infirmitatem retinere eas non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpâ tenetur. Eadem placuerunt quoq; de eo, qui, cùm equo veheretur, impetum ejus, aut propter infirmitatem, aut propter imperitiã ſuam, retinere non potuerit.* Omnes pequeve (nec imperitum excipio judicẽ), ideò mihi videntur in culpâ poſiti, qvòd illud ſint aggreſſi, cui perficiendo ſine noxâ ſe non cognoverunt pares.

Secunda Species *qvaſi-delictorum eſt, cùm ex cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in qvo gratis habitat, dejectum effuſumve eſt aliquid, quo alicui noceret.* Idcircò verò, ut advertunt JCt. in locum, qvaſi-delictum dicitur, qvia ipſe non dejecit, nec dejici juſſit, ſed tantùm culpa ejus fuit, qvatenus tales

per-

perſonas in ædibus retinuit, qvi ita impudenter agebant, ut in transeuntes aliqvid temere dejecerint vel effuderint. Lædit igitur alios dominus præ negligentiâ, eò qvòd tales ſibi, qvi ſcilic. alios læderent, in hæc officia ſervos aſcivit: noxæ, qvamvis non immediatæ, meritò tamen cenſetur aliqvalis cauſſa.

Tertia Species *eſt, cùm qvis eâ parte, qvâ vulgo iter fieri ſolet, id poſitum aut ſuſpenſum habet, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere, qvo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt.* Non actu hîc inferri ſupponitur noxa, ſed illud actu ſupponitur poſitum, qvo facilè poſſit noxa inferri: qvi verò res in eâ ponit lubricitate, ut ipſæ poſſint nocere, meritò noxæ cenſetur autor, ſi noceant; imò, qvamvis non noceant, parùm officii memor eſt habendus, cùm illud egerit, qvo poſſit, ſe invito, damnum emergere.

Qvarta Species *eſt, cùm exercitor navis*

Digitized by Google

*vis, aut cauponæ, aut ſtabuli, de dolo aut furto, qvod in navi, aut cauponâ, aut ſtabulo, factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur*: In qvibus etiã caſibus, qvamvis non proximus, mali tamẽ autor habetur exercitor, &, qvaten⁹ cauſſæ architect⁹, effecti per illam cauſſam fit reus. Faverqve textus huic rationi; eum qvippe aliqvatenus culpæ reum affirmat, qvòd operâ malorum hominum uteretur. *§.3. Inſt. eod.* qvi caſus etiam extat *ff. nautæ, caupones l. ult. §.3. Si ſervus nauta damnum dederit, licet ſervus nautæ non ſit, æqviſſimum erit in exercitorem actionem utilem dare. Hac autem* (ut inqvit Ulpianus) *actione ſuo nomine exercitor tenetur, culpa ſcilicet ſua, qvi tales adhibuit; & ideò, ſi deceſſerint, relevabitur.* Atqve hi ſunt caſus, qvi de qvaſi-delictis *Inſt. de oblig. ex qvaſi-delict. & ff. de obligationib. & actionib. l 5. §. 4. & ſeqq.*

Qvinta Species apud Vultejum his ſubtexitur, *l. 1, c. 51. Veluti ſi qvadrupes*

*pau-*

*pauperiem fecerit*, hoc eſt, ſi fera genitali feritate, id eſt, ſpontanea nocuit & minimè provocata, ſed tamen contra *naturam* omnium ejus generis animalium, ut in inſtantiâ à Servio latâ, puta, *ſi eqv⁹ calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit, voluit lex, dari id, qvod nocuit, aut noxiæ æſtimationem, v. ff. Si quadrupes. l. 1. §. 4. 7. & notata Gothofredi in §. 7.* Damni igitur autor meritò habetur dominus, qvòd tali imbutas feritate qvadrupedes ſuſtineat, ubi ab illis noxa fieri poſſit, adeòqve naturali ſaltem jure non audiet pauperies, ut à Jureperitis definitur, damnum ſine injuriâ facientis datum.

Plura etiam exempla hujusmodi obligationum videri poſſunt *in gloſſa ad l. obligationes 1. ff. de oblig. & act. & apud Zaſium l. eandem ff. eod.* Qvarum obligationum originem qvidam ex qvaſi-delictis, alii ex variis cauſſarum figuris petunt, qvibus omnibus, cùm his etiam,

Vid. Doctores in l. 1. ff. de oblig.

iam, qvorum ſuprà eſt mentio, vel leviter expenſis, aliud cogitare non potui, qvàm qvòd civilium juxta jus Romanũ obligationum ad pœnam origo utpluri-mum à noxâ derivetur. Hoc verò ex mutuo civium conſenſu, qvo pœnarum jus ſtabiliant Legislatores, in unaqvâq;, qvantum ſcio, civitate privilegium nacti ſunt, ut poſſint decernere, cujusmodi actiones, & qvibus circumſtantiis poſitæ, nocituræ cenſeri debeant, & qvousqve nocituræ, qvibusqve pœnis his noxæ caſibus obveniri debeat. Deinde ex eodem conſenſu jus habent, qvidlibet ſecundùm prudentiã ſuam ſtatuendi, de bonis fortunæ vel corporis eorum, qvi in eam ſocietatem coaluerunt. Nec qvicqvam qveri par eſt ſubditos de pœnarum ſeveritate, cùm ipſi earum autores ſint, qvi potentiam perfectamqve ἐξουσίαν Legislatoribus permiſerunt, qvidlibet de ſe ſuisq; rebus decernendi.

Magnam habemus ex Jure Civili

K pœ-

peccatorum contra Innocentiam meſ- ſem; alia tamen eſſe, qvæ ratione hujus præcepti vitari debeant, nullus ſum, qvi dubitem. Si enim qvaſi-delicta intra ſpecies peccatorum numerentur à nobis, ſi prava ſvaſio verum à Jureperitis habeatur delictum, atqve idcircò, qvòd omnia hæc ad noxam diſponant ſolùm, non perfectè cauſſent. Pravæ enim ſvaſionis eſt reus, (a) qvamvis is, cui ſvadetur, minimè conſilium ſeqvatur: & pœnam X. aureorum luit, qvaſi delinqvens, (b) qvamvis actu à malè-ſuſpenſo, nocitum non ſit, ſi, inqvam, hæc juſtè ſtatuantur, qvid impedit, qvò minus omnia, qvæ qvoqvo modo ad noxam faciant & conducant, hac ratione evitare jubeamur.

Alia igitur ſunt, qvæ etiam ratione hujus naturæ placiti evitari debent, ut, qvæ

(a) §. Sed etſi 8. Inſt. de Oblig. qvæ ex del. & Leg. Si qvis 20. Cod. de furt. & ſerv. corr.

(b) l. Si verò 5. §. 6. ff. de his, qvi effud

qvæ diſponant ad noxam, qvam immediatè non cauſſant. Idq; vel nos ipſos, ita luxuria, prodigalitas, ſegnities, avaritia, libido, affectus item habitusq;, qvicunqve ad injurias non exſtimulant, qvi, etiamſi imo corde lateant, & ita ſint ad oculum inconſpicui, illic omnes, tanqvã in officinâ, excudunt noxas; unde à Servatore, cui tàm non-Entium (ſi ſic loqvi liceat) qvàm Entium perſpectiſſimæ erant origines & initia, oſtenſum eſt, *ex corde* & reconditis inibi libidinibus *exire cædes, adulteria, ſtupra, furta, teſtimonium falſum, convicia,* Matth. 15. v. 19. Et conſeqventer non tantùm actus perfectos & effectum conſecutos, ſed & motus intimiores & paſſiones qvascunqve, vitiorum cauſſatrices, ſeverè ſuis vetuit. Sic non homicidiis tantùm, ſed iracundiâ, non adulterio ſolùm, ſed & concupiſcentiâ interdixit, neqve eo contentus, iis etiam arceri nos voluit actibus, qvibus ad concupiſcentiã qvo-

modocunqve poterimus deduci. Canon eſt: *Qvicunq; aſpicit mulierem, ut eam concupiſcat, jam adulteravit eam in corde ſuo*, Matth. 5. v. 28. Neq; vis hæc libidinum gentes latuit: *Hinc dicebant, Patriæ proditiones, Rerumpublicarum everſiones, hinc cum hoſtibus clandeſtina colloqvia, nullum deniqve ſcelus, nullum facinus magnum eſſe, ad qvod ſuſcipiendum libido voluptatis non impelleret; ſtupra verò & adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, niſi voluptate*, ut Cicero *libr. de Seneƈt.* ex Archita Tarentino animadvertit.

Sunt etiam, qvæ diſponunt alios, & ad noxam inferendam præparant, hujusmodi actiones ſunt, delationes, ſuſurrones, qvibus aſſentari & adblandiri tyrannis & potentioribus qvibuscunq; nonnulli ſolent: qvo ſæpiùs fit, ut qvi honeſtè ſapienter & modeſtè ſatis ſe geſſerint, aut fortunis ſuis, aut corporis bonis, vel ipsâ deniqve vitâ mulctentur.



Digitized by Google

**N. 14.** *Ratio, cur ita ſint ſoliciti parentes de futurâ liberorum felicitate.*

Aliqvaten⁹ eorum, qvæ liberorum gratiâ à parentibus fiunt, ratio reddi ex primo naturæ placito poteſt; univerſaliter ſeu omnium ratio reddi neqvit. Altera igitur pars ad σοϱγήν, de qvâ infrà, refertur. Hic igitur ſolùm cavetur, ne qvis parens prolem ſinat in eum deduci ſtatum, cui ſtatus non eſſendi rectè præferri poſſit. Noxam enim infert, qvi deteriorem alicujus conditionem reddit. Status non eſſendi prim⁹ erat prolis ſtatus. Si igitur parens ab eo nos eduxerit, & in deteriorem aperuit iter, noxam intulit. A noxa autem nobis eſſe cavendum imprimis, ſubmonet mens. Qvotqvot igitur ſunt, qvi exiſtimant, præſtare non eſſe, qvàm non eſſe divites, conſentaneum eſt eorum rationi, ut omnem moveant lapidem, qvò magis diteſcant liberi. Qvotqvot, qvi in τῷ

eſſe non tantum ponunt boni, qvantum in honorum carentiâ mali, neceſſe eſt, arte induſtriâqve contendant, ut ad dignitates evehantur, à ſe nati: & qvotqvot rectè ſentiunt de gehennâ, præſtare ſcilicet (a) non eſſe, qvàm ejus flammis immergi, eorum rationi conſentaneum eſt, ut ita inſtruant filios, qvo poſſint eas evitare. Qvatenus autem, & qvibus in caſibus morum phænomena, qvi in liberorum curâ videntur, aliud principii exigant, ſuo loco dicemus.

(a) Matth. 26. v. 24.

## Caput IV.

# De FIDE SERVANDA.

N. 1. *Judicia & rationes Jure-Conſultorum & Gentilium, qvòd obligatio ad Fidem ſervandam à naturâ ſit.*

*Grotius.* Optimè, ut omnia ferè in Jure ſolet, Grotius Connani refellit

lit ſententiam, qui ſtatuerat, ex promiſſis jus naturaliter non oriri; Argumenta quædã & autoritates ex illo non gravabor transſcribere. *Secus, inquit, ſi eſſet, ſequeretur, inter Reges & populos diverſos, pactorum, quandiu nihil ex iis præſtitum eſt, vim eſſe nullam, præſertim iis in locis, ubi nulla forma fœderum aut ſponſionum eſt reperta.* Deinde *nulla ratio reperiri poteſt, cur leges, quæ quaſi pactum commune ſunt populi, atque hoc nomine vocantur ab* (a) *Ariſtotele & Demoſthene, obligationem pactis poſſint addere, voluntas autem cujusque, hoc omni modo agentis, ut ſe obliget, idem non poſſit, præcipuè ubi lex civilis* (b) *impedimentum non affert. Accedit his Sapientum conſenſus; Nam quemodo dicitur ab Juris-Conſultis,* (c) *nihil eſſe tàm naturale, quàm voluntatem domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi:*

*K 4* *eodem*

(a) Rhet. 1. 15. (b) l. 2. ff. de legibus.
(c) §. Per traditionem 40. Inſt. de rerum diviſ.

Digitized by Google

*eodem modo dicitur*, (d) *nihil eſſe tàm congruum humanæ fidei, quàm ea, quæ inter eos placuerunt, ſervare. Fidem dicit Horatius juſtitiæ ſororem, & Platonici ſæpè juſtitiam vocant* ἀλήθειαν, *quod fidelitatem tranſtulit Apulejus, &c.* de Jure belli lib. 2. cap. 11. §. 1.

(d) l. 1. ff. de pactis.

Communiter etiam Doctores hoc ex lege naturæ juberi volunt, ut pacta fidesqve data ſerventur. Videatur *Cynus in l. digna vox 4. num. 7. in ultimâ quæſtione verſ. & naturalia jura ſuadent pacta &c. Cod. de Legib. Johan. Baptiſta Plotin. in Tract. de in litem jurando, §. 38. incip. quadrageſimo amplia n. 3. verſ. ubi dicitur quod ratione naturali, &c. And. Fachineus libr. 9. controv. juris, cap. 59.* Adeòqve hoc dicunt obtinere, ut nulla omninò dari poſſit hac ex parte diſpenſatio aut juris remiſſio. Princeps ex ſuæ potentiæ plenitudine tollere poteſt jus poſitivum, atqve adverſum id

ſuo

ſuo arbitrio diſponere. *Alexander in l. ſi quis iniquum 3. §. ſi quis pro 3. n. 6. verſ. & iſtis ſtat concluſio, & ff. quod quisq; juris & conſil. 2. incip. Viſis codicillis, n. 14. verſ. Princeps etiam poteſt ſine cauſsâ: Albertus Brunus conſil. 1. incip. omnipotentis Dei circa 1. articulum col. 5. verſ. primo, quia nemini dubium;* & cæteri innumeri. Certi tamen juris atqve indubitati eſt, Principem ipſum, contractibus & fide datâ, non minùs obligari, qvàm alius qvilibet etiam privatus, idqve ab iisdem doctoribus perinde eſt confirmatum. Vide *Alexandrum Conſil. 1. incip. Redemptoris noſtri invocato ſuffragio circa primum dubiũ verſ. nam qvilibet etiam, ſi ſit ſupremus Princeps, &c. lib. 2. conſil. 97. v. 4. verſ. quia Princeps tenetur ſervare contractũ, & com. 286. in cauſſa communitatis Ripomarenſis, n. 4. Col. 4. verſ. & ideò ipſa: Albertum item Brunum Conſil. 51. verſ. ſecundo moveor,* ubi hanc communem

eſſe ait Doctorum ſententiam; & ratio eſt, qvòd jus naturæ ab omnibus peræqvè JCtis vel à ſummo Principe immutabile judicatum ſit.

Nota eſt, qvam tulit Paulus juris Regula *ff. de reg. Juris l. 84. §. 1. Is naturâ debet, qvem jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus.* Imò dicit Ulpianus *ff. de pecunia conſtituta, l. 1. Prætorem naturali æqvitati favere, qvi conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit, qvoniam grave eſt, fidem fallere.* Qvalis autem ſit conſtitutæ pecuniæ contractus, exemplo ex ſacro textu deſumpto declarari poteſt. Oneſimus fugitivus per miniſterium Pauli in fidem eſt converſus, converſum Apoſtolus ad dominum remittit Philemona, ſcribens ſimul in hunc modum: *Si qvâ te Oneſimus injuriâ affecit, aut debitor tibi eſt, hoc mihi imputato. Ego Paulus ſcripſi meâ manu, ego dependam.* Conſtituta hîc eſt à Paulo pecunia, id eſt, promiſſa: hanc

jam

jam non ultra Oneſimus, ſed Apoſtolus ex promiſſo debet. Epiſt. ad Philemon. verſ. 19. 20. (p)

(p) Si qvis fidem elegit, nec depoſitũ redditur, contentus eſſe debet ſimplo: cùm verò extante [periculo] deponat, creſcit perfidiæ crimẽ, & publica utilitas coërcendo eſt vindicanda Reip. cauſſâ. Eſt enim inutile, in cauſſis hujusmodi fidem frangere. l. 1. §. 4. ff. Depoſiti.

Modeſtinus: *Conſentientes in aliqvam rem ex conſenſu obligari neceſſariò ex voluntate noſtrâ videmur.* l. Obligamur, 52. §. 4. ff. de oblig. & act.. *Etiam nudus conſenſus ſufficit obligationi, ſed & nutu ſolo pleraq; conſiſtunt.* §. 9. & 10.

Cicero: *Fundamentum juſtitiæ eſt fides, fides verò dictorum conventorumq; conſtantia & veritas.* Cicero Offic. 1. qvi ibidem ſupponit, qvia fiat, qvod dictum eſt, appellari poſſe fidem.

Regulus: *Ad Carthaginem rediit Regulus, cùm neq; ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtẽ, & ad exqviſita ſupplicia, proficiſci, qvod fidem ſervandam putabat.* Cicero Offic. 3.



Digitized by Google

*Cicero*: Perfidioſum & nefarium eſt, fidem frangere, qvæ continet vitam, pro Roſc, Comœd. cap. 6.

Seneca: *Fides ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt, nullâ neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio: Ure, inqvit, cæde, occide, non prodam, ſed, quò magis ſecreta quæris dolor, hoc altius condam.* Ep. 88.

*Priusquam promittas, delibera, & cùm promiſeris, facies.* Idem in lib. de mor. *Malo mihi ſucceſſum deeſſe, quàm fidem; etiam hoſti eſt æquus, qui habet in conſilio fidem. Fidem qui perdit, nihil poteſt ultra perdere.* Id.

Germani: Tacitus hanc Germanorum ſtupet fidem. *Aleam*, inqvit, *quod mirêre, ſobrii inter ſeria exercent, tantâ lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo & noviſſimo jactu de libertate & de corpore contendant: victus voluntariam ſervitutem adit; quamvis junior, quamvis*

Digitized by Google

*vis robuſtior, alligari ſe & venire patitur.* Tacitus de morib. Germ.

Plura videri poſſunt apud Grot. de I. B. & P. l. 3. c. 19.

## N. 2. *Qvod naturale hoc, de fide ſervanda, placitum à cæteris ſit diſtinctum.*

Suppoſito jam, qvòd grande in læſâ fide peccatum ſit, qvodqve fidem ſervare pulcrum ſit; qværi tamen poteſt: An primò hoc à naturali conſcientiâ proveniat, ita, ut fidei tuendæ nulla alia ſit origo aut fons, qvàm ipſa natura honeſta dictitans, & à nullo alio dependeat, aut præſcribatur (qvod priùs dici meruit) conſcientiæ dictamine? an forſan ab alio aliqvo placito ſecundario derivetur?

Concludo, qvòd ipſa fides principium ſit, qvodqve ejus actionibus, ſine omni reſpectu ad cætera, qvæ habet, placita, delectetur conſcientia. Si enim ex alio oriundum eſſet, certè aut ex innocentiæ, aut philantiæ præcepto.



Digitized by Google

Quòd non ab innocentia derivetur, contendo. Honeſtum, inqvam, eſt, ut Titius præſtet, qvæ Mævio promiſit: Reſpondes, ita eſſe: verùm non hoc primò eſſe honeſtum, ſed qvia ſuam aliàs Titius innocentiã tueri non poſſit, qvippe Mævium læderet, ſi promiſſis non ſtaret. Fidem enim ejus eſt ſecutus ita, ut damnum illi neceſſariò ſeqvatur, ſi nolit Titius promiſſa adimplere. Papæ! cur, qvæſo te, fidem alicujus ſeqveretur Mævius, ſi non eſſet ex ſe obligatoria? Cur, ſi damnum ſeqvatur, magis à Titio, qvàm à ſeipſo ſecutum judicaretur? Exemplo clarior forſan res fiet: Mævius Titio eqvum vendidit; pactum hujusmodi: Do jam eqvum, ut des cras viginti minas: Non pendit nummos ad diem Titius, ſed eqvum reddit. Non videtur damnum dediſſe, qvia eqvum reſtituit. Imò, inqvis, damni fit reus, qvia credidit, ſe recepturum viginti minas, atqve ita de rebus diſpoſuit, ut ſibi



Digitized by Google

neceſſariò uſui foret hæc pecuniæ ſumma. Bellè. Unum tamen rogâſſe fas ſit, cur præ omnib' promiſſor Titius damni perageretur. Non enim (dato qvod promiſſi per ſe non ſit obligatio) qvicqvam feciſſe arguetur, qvo ratione utens Mævius crederet. Fides ſua Mævium perdidit; ſuppoſitoqve, qvod fidei non ſit obligatio, autor fidei Titius cenſendus non eſt. Stulta enim in confidentiâ fuiſſet credulitas, ob qvam, ut ſtultitiæ ſuæ pœnas lueret, par eſſet. Vicinum ſic alloqvor: Fortaſſe dabo tibi viginti minas; certò credit me daturum. Diceſne, me ex ejus confidentiâ vinciri, cùm ea ſine omni ratione fuerit, nec qvicqvam egerim, cur is certò crederet. Si perſvaſus fuerit furioſus, ſive alius qvis, me daturum illi ingentem pecuniæ ſummam, aut nullâ de cauſſa, aut levi, puta, qvòd eum aliqvando ad cœnam vocâſſem, tenebor ad pecuniam numerandam? Nihil minùs. Qvid



Digitized by Google

autem, ſi ita de ſuis diſpoſuit, ut aliàs ex fide damnum pateretur? Reſpondeo, qvòd me innoxio, damnum ſuâ patitur ineptiâ. Fides jam ſi non obliget, naturaliter nulla eſt ratio, cur alter alteri paciſcenti crederet, aut daturum facturumve, qvod promiſit, cogitaret.

Verùm, inqviunt nonnulli, qvi, qvod promiſit, non præſtitit, alium ſuo defraudavit, nec veniam magis, qvàm fur, meretur. Vulgaria hæc. Nonne eâdem ratione poſſimus & illud de gratitudine placitum ad Caput de Innocentiâ derivare? Opera illius, cui benefit, benefactori debetur, debita autem ad illos pertinent, qvibus debentur; hanc igitur ſi qvis ſubtraxerit, qvaſi fur fuerit. Ita etiam in vulgari beneficentiâ, qvæ ex ultimo emanat placito. Viſcera ſunt, qvæ univerſo humano generi debentur; hæc non exhibuiſſe nefas, hæc ſubduxiſſe culpam ſapit, qvæ qvandam habet cum furto analogiam. Verùm

di-

diſtinctius nobis eſt agendum, & peculiaria hæc ut ſtant poſita, ponenda certè erant placita. Qværo enim, qvomodo pateat, qvòd injuſtè fecerit, qvi à promiſſis receſſit, qvi parenti dare alimoniã recuſavit, qvi aqvam à ſitiente prohibuerit? Reſpondes, qvia hoc pacto alterum *lædit*, & damnum dat. Rogo, qvomodo fiat læſio, cùm nihil à perſona detrahat, cui inferre noxam dicitur? At, inqvies, debuit aliqvid ipſe etiam ejus gratiâ præſtare. At, qvî hoc probes, rogo? Non aliâ ratione ratum facies, qvàm recurrendo ad principia fidei, gratitudinis, benevolentiæ; adeò, ut (ſi fundamenta inveſtigare velis) neceſſe ſit, ut tandem ad hæc ipſa perveniamus principia, ultra qvæ non datur exitus, niſi in conſcientiæ gaudium, qvod omnium actuum moralium finis rectè cenſeri videtur.

Nec qvidem hæc ex promiſſis obligatio in Philautiâ habere poſſit originẽ.

Eſto,

Eſto, intereſſe cujusqve, ut alii cum illo ſervent fidem, nec ſervaturos, niſi ipſe erga cæteros ſervet: at dantur caſus, in qvibus nullum ejusmodi bonum poſſit qvis ex aliorũ fide ſervatâ lucrari, qvantum ex propria ſervata perdet. Tales autem ſunt eorum, qvi ex promiſſis ſolis ad mortem obligantur, aut æqvè grave ſupplicium, ut obſidum aliorumqve, qvorum mentio à nobis facta eſt, cùm qværitur, an poſſit qvis pro eo fidejubere, cui pœna corporalis impendet: in his autem caſibus fides eſt ſervanda, ex qvâ nullum omninò (conſcientiæ bonũ ſemper excipio, & rectè, qvia nullum hoc eſſet, niſi factum juberet ex natura) promittentib⁹ accedere emolumentum poteſt. A qvo autem abeſt commodum, à philautia certè ſvaderi non poteſt.

N. 3. *De modis, qvibus fides dari poſſit:*

§. 1.

§. 1. Ut fides formaliter detur, reqviritur imprimis mentis actus, conſenſus ſcilicet voluntarius.

Javolenus: *In omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat oportet affect⁹ ex utraq; parte contrahentium, Nam ſive ea venditio, ſive donatio, ſive conductio, ſive qualibet alia cauſſa contrahendi fuit; niſi animus utriusq; conſentit, perduci ad effectum, in qvod inchoatur, non poteſt.* l. in omnib. 55. ff. de obligat. & act.

Pedius. Ulpianus: *Adeò conventionis nomen eſt generale, ut eleganter dicat Pedius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conventionem, ſive re, ſive verbis fiat. Nam & ſtipulatio, quæ verbis fit, niſi habeat conſenſum, nulla eſt hac.* leg. 1. §. 3. ff. d. Pactis.

§. 2.

## §.2. Ad fidem datam, ſeu factum promiſſum, adhiberi etiam neceſſe eſt conſenſus ſigna.

Grotius: *Modum promittendi qvod attinet,* (a) *is reqvirit actum externum, id eſt, ſignum ſufficiens voluntatis, qvale interdum poteſt eſſe* (b) *nutus, interdum vox, aut* (c) *litera.* de jure belli lib. 2. cap. 11. n. 11 immò idem eſt, qvod ad juris effectum, non eſſe, & non apparere voluntatem, rem ſuam transferre volentis.

## §. 3. Qvomodo rectè conſenſus ſignificari dicetur?

Magna qvidem ſignorum, fateor, eſt varietas, qvibusqve in numerum redigendis vanus forſan hic loci impenderetur labor, cùm in ſingulis contractibus deſcribendis, modum conſenſus ſigni-

(a) §. 2. Inſtit. de Donat.
(b) l. 52. §. f. ff. de obligat. & act.
(c) l. 2. §. 2. ff. de obligat. & act.

Digitized by Google

gnificandi notare ſaltem mihi decretum ſit.

*Nihil intereſt*, ſi Juliano fides, *an ſuffragio voluntas declaretur, an rebus ipſis & factis. leg. de qvibus 35. §. 1. ff. de Legg.* Qvod nutu ſolo voluntas ſignificata caſibus qvibusdam habeatur rata, ex eo patet, qvia *nutu jubere qvis poteſt, ut adeatur hæreditas. l. 39. §. 1. ff. de acqvirendâ hæredit. l. 65. §. 3. ff. ad SC. Trebellian.* Ita & relinqvere poſſumus fideicommiſſum *l. 21. ff. de legatis 3. l. 22. Cod. de fidei comm.* & legatum *44. Eclog. 1. cap. 132.* Delegamus etiam nutu, *l. 17. ff. de Novatione*, imò paciſcimur & jubemus. *Cujacius ad l. 1. §. 2. ff. de verbor. oblig.* Certè ſi naturam attendimus, qvi qvomodocunq; voluntatem ſignificavit verbis, actionibus, geſtu, ſeu nutu ejusmodi, qvi poſſit mentis ſententiã perfectè declarare, ejus voluntas in licitis & honeſtis conventibus, promiſſis, pactis qvibuscunqve (ſive de dando ſi-



Digitized by Google

ve de faciendo contractum ſit) habetur rata. Ex verbis enim non contrahitur obligatio, qvatenus verba ſunt, aut his literis & ſyllabis conſtant, ſed qvatenus ex inſtituto ſunt conceptuũ ſigna. Certiſſimumq; eſt illud Philoſophorum Axioma, qvod convenit Enti, qva Ens, convenire omni Enti, & conſeqventer, illud convenire omni ſigno, qvod verbis convenit, qvatenus ſigna ſunt. Ne verò fraus cui fiat, aut obſcuritate ſignorum qvis falſum faciat judicium de mente illius, qvi contrahit, leges civiles formulas qvasdam adinvenere, qvibus uterentur promittentes contrahentesqve, ut certis voluntatis ſuæ ſignis. Ita Romano jure *promittendi rei conſtituebantur, ſi interrogati, ſpondetis? reſpondiſſent, ſpondeo, aut ſpondemus; ſive ita interrogati, ſpondes? reſpondiſſent; ſpondemus.* l. duo rei 4. ff. de duobus reis.

*Pacto convento Aqviliana ſtipulatio ſubjici ſolebat, ut Paulus l. Pacto 15. ff. de*

Digitized by Google

*de Transactionibus*: qvi libro ſententiarum ſecundo, Tit. 3. aſſerit: *ſtipulationem eſſe verborum conceptionem, ad quē quis congruè interrogatus reſpondet, velut, ſpondes? ſpondeo. Dabis? dabo. Promittis? promitto. Fidei tua erit? Fidei mea erit.* Et Juſtinianus §. 1. *Inſtit. de verbor. oblig. In hac re*, inqvit, *olim talia verba tradita fuerunt: Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto. Fide promittis? fide promitto. Fide jubes? fide jubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam.*

Utrum autem Latina, an Græca, vel qvælibet alia lingva ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt, ſcilicet ſi uterqve ſtipulantium intellectum ejus lingvæ habeat.

De qvibus ſtipulationum formulis §. 1. *Inſtit. de verbor. oblig.* ad hunc modum reſcripſit Juſtinianus: *Solennia hac verba olim quidem in uſu fuerunt, poſteà tamen Leonina conſtitutio lata eſt, qua, ſolennitate verborum ſublatâ, ſenſum & conſonantem intellectum ab utraq; parte ſolùm deſiderat, quibuscunque tandem*



Digitized by Google

*verbis expreſſum eſt.* Conſtitutio extat hujusmodi: *Imperator Leo Aulo Erythrio Præf. Præt. Omnes ſtipulationes, etiamſi non ſolennibus vel directis, ſed quibuscunq; verbis, contrahentium compoſita ſunt, vel legibus cognita, ſuam habeant firmitatem.* l. omnes. 10. Cod. de contrah. ſtipulat.

Nihil certè, qvod ad naturæ jus attinet, intereſt, qvibus ſignis conſenſus innoteſcat, modò certa ſint: jus tamen civile in ſingulis contractib⁹ ſpecialem modum ſignificandi conſenſum exigit; non qvòd is modus à naturâ reqviratur, ut qvis obligationem contraxiſſe dicatur, verùm ut certum aliqvod habeatur ab omnibus èmpti, locati, depoſiti, ſtipulati, ſocietatis inſtitutæ, & cæterorum contractuum ſignum, neqve acta ſua variè interpretari ad libitum cujusqve & intereſſe liceret. Optimè igitur Bronchorſt. ad l. 27. ff. de Regul. Jur. *Introduxit*, inqvit, *jus civile certas & ſolen-*

*lemnes quaſdam contractuum formulas, certosq́; modos, quibus aliquid deberi incipit vel deſinit l. Obligationum 44. §. 1. v. Placet. 1. ff. de oblig. & act. à quibus neminē recedere poſſe rectè, conſtitutum eſt, ne ad cujusvis privati hominis arbitrium & cenſuram, jus publicum infringatur; habet nempe quilibet contractus propriam ſubſtantiam, & eſſentialem à jure preſcriptam formam, quam ſi detrahas, contractus corruat, neceſſe eſt. l. Julianus 9. §. Sed ſi quis rem ff. ad Exhib. quare nec convenire poteſt, ut ſine interrogatione & reſponſione ſtipulatio contrahatur, aut emptio ſine precio, aut locatio ſine mercede conſiſtat, &c.*

**N. 4.** *De ſpeciebus peccatorum contra fidem, & quomodo ſpecies officiorum & peccatorum, quæ ex placito naturæ de fide derivatæ ſunt, diſtinctè cognoſci poſſint.*

Tot modis peccari poteſt contra fidem, qvot eam dari eſt poſſibile. Da-



Digitized by Google

tur autem apud varias gentes, ſecundùm varias paciſcendi formulas, qvas omnes enumerare, infinitum ſi non ſit, at majoris opus moliminis, qvàm qvod ab homine qvopiã ſingulari perfici poſſit.

Morem igitur, uſum, leges Romani Imperii ſeqvi mihi certum eſt, easqve conventionum formulas, qvibus ſignificabant, ſe alterius gratiâ qvicqvam facturos. De cæteris enim inde, qvamvis varius gentium uſus ſit, facilè futurum eſt judicium. Qvicunqve enim ſunt modi, qvibus aliter alibi ſignificatur conſenſus, his etiam promiſſa implicari eſt neceſſe, atqve ex promiſſis obligationem naſci.

N. 5. *De diverſis promiſſionum formulis, qvibus contractus jure civili naſcebantur: ſive juri gentium & civili communes, qvales erant reales, & ex conſenſu, ſive juris civilis proprii. De innominatis etiam & qvaſi con-*

*contractibus, in qvibus omnibus notantur implicitæ promiſſiones, & qvomodo conſenſus in unoqvoq; ſignificetur, explicatur.*

## §. 1. Contractus, qvi vocantur reales juris gentium.

Reales, ut notat Vultejus Jurisp. Rom. lib. 1. cap. 30. dicebantur, qvia in his contractib⁹ oportebat rem præſentem eſſe neceſſariò & tradi, ut contractus jure civili initus diceretur. Et ſunt:

1. Mutui datio eſt contractus realis, qvo rem in qvantitate conſiſtentem ita damus, ut, qvi accipit, eandem reddat, non qvidem in ſpecie, ſed in genere. *Herm. Vultejus Jurisp. lib. 1. cap. 31. Cujacius obſerv. lib. 11. cap. 37. Dd. in principium Inſt. qvibus modis re contrahitur obligatio. & in Tit. ff. de Reb. credit.*

Promiſſio implicita mutuo dantis: Dabo vel do tibi vini amphoram, ſi Calendis Martiis, proximè ſecuturis, vini



Digitized by Google

ejusdē generis & bonitatis reddes eandem qvantitatem. Significatur conſenſus huic promiſſo, vel per rei dationem, veluti ſi rem tradideris mutuo eam à te roganti, vel per verba, literas, nuncium, aut ſigna conceptuum qvæcunqve.

Promiſſio mutuo accipientis eſt: Calendis Martiis proximè ſecuturis reddam eandem ejusdem generis & bonitatis vini qvantitatem.

Significatur conſenſus huic promiſſioni, accipiendo rem (videlicet) vinum traditum, item verbis, nuncio, literis, aut ſignis animi qvibuscunqve.

2. Commodati datio eſt contractus realis, qvo res aliqva gratuitò utenda alicui conceditur, ut illa ipſa etiam reſtituatur in ſpecie, *Vultej. ib. cap. 32. Calvinus in Diction. ad verbum commodatum & Dd. in §. Item is, cui res 2. Inſt. qvib. modis re contrah. oblig. & in l. 1. §. Is quoq;, cui 3. ff. de oblig. & act. l. ſed mihi 3. §. 1. ff. commodati.*

Pro-

Promiſſiones implicantur hujusmodi: (1.) Comodantis: Do tibi hunc eqvum, ut Calendis Martiis reddas. Significatur traditione eqvi ei, qvi rogavit, ut eum ſibi commodaret, deinde verbis, nuncio, literis, &c.

(2.) Commodatarii: Reddam tibi eqvum, qvo tempore convenit, &c. obſervabo, qvæ lex à commodatario reqvirit, ſignificatur conſenſus eqvi acceptione, ut & literis, nuncio, verbis, &c.

3. Depoſitum eſt contractus realis, qvo res mobilis gratis datur cuſtodienda, ut eadem in ſpecie reſtituatur, qvandocunqve libuerit deponenti. *Valtejus loc. cit. cap. 33. Dd. in §. præterea 3. Inſt. qvib. modis re contrah. obl. l. 1. §. is qvoq; 5. ff. de obl. & act. l. 1. & c. ff. depoſiti.*

Promiſſiones (1.) deponentis: Dabo tibi hæc inſtrumenta, ut apud te ſint thore depoſiti, ſi reddes, cùm voluero. Signa conſenſûs ſunt rei depoſitæ traditio, poſtqvam qvis eum rogaverit, ut

deponat, verba expreſſa voce, literis, per nuncium.

(2.) Accipientis depoſitum: Servabo, qvod apud me depoſueris juxta depoſiti leges, reddamq;, cùm volueris. Signa conſenſus ſunt depoſiti acceptio, literæ, verba, &c.

4. Pignus definitur conventio, qvâ creditori jus in re alicujus conſtituitur, ut debitum ipſi ſit tantò tutius. *Vultejus Jurisp. Rom. lib. 1. cap. 34. & Dd. in final. Inſt. quibus modis re contrah. oblig. L. 1. §. jubet 9. ff. de collat. bon. l. 9. in fine ff. de ſuppell. leg.*

Promiſſiones (1.) Ejus, qvi pignori dat: Dabo tibi hanc veſtem, ut apud te ſit ſecundùm leges de pignore; ſi mihi eandem reddes, qvo tempore omnia, qvæ à me tibi ſunt debita, in ſolidum exſolvam.

Signa voluntatis ſunt: 1. Rei traditio perſonæ hanc cautionẽ petenti, verba item expreſſa, literæ, nuncium, &c.

(2.) E-

(2.) Ejus, qvi pignus accipit: Erit apud me veſtis ſecundùm leges de pignore, reddamqve tibi, cùm mihi debita in ſolidum exſolveris.

Signa pignoris acceptio, verba, literæ, &c.

## §. 2. Contractus, qvi vocantur ex conſenſu juris gentium.

Non ex conſenſu vocabantur hi contractus, qvaſi cæteri ab eo non penderent, (null° enim poteſt eſſe ſine conſenſu contractus) ſed qvia conſenſus merus in his jure civili ſufficere potuit, ſiqvidem aliqvo modo ſignificaretur, qvamvis nulla ſtatim acceſſerit rei traditio. Sine traditione in contractibus realibus obligatio non conſtitit. Cætera enim juri civili non ſatisfaciebant ſigna: ex conſenſu autē dicuntur emtio & venditio, locatio & conductio, ſocietas & mandatum.

1. Emtio & venditio eſt contractus ex conſenſu, de re certo precio haben-

dâ. *Vultejus Jurisp. lib. 1. cap. 35. Cujacius & Gothofred. ad l. 20. de act. Emt. & Dd. in pr. Inſt. de oblig. ex conſenſu: Inſt. de emt. & vendit. l. Venditor 8. ff. de evict. l. neceſſario 8. ff. de peric. & commodo rei vendita.*

Promiſſiones (1.) Vendentis: Dabo tibi eqvum, ſi mihi ſolveris libras viginti. Significatur conſenſus, vel eqvi traditione precium illud pro eqvo offerenti, verbis item, literis, nuncio, & ſimilibus.

(2.) Emtoris: Dabo tibi viginti libros, ut mihi eqvum des. Signa conſenſus: Eqvi acceptio, verba, literæ.

2. Locatio conductio definitur, contractus ex conſenſu certâ mercede aliqvid faciendi, utendi. *Vultejus Jurisp. Rom. lib. 1. cap. 36. Dd. in Inſt. de oblig. qua ex conſenſu l. 2. ff. de oblig. & act. l. 1. ff. Locati, & in totum ferè Titulum.*

Promiſſiones: Cedam tibi agrum Tuſculanum in annum utendum & fruen-

endum, ut ſolvas mihi centum ſeſtertia: Signa conſenſus in locatore ſunt, rei traditio locatæ, verba, literæ, nuncium.

Conductoris promiſſio hæc: Solvam tibi centum ſeſtertia, modò in dictum tempus uti & frui agro Tuſculano à te liceat. Signa: acceptio & uſus rei traditæ, verba, literæ, nuncium, &c.

3. Societas eſt contractus ex conſenſu de re utrinq; communiter habendâ, *Vultejus lib. 1. cap. 37. Dd. in ff. pro Socio Inſt. de Societate.*

Promiſſiones: Omnem operam meam omniaqve, qvæ mihi ſunt bona, tecum faciam communia, ſi omnem operam tuam, omniaqve, qvæ tibi ſunt bona, mecum communices. Significatur conſenſus per communicationem bonorum ei, qvi eam petiverit, item per nuncium, literas, verba.

Reſtipulatio ſic habet: Operam bonaqve tecum mea faciam, qvâ dictum eſt conditione, communia. Signa con-

ſenſus: Uſus & tractatio rerum, de qvibus agebatur, qvaſi ſint communia, nuncium, verba, &c. Contrario conſenſu diſſolvitur ſocietas, veluti his promiſſionibus: Omnium, qvæ nobis interſunt, bonorum dimidiam partem tui juris habebis, ſi mei juris facias alteram partem eorundem. Reſtipulatio: habebis partem alteram, ſi mihi dimidium conceſſeris.

4. Mandatum eſt contract⁹ ex conſenſu, de faciendo aliqvid gratuitò. *Vultejus lib. 1. cap. 38. vide Inſt. de mandato ff. & Cod. mandati vel contra.*

Promiſſiones (1.) mandatarii: Vendam domum centum ſeſtertiis, (prout mihi mandâſti, vel à me petiiſti) ſi ratum facies, qvod fecero in hac re.

Signa conſenſus: nuncium, verba, &c.

(2.) Mandantis: Ratum ſum habiturus, qvod feceris, ſi centum vendes.

Significatur item conſenſu, verbis, nuncio, &c.

§. 3.

Digitized by Google

## §. 3. Contract⁹ Juris civilis proprii vulgariter nuncupati.

Qvi vocabantur contractus Juris civilis proprii, erant ſtipulatio & obligatio.

1. In ſtipulationibus manifeſtiùs fiebant ſupradictæ promisſiones, & magis explicitè. Non enim eſt ſtipulatio ſpecialis contractûs ſpecies, ſed omni contractui intercedere ſolebat. Hinc dicit Imperator, qvod *conventionalium ſtipulationum totidem erant genera, qvot ſunt rerum contrahendarum. §. 3. Inſt. de Diviſione ſtipul.* Qvæ verba ſic explicat gloſſa in locum: *Hoc eſt*, inqvit, *qvot poſſumus dicere genera contractuum, tot ſunt genera ſtipulationum, id eſt, ubicunqve poteſt contrahi, ibi poteſt ſtipulatio intervenire. Nam ſtipulatio propriè non eſt contractus, ut ff. de verb. ſign. l. Labeo 19.* hæc gloſſa. In his autem ſtipulationibus promittebat obligandus, ſe daturum vel facturum illud, de qvo interro-

gabatur, an illud fuerit daturus vel facturus. Qui plus voluerit de more ſtipulationum, legat *Dd in Inſt. lib. 3. Tit. 16, 17, 18, 19. ff. de verb. obl. L. 1. &c. Vulteium Jurisp. Rom. lib. 1. cap. 39.*

2. Et quæ dicebantur literarum obligationes. *Inſt. de literarum obligation.* non primariò ex literis oriebantur, ſed ex contractu aliquo, velut emtione, conductione, mutuo. Literæ verò nihil aliud præſtabant, quàm ſignificationem obligationis, ex his contractibus ortæ.

## §. 4. Contractus innominati.

Contractus æſtimatorius eſt contractus innominatus ex conſenſu, quo id agitur, ut rem vendam, & æſtimationem, quam indicâſti ſolvam; aut ſi vendere non poſſim, ut eandem ipſam reſtituam; ſin nec vendere nec reſtituere poſſim, tùm id agitur, ut mihi retineam, & æſtimationem tibi de meo ſolvam. *Vulteius lib. 1. Jurisp. R. c. 41. leg. un. ff. de æſtimatoria.*

Pro-

Digitized by Google

Promiſſiones ſunt hujusmodi: Hunc eqvũ ſi mihi ſine precio reddas die craſtino, ſive tibi ſerves, aut alii vendideris, viginti verò minas mihi pro eo tùm numeres, gratum erit, qvod feceris, illudq; ratum ſum habiturus.

Significatur conſenſus eqvi traditione mihi, has conditiones poſtulanti, verbis, &c. Eqvum recipientis hæc promiſſio: Aut tibi reſtituam craſtino die, prout voluiſti, eqvum; aut vendã viginti minis, vel mihi retinebo; dictumq; eqvi precium tibi numerabo. Signa: Acceptio eqvi ab eo, qvi has conditiones exegerit, verba, literæ.

Permutatio eſt contractus innominatus re & conſenſu conſtans, qvo certa ſpecies cum certâ ſpecie rei ejusdem generis commutatur. *Vult. Juriſp. R. lib. 1. cap. 41. ff. de rerum permutatione, & Gothofr. in not. lit. p.*

Promiſſiones: Dabo tibi enſem meum, ſi mihi dederis tuum.

Signa: Traditio ejus hâc conditione petenti, verba, literæ.

Repromiſſio: Dabo meum, ſi mihi tuum dederis. Signa: acceptio, enſis, verba, &c.

Plures etiam dantur contractus, qvib⁹ promiſſiones non deſunt, ſed nomina: Harum qvatuor ſunt combinationes, ad qvarum aliqvam contractus hi reducuntur:

1. Promittentis: Do, ut des. Repromittentis: Dabo, ut des.

2. Promittentis: Do, ut facias. Repromittentis: Faciam, ut des.

3. Promittentis: Faciam, ut des. Repromittentis: Dabo, ut facias.

4. Promittentis: Faciam, ut facias. Repromittentis: Faciam, ut facias.

Significationis conſenſus in his promiſſionibus nihil diſtat à ratione ſignificandi in cæteris; non igitur in ſingularũ ſignis morandũ. Harũ mentio in eximiâ illâ lege *l. natural. 5. pr. ff. de præſcript. verbis.* No-

Notandum, qvòd in omnibus juris contractibus, ubi conditio interponitur, parum refert, an Verbum in Futuro, an in Præſenti Tempore uſurpetur. Sive enim dixerim: Do tibi viginti ſolidos, ut des eqvum, ſive dabo tibi viginti ſolidos, ſi dederis eqvum, perinde eſt. Qvamvis enim pronunciaverim, me eqvum dare, non tamen ſtatim & in præſenti datio fit. Tùm enim primùm conditionalis promiſſionis pars abſoluta valere incipit, cùm conditio eſt impleta: In noſtris promiſſionum Typis potiùs Verbo Futuri Temporis: Dabo, ſum uſus, ut qvàm maximè oratio ad naturam accederet contractûs.

## §. 5. Qvaſi-Contractus.

1. Negotiorum geſtio. Cauſſa hujus obligationis ſic recenſetur *l. ſi qvis abſentis. pr. ff. de oblig. & act. Ideò hoc*, inqvit Gajus, *receptum eſt, qvia plerumq; homines eo animo peregrè proficiſcuntur, qvaſi ſtatim redituri, nec ob id ulli curam ne-*

*negotiorum ſuorum mandant; deinde novis cauſſis intervenientibus, ex neceſſitate diutiùs abſunt, quorum negotia diſperire iniquum erat, quæ ſanè diſperirent, ſi vel is, qui obtuliſſet ſe negotiis gerundis, nullã habiturus eſſet actionem de eo, quod utiliter de ſuo impendiſſet; vel is, cujus geſta ſunt, adverſus eum, qui invaſiſſet negotia ejus, nullo jure agere poſſet.* Hæc Gajus & Imperator *§. 1. Inſt. de oblig. quaſi ex contractu.*

Promiſſio ejus, cujus negotia geſta ſunt: Si negotiorum meorum curam geres, quæ nemini ſunt mandata, ut curentur, ratum ſum habitur⁹, qvod feceris, & ſolvam, quæ in rerum mearum procuratione expenderis. Non hujus promiſſionis perſona obligata eſt autor immediatus. Lex enim cavet immediatè: Perſona autem, cujus res ſunt geſtæ, conſenſit omninò legi, iisqve, quæ lex vult. Lex vult fieri ſecundùm tenorem expreſſæ hujus promisſionis; ergò

&

& perſona vult & conſenſit, qvia vult omnia, qvæ lex vult. Lex enim eſt pactum civium, illiusqve per conſeqvens pactum, ſi ipſe ſit civis. Promiſſio negotia adminiſtrantis: Si facies rata, qvæ fecero, &, qvæ in rerum tuarum procuratione expendero, ſolves, res adminiſtrabo. Signum conſenſus eſt, Adminiſtrationis aditio, verba, nuncium.

Priori promiſſioni conſenſus ſignū eſt: (1.) Communis hominum natura, qvæ conſentit iis, qvæ manifeſtè è re ſunt; è re autem eſt illa promiſſio, cùm aliàs diſperirent res à nullo curatæ.

(2.) Signa omnia, qvibus probatur, eum, cujus res ſunt geſtæ, legi conſenſiſſe.

2. Tutelà (q) eſt vis ac poteſtas in capite libero conſtituta, ad tuendum eum,

(q) Hæc definitio habetur §. 1. Inſtit. de Tutel. nec qvadrat huic loco. Melior autem eſt hæc: Tutela eſt qvaſi-contractus, qvo ex adminiſtratione pupilli oritur mutua obligatio §. 2. Inſt. de oblig. ex qvaſi-contractu, l. 5. §. 1. ff. de obligat. & action.

Digitized by Google

eum, qvi propter ætatem ſe defendere neqvit. *Inſt. de oblig. ex qvaſi-contractu ff. de oblig. & act. l. 5.*

Promiſſio pupilli: Si fideliter adminiſtraveris res meas, ratum habeo, qvod feceris, & expenſas ſolvam.

Signa conſenſus: (1.) Qvia lex vult, cui conſentire creditur civis: qvia commodum eſt, cui favere in propria cauſſa omnes ſupponuntur.

Promiſſio tutoris: Fideliter adminiſtrabo res, modò ratum habeas, qvod fecero, & expenſas ſolvas.

Significatur conſenſus aditione tutelæ, verbis, &c.

3. Ex communione etiam fit jure civili qvaſi-contractus, puta, ſi res communis ſit ſine ſocietate, veluti qvod pariter iis legata donatave fuerit: ſi alter qvid expenderit ad rem conſervandam augendamve, alter tenetur ad partis expenſarum præſtationem. *Inſt. eod. §. 3. l. 3. pr. & l. 4. §. 3. ff. commun. div.*

Pro-

Digitized by Google

Promisſio (1.) Ejus, qvod pro re communi ſervandâ erogaveris, pendam dimidium; rem ipſam, cùm volueris, dividi ſinam. Mediatè etiam per legem hîc conſentit huic obligatus.

Promisſio (2.) Dividi rem ſinam, & ſi pendes, dimidium, pro re communi erogabo, & ſigna: Actualis erogatio, &c. *

4. Ex hæreditatis aditione. §. 5. *Inſt. de oblig. ex qvaſi-contract. & d. l. 5. §. 2. ff. de obligat. & act.*

Promisſio defuncti: Si ſolves legata omnia debitaqve mea, hæres meus eris. Signa voluntatis: Teſtamentum, legis tenor, cui conſentire creditur, ſi teſtamentū non ſit vel in Scriptis vel Nun-

cu-

* Omiſſa eſt hæreditatis communio, qvæ eſt qvaſi-contractus, qvo inter cohæredes mutua oritur obligatio, de reb⁹ hæreditariis communibus dividendis, &, qvæ earum occaſione commoda vel incommoda ad alterutrum pervenerunt, communicandis. §. 4. Inſt. de oblig. ex qvaſi-contract. l. 1. & 16. & 18. ff. Famil. erciſcund.

cupativum. Significatur autem conſenſus legi verbis expreſſis, commodorum à lege receptione, &c.

Promiſſio hæredis: Solvam legata omnia debitaqve, ſi me ex aſſe hæredem conſtitueris. Probatur conſenſus aditione hæreditatis, &c.

5. Ex indebiti ſolutione: Indebiti ſolutio eſt contractus improprius, qvo is, cui per errorem indebitum ſolutum eſt, obligatur ad ejus reſtitutionem. *Vultejus de Jurisp. R. lib. 1. cap. 42. l. 2. ff. de condict. indebiti. §. 6. Inſt. de oblig. qvæ ex quaſi-contractu. l. 5. §. 3. ff. de oblig. & act.*

Promiſſio: Qvod ceperim indebitum, tibi ſolvam, nec ultra detinebo. Signa: Lex, cui conſentire probatur, ut ſuprà, atqve infra etiam, ubi de obligatione ad magiſtratus agitur.

6. Exhibitio eſt contractus improprius, qvo is, qvi rem tenet, in qva alius intereſſe habet, eo ipſo, qvod rem tenet, in-

Digitized by Google

intereſſe habenti conſenſiſſe intelligitur de re illa, qvandocunq; ipſi libuerit, exhibendâ. *Vultejus ib. & integr. Tit. ff. ad exhibendum.*

Promisſio: Rem illam, in qvâ tuum eſt intereſſe, ſi qvando tibi libuerit, exhibebo; i. e. ut interpretantur JCti, faciam in publico poteſtatem, copiam, videndæ & apprehendendæ rei. *l. 2. ff. ad exhibend.* Signa conſenſus eadem, qvibus probatur, eum legi conſenſiſſe.

Sic ſe habent obligationes, (vulgariter nuncupati qvaſi-contractus) atqve hoc modo obligant homines in ſtatu pacti. Niſi autē legi conſenſiſſent priùs, in qva de his ſingularibus cautio eſt, adeòqve per conſenſum ad legem probaretur ad ſpeciales hos caſus conſenſus, nulla eſſet inter has obligationes, eaſq;, qvæ à contractu procedunt, ſimilitudo. Aliis, fateor, rationibus in iiſdem caſibus homines ad easdem præſtationes obligantur aliqvando etiam naturaliter, in

In tribus enim prioribus caſibus gratitudinis obligat lex. Ingratus enim meritò cenſetur, qvi tutori, ſocio in legato, aut cuilibet alii, qvi in rebus ejus gerendis pecuniam ſimul cum operâ expenderit, nolit expenſas ſolvere, ſordesqve naturæ arguit, cùm qvis velit conditionem alicujus ob amicum affectûm deteriorari.

In cæteris, qvi ſeqvuntur, caſibus, aut noxa fit ex non præſtatione, aut vel debitum non ſolvendo, aut res alterius non exhibendo, damnum infertur, & minuitur ei commodum, cujus intererat ſolvi aut exhiberi rem. Hæres, ſi legata aut debita ſolvenda non curet, fidẽ defuncto datam fallit, qvæ dari ex aditione hæreditatis ſupponitur. Generaliter verò in qvaſi-contractuum violatione fidem publicè magiſtratibus & legi factam frangi, eſt certiſſimum, præſertim ſi judicium detrectetur.

Notandum, qvaſi contractus in hoc à con-

Digitized by Google

contractibus diſtare veris, qvod in contractibus conſenſus in qvâlibet ſingulari conventione ſignificatur, in qvaſi-cōtractibus conſenſus ſpecialis arguitur ex conſenſu univerſali ad leges, qvibus cavetur de præſtationibus his, in hujusmodi caſib⁹ faciendis; & proinde, qvot ſunt ſpecies juris, in qvibus obligatur qviſpiam ad aliqvid dandum vel faciendum, idqve non à contractu vero, tot ſunt ſubditorum qvaſi-contractus, qvia ſubditi omnes, ſe obſecuturos legi, pollicentur.

Advertendum etiam, qvòd, qvamvis non ita ſint explicitæ ferè in contractibus promiſſiones, qvemadmodum in noſtris his exemplis, neqve noſtra hæc exempla ſic plena ſint, & pactionum ſingularum naturis adæqvata, qvàm poſſint fieri, ſi omnes contractuum cautelæ interponerentur: tamen ſignificabatur ex minutiis illis ſignorum, qvicqvid vel in noſtris, vel in qvibuslibet aliis, contra-

tractuum typis connotari potuit. *Si enim dubia contrahentiũ intentio ex verborum ſignificatione non colligatur, tunc id, quod actum eſt, ſolemus interpretari ex naturâ contractus. Sic intra contrahentes actum id eſſe præſumitur, quod ex naturâ contract⁹ dari vel fieri conſvetum eſt. argum. l. cùm quid 3. ff. de reb. creditis. Ubi dicitur, quod in contrahendo agitur, id eſt, quod tacitè venit ex naturâ contractus, pro cauto habetur, licet expreſsè non ſit dictum aut conventum. Itaque ſi vinum vetus mutuo datum ſit, non licet pro vino veteri reddere novum, quia hoc tacitè actum cenſetur, ut in eodem genere, eâdemq; qualitate & bonitate, quâ datum eſt mutuum, reddatur. dict. l. 3. l. Eum, qui Calendis 41. ff. de verb. oblig. Hæc Bronchorſt. in Reg. 7. ad l. Semper 34. ff. de Reg. Juris,* qvæ etiam regula huc facit. Generalibus igitur qvi contractuum verbis: Mutuò do, commodo, oppignoro, depono, &c. utitur, qvamvis

vis conditiones expreſsè non adhibeat, qvæ in legib⁹ de depoſito, mutuo, commodo, exprimuntur, ad easdem tamen lege, expoſitionem verborum explicante, obligatur.

**N. 6.** *De fidei influentiâ ad univerſalis obedientiæ neceſſitationem in Chriſtianiſmum profitente cauſſandam.*

Stipulatio, qvæ à Deo & Eccleſia in omni ætate ab iis reqviſita eſt, qvi nomina Chriſtianæ religioni dederunt, videtur hujusmodi: Ipſum me, & commoda qvæcunqve temporalia, lubens ſeponam, crucemqve vitæ Chriſtianæ comitem tollere non verebor, ut Chriſtum Dominum meum unicum Regem, ut Imperatorem, ſeqvar; Ei ſum obtemperaturus, & facturus, qvæ mandaverit, qvantum potero, omnia; nec penſi faciam, vivam an moriar, diteſcam, an rebus omnibus, ad vitæ uſum ſpectantibus, indigeam, modò juxta Imperatoris



Digitized by Google

& Domini præcepta ad ipſius gloriam contendenti hæc eveniant aſpera. Ille enim, qvod noſtra intereſt, cui inſervimus, integrè procurabit. Abrenuncio Satanæ, operibus, & cultui ejus ipſius, & miniſtrorum illi inſervientium, omnibus carnis noſtræ in ſenſuum delinitione occupatis concupiſcentiis, & qvibuscunq; Mundi pompis, moribus, uſibusqve Chriſtianæ pietati repugnantibus; univerſaliter deniqve tam in publicis, qvàm privatis, domi & foris, confidam Deo, conſiliisqve ejus & præceptis, ſedulâ, ſtudioſâ, ſincerâ mente parebo.

Si qvis negaverit, ſic à ſe pactam fidem, is &, ſe Chriſtianum eſſe, inficiatur; qvia neminem aliâ conditione in ſocietatem ſuam admittit Eccleſiæ Rector Chriſtus: Si faſſus fuerit; ad omnem igitur Chriſtiani cultûs partem, ex datâ fide ſe eſſe obligatum, confiteatur, neceſſe eſt.



Digitized by Google

N. 7. *Qvatenus ex fide ad Magiſtratus ſubditi, & familia ad patrem-familiâs obligentur: De variis item conſensûs ſignificandi formis, qvibus Principis alicujus vel Principum virorum imperio reddimur obſtricti: de obligatione infantum ſub regimine legitimi Principis educatorum, & poteſtate Eccleſiaſticâ, an in eos exerceri poſſit, qvi ex propriâ conventione & conſenſu nullatenus ſunt obligati? An obligatio ad alligeantiam ceſſet, cum potentiâ ad tuendos ſubditos exuatur Princeps?*

Magiſtratus, Reges, Imperatores, Principes, Senatores, & qvicunqve potentiam in Ariſtocratiâ vel Democratiâ exercent, & ſupremam rerum politicarum adminiſtrandi facultatem, jus ſuum



Digitized by Google

nõ aliunde utiliter & ex certo principio petunt, qvàm à ſubditorum conſenſu, nec ab altiori fonte derivare, aut conſtanter aut ſuo commodo, qveunt. Supponatur enim, imprimis patrem in familiâ ſuâ regendi habere facultatem; at domus hæc eſt, non civitas; ſed qvalem, in qvos tandem, qvam arctam domi, cedo, concedere fas erit patriam poteſtatem, ſi hæc fidei tollatur obligatio? Uxorem ſibi devinctam habet: at non niſi ex conventione, cujus formam conſtituit Deus. Et ſervos varii generis nactus eſt: omnes tamen ex diverſis contractuum generibus, nec aliunde ſibi obſtrictos. Filios ſubditos habet; ſed eâ ratione, ut contra naturam peccet pater, ſi qvicqvam aſperum, durum, aut ϛοϱγῆ naturali incongruum jubeat. Rex itidem, pater patriæ cùm ſit, beneficiis plurimos ſibi devincire poterit, at niſi ſibi ipſi incommodet, qvo ſubditis inſerviat, ſervitium pro libitu, niſi conſen-

ſu obſtringantur, ſubditis relinqvere jus erit. Nec enim lege gratitudinis tenentur à commodo recedere, ut Principi ſatisfaciant, niſi Principem noverint feciſſe, aut crediderint, velle eorum gratiâ tantundem facere. Fingamus rurſus, Principem aliqvem virum vel viros ſub capitis pœnâ plura edidiſſe de moribus formandis reſcripta, & peccantibus qvascunqve perduellionis vel læſæ majeſtatis pœnas intermitari; niſi vi adhibeant, nemini ſe non ridendos exhibebunt Legislatores: *Sin & eam adhibuerint*, non qvispiam eſt, qvi ſe iis obſervandis cenſebit ex aliqvo juris principio obligatum, ſed tantiſper morem geret, qvamdiu uſui aut lucro futurum hujusmodi crediderit obſeqvium; negliget autem, mentitasqve perrumpet leges, qvamprimum is ſibi eam rem fructuoſam putabit fore. Relinqvitur ergò, poſſibilem certè eſſe ex beneficiis ad gratitudinem ſubditos obligandi rationem,



Digitized by Google

nem, potiorem autem nullam extare, qvàm qvæ per fidem fiat. Opere igitur precium videtur, ut, qvibus rationibus Principi aut principibus viris fides dari poſſit & ſoleat, jam videamus.

Conſveta autem eſt dari fides: 1. Vel immediatè per ſponſiones ore prolatas, juramenta alligeantiæ, proteſtationes, recognitiones qvascunqve, veluti cùm interroganti conſenſus ſignificatur per manuum elationes, vel qvoscunqve acclamationum & plauſus, geſtus facti indicium facientes, per reſcripta item, & literas obſeqventiæ teſtatrices, vel regimen tale (r) implorantes. Secundè, aliter etiam mediantibus iis, qvibus rerum noſtrarum procurationem, adminiſtrationem & arbitrium cōmittimus, conventio fit. Ita in Conciliis Parliamentorum, ſtipulatio, qvæ à Senatoribus illic fit, omnes etiam abſentes obli-

gat,

(r) Ejusmodi varia exempla in Sacris occurrunt: Judic. 11. v. 6. ſeqq. 1. Sam. 8. v. 5. cap. 10. v. 23. 2. Sam. 2. & 4. 1. Reg. 12. v. 18.

Digitized by Google

gat, qvorum ſuffragia àderant inſtitutioni & deſignationi Senatorum. Paciſcuntur enim, qvaſi per deputatos ſuos & fidei commiſſarios, qvi juſtè etiam eorum vice ſunt, ipſosqve ex æqvo repræſentant, qvi autores erant, ne jam electi in ordinem Senatorium aliqvando eligerentur, & qvi proinde in alios contulêre ſuffragia. Cùm enim qvæſtio eſſet, qvi cæterorum omnium partes ſuſtinerent in Concilio de Republ. conſentiebatur generaliter de qvæſtione, hâc ratione dirimendâ, eos ſcilicet omnium judicio electos fore, qvibus major ſuffragantium pars conſenſerit, adeòqve fiebat, ut abnuendi contradicendiqve potentiâ, ex propriâ conventione, (s) exuantur. 3. Aliter etiam, & ſubtiliori aliqvantum ratione, conſentire qvis exiſtimatur, puta, per uſum commodorum.



(s) Ita lege regiâ populus Principi & in Principem omne imperium ſuum & poteſtatē conceſſit. §. 6. Inſt. de I.N.G. & C. l. 1. ff. de Conſt. Princip.

rum, à Principatu dimanantium, ut in municipali apud nos jure, ſi qvis breve aliqvod ad ſuum intereſſe recuperandum impetrari ſui cauſâ fecerit, vel judiciis, aut etiam tutelâ Magiſtratus fuerit adjutus. Magiſtratus enim, non niſi reqviſitâ alligeantiâ, eâ ſcilicet conditione & lege, aut ſaltem ſuppoſitione, hujusmodi exhibet commoda & præſidia, & contrà dicto jure non utentibus, ex legibus (ἀνόμοις) qvibuscunqve & ſubdi recuſantibus, hæc noluit exhiberi, unde juris apud nos communis regula: *Utlagatus habet caput lupinum*, i. e. qvi legibus uti nolunt, iis non magis magiſtratus, non magis lex, qvàm lupo cavet, nec ulciſcitur priùs illatas exlegi injurias. Univerſalis autem juris eſt, & qvod apud omnes obtinet, eum, qvi ſub conditione qvidqvam recepit, ad præſtandum conditionem teneri recepto annexam: & conſeqventer, qvisqvis ſibi aſſumſerit, qvæ ſubditis ſunt propria,

ſe

ſe etiam ſubdi velle fecerit indicium. Si qværatur, an juſtè auxilium ex legibus denegetur? Protrahi debere nullus dubito, & eousqve protrahi, dum ſubditi omnes ab injuriis vindicentur, & de futuro, ne damna iis ex aliorum maleficio accidant, cautum ſit: non omninò autem vindicari, & poſt omnes ſubditorū injurias reſartas vindicari, perinde fore exiſtimo.

In qvæſtione: An actus regiminis qvis poſſit exercere, cui nondum populus conſentit? poſſe exercere ſæpius, idqve ſine injuria cenſui, puta, ſi certiſſimum atqve exploratum ſit, iſtiusmodi uſurpatum regimen populo conducere. Omnes enim id velle, qvod eorum intereſt, naturæ vox eſt. Nec opus fuerit, in re tàm aperta moram facere, aut expreſſas diutiùs præſtolari ſententias.

Si verò reclamet, & regimini conſentire recuſet populus, isqve mente & ratione humanâ humano more utens,



Digitized by Google

non planè morbidus, & deſtitutus judicio, æqvum eſt, ut priſtinâ fruantur libertate, qvamvis etiam exiſtimet Princeps uberius commodum, ex obedientia ſubditorum, iis ipſis eſſe proventurum. Ratio eſt, qvòd commodi ſui & voluptatis unusqvisq; optimus æſtimator ſit, nec alius qvis, qvid Titio ſit appetibile, ipſo Titio meliùs poterit dignoſcere: qvi, ſi qvid intereſſe putet, labi tamen & errare poſſit, ſiq; damnum ſuſtinendum ſit, ex proprio errore, qvàm alieno illud ſuſtineri, æqvius eſt.

Si ultrà qværatur, annon, qvotqvot ſub imperio legitimi Principis ſunt nati, etiamſi propter ætatis defectum nondū conſenſerint, obſeqventes ſe eidem præſtare debeant, ſic videtur ſtatuendū: etiam infantes tutelam Principi debere. Cùm enim nondùm ratione, aut robore ſibimet ipſis defendendis valerent, vitā eo tempore fortunasqve ſartas - tectas publica lex & judicium fecit, & qvi præ-

ne-

neqvitia aliàs impotes invaſiſſent, imperii terrebantur vindictâ, ne damnum inferrent. Huic beneficio cùm par referendum ſit, Imperatorqve exigat obſeqventiam, ſi abſq; diſpendio ei poteris obſeqvi, ad eam præſtandum teneris: ſin id ſine detrimento fieri non poſſit, & nondum conſenſeris, videndum eſt, an in rerum natura, à Principe procuratâ tutelâ detrimentum, aut moleſtiam ſibi creari paſſus ſit Princeps. Si paſſus ſit, referendum par eſt, nec moleſtiæ aut diſpendia Principis cauſsâ detrectanda ſunt: ſin minùs, & per accidens incorporeum (ut ita dicam) contulerit beneficium, curandum eſt, ut eidem, ſi poteris, eâdẽ ratione, ſine labore aut damno tuo retribuas. Cùm enim hæc ex gratitudine, nec aliunde, procedat obligatio, ad amuſſim fecerit, qviſqvis par & τὸ ἴσον reddi à ſe curaverit, nec ad ulterius qvicqvam jure naturæ obligatur. De divinis legibus taceo, aut certè ad



Digitized by Google

obtemperandum teneri, ex cap. *ad Roman. 13.* dixero.

De obligatione ad hanc vel illam Jurisdictionem Eccleſiaſticam, plurimis iisqve doctiſſimis viris, qvi, Chriſtianæ Religionis dogmata ſine neceſſitate multiplicanda eſſe, negant, cousq; procraſtinandum videtur judiciũ, dum Theologi probent, talem regiminis formam à DEO deduxiſſe originem, eamqve eſſe à Deo Patre, Filio aut Spiritu, per præcepta aut exempla Apoſtolica, aliterve inſtitutam, primæqve inſtitutionis eandem adhuc apud nos conſtare rationem. Niſi enim adhuc conſtet priſtini usûs, aut præcepti ratio, juſtè fortaſſe tolli poſſit, aut ceſſare ritus, ut extremæ unctionis & ἀγαπῶν in deſvetudinem jam abierunt officia, & ritus. Sin divini comperiatur juris, extra controverſiæ aleam res ponitur, & Eccleſiaſticæ poteſtati, propter Deum, obtemperandum proculdubio eſt. Si nul-

lam

tam eſſe inſtitutionem appareat, aut rationem ceſſare, cùm neceſſitas Eccleſiarum & Miniſtrorum jure Chriſtiano ſit, ad conventiones pactionesq; deveniendum eſt, ut in Eccleſiis ordo, & apud Miniſtros autoritas conſiſtere poſſit. Convenire autem, ſi perſonaliter, per nos ipſos, ſive per commiſſarios & deputatos poſſumus, eâqve ratione Convocationes, Parliamentaqve, qvatenus noſtrâ vice ſunt, nos obligare poſſunt, vel Epiſcopis, vel Presbyterio, vel poteſtatibus qvibuscunqve, uſui Chriſtiano, & Eccleſiæ ædificationi, inſervientibus. Anteqvã verò conventio fiat, qvæ aliud fundamentum, qvàm naturæ libertatem habere neqvit, videndum eſt, ne de qvopiam paciſcamur, qvod legi divinæ per nuncios revelatæ repugnet. Hic ſubtexere non verebor, & ſubmonere de qverela, qvæ vulgatiſſima eſſe cœpit, qvod ſupponant ferè Theologi, neceſſarium prorſus eſſe, ut peculiaris aliqva

& unica regiminis forma, per totum terrarum Orbem, atqve omni ætate in Eccleſiis generaliter ſit inſtituta, qvo fit, ut de qvæſtione: An ſit peculiaris aliqva univerſaliter obligans regiminis inſtitutio? difficile ſit, reperire qvicqvã nervoſiùs aut confirmatiùs dictum. Citiſſimè enim tranſeunt Scriptores ad qvæſtionem, qvalis ea eſſe debeat regiminis forma, an ſcilicet Papatus, an Epiſcopatus ſine Papatu, an Presbyterii, vel deniq; Eccleſiarũ independenter conſtitutarum forma ea ſit, qvæ ſuam originem habeat, nec à mutabili hominum conſenſu qvoqvo modo dependeat?

Ultimò, ſi qværatur: An, ſublatâ omni à Principe alios in rerum ſuarum uſu tuendi potentiâ, ſubditorum etiam ad fideliter pactam alligeantiam tollatur obligatio? plurima ſunt, qvæ veniunt impenſiùs conſideranda.

An tale pactum à Chriſtiano fieri poſſit, cùm ἀρχαῖς ἐξουσίαις obtemperare ju-

Digitized by Google

jubeat Deus, potentiæ autem ſublatæ, atq; jam exiſtenti ſimul obedire, ſit impoſſibile.

2. An pactum jam præſtitum ſit. Qvi enim alligeantiam pactus eſt ſub conditione tutelæ, & tamdiù eam præſtitit, qvandiù exhibita eſt tutela, ſolutione debiti liberavit fidem, nec tenetur ad ulteriorem obedientiam, qvia nihil ultrà pactum fuiſſe ſupponitur.

3. An remiſerit eam Princeps, cui pacta eſt fides? puta, ſi ſimpliciter, & ſine conditione pactum ſit de obſeqvio faciendo, videri poſſit, annon etiam remiſerit, vel remiſiſſe ſit cenſendus. Si remiſit, voluntas remittendi oſtenſa eſt, ſigno aliqvo, qvali in danda fide utimur: nec aliter cenſeri debet remiſiſſe, niſi appareat, planè inutile ei fore ejusmodi obſeqvium.

4. Videndum eſt, annon impoſſibile ſit obſeqviũ? Impoſſibilium enim nulla eſt obligatio. Sed generalius infra

ſuo

ſuo capite, *qvibus modis ceſſet obligatio;* disqvirendum eſt. Hic ſubmonere lectorem, videtur neceſſarium, eum intervenire ſæpiùs in his & ſuperioribus qvæſtionibus circumſtantiarum numerum & varietatẽ, ut facilè qvis labi poſſit, nec in judicio faciendo, qvod rectiſſimum eſt, aſſeqvi. Non infreqventer enim in acie novaculæ ſtat res: qvæ igitur hic à me ſat ſcio bonâ fide eſſe nec partium ſtudio dicta, ut tamen perpensâ re omnium, qvi his in rebus judicare poſſunt, ſubmittantur judiciis, volo & jubeo.

N. 8. *An Regum potentia pactis legibusq́; poſſit limitari ita, ut aliqvid à Rege poſſit committi, qvo facto ſolvantur ab obedientiâ ſubditi?*

Negat Hobbeſius *Leviathan p. 2. cap. 18.* ut verò ſuam tueatur ſententiam, has ponit concluſiones:

1. *Regem, eumve, qvi Principatum tenet,*

*net, nihil omninò pepigiſſe cum ſingulis, qui ſe ſubditos dabant, quo ſaltem ipſo, poſtquam poteſtatem fuerit adeptus, obligaretur, & proinde neminem poſſe eum injuſtitiæ aut fidei violatæ incuſare.* Ratio eſt, *quia acta, quæ culpat, ipſius ſunt acta. Suſtinere enim uniuſcujusq; perſonam Regem, etiam in omnibus, quæcunq; egerit,* vult. Atq; hæc omnia neceſſariò contingere, ita, ut non poſſit pactum Regis obligatorium iniri ab ipſo, neqve poſſit Imperator ita conſtitui, qvo minùs in omnibus uniuſcujusqve ſubditorum perſonam gerat.

Nos, pacta Regum obligatoria poſſe contrahi, non ambigimus, adeòqve fidei tàm ad ſummos Imperatores, qvàm ad infimam plebem, exte[illegible]rionem. Neqve enim, cùm [illegible] pts [illegible] omnem facta, me ipſius me damnare neceſſe videtur, cùm in omnibus, qvæ fieri ab eo poſſunt, meam non ſuſtineat perſonam. Suppono enim, hujusmodi inter-

terfuiſſe pactum: Donec hoc aut illud egeris, donec has obſerves leges, in cæteris acta tua mea cenſebo. Qvo pacto, ſi contrà fecerit, obligatione ſolvor, neqve ulteriùs aliqvid à me exigi poteſt, cùm promiſſum explererim: qvod ita verum eſt, ut ſi nihil pepigerit Rex, nec ipſe ad parendum, nec ille ad imperandum teneatur.

2. *Non poſſe hujusmodi inire contractum, qvi reſolutionem populi in ſtatum naturæ non impediat.* Supponit enim, ſtatum naturæ eum eſſe, qvo omnes ſe habent ad alios, tanqvam hoſtes; qvod ſuppoſitum, in Titulis de innocentiâ & humanitate, examen ſubit. Illis igitur animadverſis, conſeqventer dicimus, qvòd ſtatus ille naturæ (in qvo poſiti aliud poſſint pactum ſtatim de regimine inire) multò optabilior ſit, qvàm ſtatus Tyrannidis; adeòqve rationi non eſſe diſſentaneum, ut ejusmodi fiat contractus, qvi, ad majus malum evitandum,

re-

Digitized by Google

regreſſum dot ad eum, qvem nos verum putavimus naturæ ſtatum, ob portenta, qvæ fingit in eo Hobbeſi°, minimè formidandum.

3. Hanc (qvam facilem vocat veritatem) his verbis ſententiā ſtatuit: *Pacta (cùm verba tantùm ſeu ſpiritus ſint) nullam vim habere, quâ obligent, contineant, obſtringant, vel protegant qvempiam, præter eam ſolam, qvam à publico ſunt nacta gladio, id eſt, à manibus liberis hominum, aut hominis, apud quem ſumma rerum eſt poteſtas.* Cùm verò huic concluſioni memoratum jam naturæ placitum apertè in terminis contradicat, ipſa placiti, ſi ſuo loco rectè confirmetur exiſtentia, præciditur jam omnis, qvæ ex hoc argumento ſperabatur firmitas & robur.

4. Ultimò ad rei confirmationem ſic progreditur: *Cùm poteſtas hominum multitudini ſit conceſſa, nemo eſt, qvi imaginatur ejuſmodi*, qvale vulgò ſup-

po-

Digitized by Google

ponitur, *pactum in inſtitutione interceſ-
ſiſſe.* *Nemo enim ita eſt plumbeus, ut,*
e. g. *dicat, populum Romanum pepigiſſe
cum Romanis, ut ſummam rerum poten-
tiam his aut illis conditionibus tenerent,
qvibus non ritè præſtitis licere poſſit Ro-
manus, Romanos potentiâ exuere.* Ego
qvidem fateor, adeò meam plumbeam
eſſe rationem, ut nihil in dicto pacto
notet abſurdi. Qvamvis enim pluribus
ſit conceſſa imperandi, conſulendi, &
judicia faciendi poteſtas: plures tamen
ex ea civitate ſunt qvi eâ deſtituuntur, &
ſubditi dici poſſunt. Hi igitur ſic pro
ſe videntur promittere: Nos alii è po-
pulo Romano vobis, hac aut illâ digni-
tate conſtitutis vel conſtituendis, & e-
juſdem civitatis municipibus, pollice-
mur, nos ratũ eſſe habituros, qvodcun-
qve alias feceritis, modò has aut illas in
imperando cõditiones obſervetis. Qvas
cùm non obſervent Imperium nacti, tol-
litur à ſubditis obligatio, utpote qvi pa-
ctum

Digitized by Google

ctum expleverint, cui datâ fide priùs e-rant, ſed non niſi ex conditione à Magiſtratibus præſtandâ, obligati.

His igitur ita excuſſis, patet, qvàm frivola ſint, qvàmqve ſine ratione ſæpiùs iteratâ, qvòd *omne dominium ſit abſolutum, ſive ſit ex inſtitutione, ſive deſpoticũ, eumqve non habere rerum ſuprematum, qvi non habet abſolutè*, ut Leviath. part. 2. cap. 20. Qvòd *ſuprema poteſtas, ſive ſit in uno ſolo, ut in Monarchiâ accidit; ſive in hominum conventu, ut in Democratiâ & Ariſtocratiâ, tanta revera eſt, quanta fieri ab homine poſſe cogitari poteſt.* ut ib. ad finem capitis. Qvòd *nihil injuſtum dici poſſit, qvomodocunq; ab eo patratum, cui ſumma rerum eſt delata poteſtas.* cap. 21. ib. Qvòd *nulla in ſubdito poſſit dari in terris ſuis aut re familiari proprietas, quâ Rex ab earum uſu excludi poſſit.* ut part. 2. cap. 24. Qvòd *poteſtas legislativa in nullo poſſit, niſi in ſummo Rege, conſiſtere*, ut part. 2. cap. 26. Qvòd *ſupre-*

*ma*

Digitized by Google

*ma poteſtas legibus non poſſit ſubjici, &c.* part. 2. cap. 29. & cap. item 26. Qvibus omnibus non me ſolum, ſed commune JCtorum judicium, ut num. 1. hujus capitis oſtenſum eſt, intuetur adverſarium. Negant enim vel plenipotentiſſimũ Imperatorem à naturali ex pactâ fide obligatione eſſe qvoqvo modo immunem aut liberum, ut ex citatis illic locis uberius videre eſt.

N. 9. *An ex S. S. autoritate Malmesburienſis dogmati accedat robur ſtatuentis, nihil injuſtum à Principe fieri poſſe, nullam poſſe ſubdito proprietatem in rebus ſuis eſſe, qvâ Rex ab earum uſu excludi qveat, nihil deniqve poſſe à Rege præcipi, qvod facta improbum ſit ita, ut ipſius mandatum qvaleſcunqve ſubditorum actus indubiè juſtificet?*

Ne

Ne prior minùs ſuccedat, aliâ in eâdem tuendâ theſi progreditur viâ, & Theologum induit Philoſophus; qvâ ſpecie mihi, ut fateor, ſeipſo videtur minor. Sine difficultate igitur, qvocunq; ipſum hæc principalis ipſius opinio fert, euntem ſeqvi fas; & argumenta contra communem ſententiam lata intueri.

Primum Hobbeſii argumentum extat *Leviath. p. 1. c. 20.* ex verbis Samuelis deſumptum, *1. Sam. 8. v. 11. 12. &c.* Verba ipſius ſunt: **This ſhall be the Right of the King/** *&c.* i. e. **Diß wird ſeyn das Recht des Königs/ꝛc.** Repudiabat enim redditionē apud nos receptam, qvâ legitur: **This ſhall be the Manner of the King: Diß wird ſeyn die Art (Mannier) des Königs.** Cui conſona eſt, qvæ apud Tremellium habetur, *hac erit ratio ipſa Regis.*

Nulla tamen neceſſitas urget, qvò minùs aliter exponamus vocabulum משפט, qvàm per jus. Significat enim, ſe-

ſecundùm Mercerum, modum, conditionem, ſtatum, qvalitatem, formam, rationem, diſpoſitionem, ſic *Joſ. 6. v. 15. circumdederunt civitatẽ,* כמשפט הזה *ſecundùm modum hunc, &c. 2. Reg. 1. 7.* diſpoſitio ab Hieronymo redditur, ab aliis habitus externus. Ita forma, εἶδος tabernaculi משפטו *Exod. 26. v. 30.* dicitur. Neqve ſolùm pro qvâcunq; generalitèr diſpoſitione ponitur, ſed & nonnunqvam pro mala. Exponitur enim, ut notant apud Ebræos docti, per voces, culpa, crimen: ita certè apud LXX. *Sophoniæ 3. v. 15.* περιεῖλε κύριος τὰ ἀδικήματά σου, ubi משפטיך transfertur per ἀδικήματά σου. Indignaretur Hobbeſius, ſi reddamꝰ ad hunc modum: *Hoc erit peccatum Regis* ita tamen cùm reddi poſſit, ne ex hoc loco jus, ſive legitimam Regis hanc prærogativam eſſe, nimis anxiè contendat.

Qvin & jus, à Samuele deſcriptum, Regibus Judæorum non competiiſſe, mul-

Digitized by Google

multis rationibus manifeſtum dare, non videtur difficile. Imprimis enim ex *Deut. 17.19.20.* ſatis liqvet, Regem ipſum legibus eſſe obſtrictum: *Erit apud eum lex, & leget in ea omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Jehovam Deum ſuum, obſervare omnia verba hujus legis & ſtatuta iſta, faciendo ea, ne efferatur animus ejus præ fratribus ſuis, &c.* Qvid eſt animo ſupra fratres eſſe elato, niſi hoc ſit, filios eorum accipere, ut diſponat in curribus ſuis, & filias in ungventarias, coqvas, & piſtrices, ſervos eorum, ancillas, greges, agros, vineas, & oliveta, in proprios uſus diſponere? Et qvod extremum eſt, ipſos, qvod vocant, fratres qvaſi mancipia in ſervitutem redigere? 2. Si hoc Regum fuiſſet, ut poſſint de bonis ſubditorum ad libitum diſponere, mirum, qvòd hoc non Achabo, qvòd non ſolertiſſimæ his in rebus Iſabelæ innotuit. (a)

N Cer-

(a) 1. Reg. 21.

Digitized by Google

Certè, ſi jure Nabothum à poſſeſſione majorum ejus amovere potuiſſe ſe, cenſuiſſet, non precium, non alias ei obtuliſſet vineas, aut ſaltem ſpiritu non ita fuiſſet, obnegatum ab eo prædium, contriſtato, non cibū, qvaſi grande aliqvod accidiſſet & φθαρτικὸν malum, refugiſſet. Si cognoſſet hoc Iſabela jus, tot technas exqvirendi, ut ſin: ſuo potiretur; melius ſibi conſuluiſſet, qvàm ut ſe ad nullas injuſtitiæ ſpecies erubeſcere ſenioribus oſtendiſſet. Qvorſum tùm jejunii ad ſpeciem pietatis improba fuiſſet indictio? Qvorſum teſtium ſubornatio? Non ſolent ita Reges ſua ignorare, qvæ ſecundùm leges habent, jura. Sed ſimplex forſan erat illa, & plumbea hominum ætas, qvo tempore, ſi noſter vixiſſet Hobbeſius, illud egiſſet, qvod neqvibant tùm temporis Aulici, Achabo ſcilicet viam maximè compendioſam ad vineā Nabothi præmonſtrâſſet. Atq; hinc etiam patet, qvàm

in-

infirmum ſit ex *Matth. 21. v. 2. 3.* deductum autoris argumentum. Non enim generaliter agnitum erat jus Regum in omnia; multæqve aliæ poſſent excogitari rationes, cur pulli dominus cum diſcipulis Domini ſui, neceſſitatem allegantibus, permitteret; vel qvod noverint Jeſum, vel qvod noluerint expectare eventum, vel aliâ ratione. Mirum tamen mihi videtur, hanc ab Hobbeſio præſertim qvoqvo modo cauſſam eſſe redditam, qvi temporale Chriſti dominium in terrâ nullum eſſe, tantoperè contendat.

Alios etiam S. S. textus in rem ſuam traducit autor: *Col. 3. v. 20. 22. Filii, auſcultate per omnia dominis ſecundum carnem: Hic*, inqvit, *ſimplex obedientia in illis reqviritur, qvi paterno ſeu deſpotico dominio ſunt ſubditi.* Item *Matth. 23. v. 2. 3. In Cathedra Moſis ſedent Scribæ & Phariſæi: Omnia ergò, qvæ dixerint vobis, ut ſervetis, ſervate & facite. Hic*

N 2 ſim-

*ſimplex iterum ponitur obedientia*; & Tit. 3. v. 1. *Ipſis ſuggere, ut ſeſe ſubjiciant Principatibus ac poteſtatibus, ut obtemperent.* (b) *Hæc etiam obedientia eſt ſimplex*, p. 2. cap. 20.

His omnibus ut ſimul & ſemel aptè reſpondeatur, illud mihi aſſumam, vocabulum *Omne*, prout in S. Scriptis uſurpatum deprehendimus, ſæpiùs non ſignificare univerſalitatem ſimpliciter, ſed ſolùm omne, qvod commodè & ſine abſurditate fieri poſſit. Hunc eſſe freqventem τȣ̃ *omne* uſum ex pluribus S. locis, velut *Matth. 18. v. 19. Matth. 21. v. 22. Marc. 11. v. 24. 1. Cor. 13. v. 7. 1. Cor. 2. v. 16. Marc. 16. v. 15. Col. 1. v. 23. 1. Corinth. 15. v. 28.* facilè videbitur.

Qvod verò his in locis, qvæ ab autore ſunt citata, univerſaliter non ſumatur vox illa, argumento eſt, qvòd ſæpiùs contingat, nè poſſint præcepta hæc univerſaliter ſumpta obſervari. Qvid enim,

(b) Additur etiam ab Apoſtolo; ad omne opus bonum paratos eſſe.

Digitized by Google

num, ſi aliud dominus, aliud pater juſſerit? Scriba & Phariſæus hoc, Nero vel ſummus pro tempore Imperator, contrarium dictaret faciendum? Qui potero in omnibus eo ſenſu utriſq; obtemperare? Hic igitur oportet, ſenſus ſit; Parendum eſſe Regibus, Scribis, Phariſæis, Dominis, parentibus, ſi abſque abſurditate fieri poſſit; ſi ea præcipiant, quæ licita & honeſta factu ſint. Si Rex ex licitis & honeſtis, ut à Juridicis; ſi ex indifferentibus, ut à Theologis dici ſolet, quippiã præceperit, naſcitur ex præcepto obligatio; atque eapropter Servator ipſe fortean eſt dignatus, vectigal ſolvere: ſin ea, quæ voluntati (t) divinæ ſunt contraria, in caſſum ſunt edicta: Perplacet mihi illud Tatiani Aſſyrii in Orat. contra Græcos: Τίνος χάριν κα-



(t) Petrus & Johannes Præceptorum Chriſti haud immemores, non in omnibus Phariſæis obtemperandum, apertè profitenrur, his verbis: πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις, obedire oportet Deo plus, quàm hominibus, Actor, 4. v. 19. cap. 5. verſ. 29.

θάπερ μιαρώτατος μεμίσημαι; προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεὺς; ἕτοιμος παρέχειν. Δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; τὴν δουλείαν γινώσκω. Θεὸν μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος, οὐ πεισθήσομαι, τεθνήξομαι ἢ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. Ubi qvod de Dei abnegatione eſt dictum, parì ratione de qvolibet contra Dei legem peccato obtinere debet. Hinc Servator, cùm caſum dijudicaret, an ſcilic. liceret, Cæſari tributum pendere? *Matth. 22. v. 21.* ita Regi ſuum tribuendum reſpondet, ut jus Dei non lædatur.

Porrò, ſupponam* aliqvando mandatum nobis à Principe eſſe, ut ore publicè hoc profiteamur, nos Evangelium Chriſti (qvamvis revera credamus) non credere: Qværitur, an parendum nobis ſit? Reſpondet autor, *omninò eſſe parendum. Ratio eſt, qvòd oris profeſſio ſit tantum res externa, neq; pluris, qvàm qvilibet alius corporis geſtus.* Cùm verò lo-

cum,

* Leviath. part. 3. cap 42.

Digitized by Google

cum, *Matth. 10. 33.* ſibi videret inſurrecturum: *Qvicunqve me abnegaverit coram hominibus, abnegabo eum & ego coram Patre meo, qvi eſt in cælis*, hac arte eum poſſe eludi exiſtimavit, dicendo, voces illas: πᾶς, ὅσις, tantum abeſſe à ſignificando prædicatum ſubjecto convenire univerſaliter, ut ſolùm omnibus conveniat ex eorum numero, qvi, poſt longam cum Chriſto converſationem in terris, teſtes erant facti reſurrectionis, & tandem per Chriſtum ſpecialiter ad Evangelii prædicationem deputati & miſſi, cujusmodi erant, qvantum ex illius verbis aſſeqvor, Apoſtoli tantùm, & 70. Diſcipuli. Ita ut *qvicunq; me denegaverit*, idem ſonet, ac qvicunqve ex Apoſtolis aut 70. diſcipulis me denegaverit. Hic ſubmonere liceat, iniqvũ eſſe eum concertatorem, qvi pari conditione non eſt contentus. Vox illa, *omnis*, ubi ex illius partibus ſtat, magnum qvid, ſe judice, valebit, ubi è communi, nihil. An

verò ita limitanda ſit vox, parallelis Scripturæ locis, uti decet, expenſis, Lector judicium det, Marc. 8. v. 34. 38. *Poſtquam advocâſſet turbam cum diſcipulis ſuis, dixit eis* (Jeſus:) *Quicunq; vult pone me venire, abdicet ſeipſum, & tollat crucem ſuam. Nam quemcunque puduerit mei & meorum ſermonum in gente iſtâ adulterâ & peccatrice, Filium etiam hominis pudebit ejus, quando venerit in gloriâ Patris ſui:* qvæ etiam recenſentur Luc. 9. v. 23. 26. & 2. Timoth. 2. v. 11. 12. 14. *Certus eſt hic ſermo: Si cum eo mortui ſumus, & cum eo etiam vivimus; ſi patientes fuerimus, etiam & conregnabimus; ſi abnegamus, ille etiam abnegabit nos: ſi infidi ſumus, ille fidus manet: negare ſemetipſum non poteſt. Hæc ſuggere, &c.* Nihil manifeſtius videtur, qvàm Apoſtolum hîc ad juſſa, promiſſa, minas Chriſti reſpexiſſe, Matth. 10, 28. *Ne timete vobis ab iis, qui trucidant corpus, animam autẽ trucidare non poſſunt,* &

*& 38. Qui non accipit crucem ſuam, & ponè me ſequitur, non eſt me dignus.* Idem de ſui abnegatione & cruce ferendâ apud Evangeliſtas, Lucam & Marcum, extat præceptum. Neqve aliud hic ſuggerit, qvàm ut patientes ſimus, neqve Chriſtum abnegemus. Hæc ipſa deniqve præcepta promiſſis confortantur, Matth. 10. v. 32. *Qvisqvis agnoſcet me coram hominibus, agnoſcam & ego eum coram Patre meo, qvi eſt in cœlis,* 2. Tim. 2. v. 12. *Si patientes fuerimus & conregnabimus.* Eodemq; faciunt minæ: *Abnegabo eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis; pudebit me ejus; quum venero in gloriâ Patris mei; non conregnabit mecum; abnegabo eum,* ſenſus exhibent perinde comminatorios. Summa eſt: Præceptum apud Timotheum ita generaliter eſt poſitum, ut oſtendatur etiam omnes obligari. Aliàs enim fruſtrà eſſet publicè à Timotheo ſuggerendum; idemqve ſonant Pauli ad Ti-



Digitized by Google

motheum, & Chriſti apud Matthæum, verba. Utrumqve ergò ad omnes extendendum, eodemqve modo ex citatis cæterorum Evangeliſtarũ locis arguendum eſt, cùm non ſolùm ad Diſcipulos, ſed ad turbam, omnesqve (voce univerſalitatem coñotante) dirigatur Oratio.

Neqve exemplum Naamani communi officit ſententiæ: nam neq; videtur, neceſſarium, incurvationem ſui ipſi coram idolo, abnegationis veri DEI fuiſſe ſignum. Ut verò, qvid hac in re ſentire oporteat, clarum ſit, qvibus potiùs utar verbis, neſcio, qvàm qvæ habet Toſtatus in 4. Reg. c. 5. q. 25. *Sciendum*, inqvit, *eſt, qvòd Naaman nolebat colere idola, nec etiam volebat fingere, qvòd colebat illa, ſcilicet freqventer ſe humiliando coram eis, ut putaretur colere ea, qvia in hoc non poterat diſpenſare Eliſæus, cùm eſſet per ſe malum: ſed habebat Naaman officium ſuſtentandi dominum ſuum Regem Syriæ, qvando ambulabat,*

*&*

Digitized by Google

*& qvando adorabat coram idolis; & tamen non poterat ſuſtentare eum Naaman, qvin etiam flecteret genua coram illo idolo, coram qvo flectebat Rex genua: & tunc non flectebat Naaman genua, ut adoraret idolum, neq; ut Rex putaret, qvod adorabat idolum; ſed qvia non potuit ſuſtentare Regem flectentem genua, niſi ipſe qvoq; flecteret. Et tunc dicendum, qvod Naaman nullo modo peccabat, qvia nihil faciebat ad cultum idoli, nec ſignificabat, ſe facere, ſed exeqvebatur officium ſuum. Sic enim, ſi eſſet aliqvis Chriſtianus, vel puella Chriſtiana in terrâ Sarracenorum, & labentes veſtes dominæ ſuæ teneret, ne in terram caderent, & ſic intraret cum dominâ ſuâ in Templum Mahometis, & maneret ibi, ac flecteret genua, qvando domina inclinaret ſe in terram, non peccaret ex hoc, ſi non intenderat, per hoc aliqvam reverentiam exhibere Mahometi.*

Atq; hic etiam caſus erat ætate Lu-



Digitized by Google

theri Saxoniæ Ducis; qvi Theologis etiam reformatis, illud approbantibus, Imperatori Domino ſuo, perinde atqve Syrus ille Naaman, juxta officii exigentiam in cultu idololatrico ſimiliter inſerviebat; neq; tamen veram abnegâſſe religionem eſt creditus, cùm in cæterâ omni vitâ, qvantum ab idololatria abhorreret, abundè perſpectum eſſet. Neqve alius eſt ab hoc caſus, qvem Tertullianus de Idololatriâ cap. 16. ſupponit: *Utinam*, inqvit, *nec videre poſſimus, qvæ facere nobis nefas eſt, ſed qvoniam malis ita circumſedit ſeculum idololatria, licebit adeſſe in qvibusdam, qvæ nos homini, non idolo, officioſos habent. Planè ad Sacerdotium & Sacrificium vocatus non ibo, (proprium enim eſt idoli officium) ſed neq; concilio, neq; ſumptu, neq; aliâ operâ in ejusmodi fungar: ſi propter ſacrificiũ vocatus aſſiſtam, ero particeps idololatriæ: ſi me alia cauſſa conjungit ſacrificanti, ero tantùm ſpectator ſacrificii.*

Cæ-

Digitized by Google

Cæterùm, qvo excuſetur Chriſtum abnegans, aliud habet, qvod proponat autor, Lev. p. 3. c. 42. *Si ſubditus ad aliqvid, qvo Principi obediret, faciendum cogatur, qvod reſpectu habito, non ad affectum proprium, ſed ad leges Reipublicæ fecerit, non ſubditi eſt actio, ſed Principis; neqve ſubditus eſt, qvi, rebus ſic poſitis, Chriſtum abnegat, ſed Imperator & lex civilis.*

Rationes, cur his tàm liberè ab Hobbeſio dictis non aſſentiar, hæ ſunt:

1. Qvia Jeroboamus, cùm ne deficeret ab eo populus, idololatriam inſtituiſſet, & vitulos, qvos fecerat, tanqvam deos, colendos exhibuiſſet, 1. Reg. 12. verſ. 28. non in propriâ ſolùm perſonâ, qvod ajunt, peccabat, ſed id egit, qvo omnis Iſraelitarum populus, & perſonæ ſingulares, peccati etiam conſtituerentur rei, ut patet, 1. Reg 14. 16. & 15. 26. & 16. 26. 2. Reg. cap. 3. v. 3. *Depulit Jeroboam Iſraelitas à ſeqvendo Jehovâ,*



Digitized by Google

*& induxit eos ad peccandum peccato magno, & ambulabant filii Iſraelis in omnibus peccatis Jeroboami, quæ fecerat, donec amoveret Jehova Iſraelē à facie ſuâ, &c.* 2. Reg. 17. v. 21. 22. 23. Hoc per omnē Scripturam Jeroboami inſigne, qvòd is fuerit, qvi peccavit ipſe, & Iſraelem, ut peccaret, fecit. Eſto, autore Rege peccâſſe populum, eoqve procurante in ſchiſma & idololatriam fuiſſe prolapſum: peccabat tamen popul⁹ ſchiſmatisqve & idololatriæ à Deo, qvi immunes à reatu neqvaqvam punit, pœnas dedit.

2. Qvia manifeſta edidit ſigna Deus, qvibus illorum honeſtavit facta, qvi, qvo ſibi obedirent, mandatis Regum contranisi ſunt: promulgavit legem Nebucadnezar, qvâ omnes tenebantur ad auditam Muſicam procidere, & imaginem auream adorare: Shadrac, Meſnac, & Abednego, non ſolùm à cultu abſtinent, ſed apertè coram Rege profiten-

tur

tur, ſe neqve deos hos fictitios eſſe culturos, neqve imaginem illam auream, à qvocunqve erectam, eſſe adoraturos. Qvid igitur fit? Vincti in fornacem ignis abjiciuntur mediam, ſed, ut habet textus, Dan. 3. v. 27. *non eſt dominatus ignis in corpus eorum, neqve pilus capitis eorum aduſtus, neq; eorum chlamydes erant mutatæ, imò neq; odor ignis eos pervaſit.* Qvippe, ut fatebatur Rex, *Deus mittens Angelũ ſuum eripuit ſervos ſuos, qvi confiſi ſunt in ipſo, qvoniam ab edicto Regis prævaricantes expoſuerunt corpus ſuum, ut non colerent neq; adorarent ullũ deum, præterqvam Deum ſuum.* Verùm viros iſtos, qvi intrudebant Shadracum, Meſechum & Abednegonem, qvoniam fornax valdè erat accenſa, interfecerunt ſcintillæ ignis.

Idem Rex, ut patet Dan. 6. ſtatuto regio cavit, & interdicto firmavit, ne fieret, qvicqvam à Deo aut homine per triginta dies peti, niſi à ſeipſo Rege; ſi

qvis

qvis hac ex parte deliqviſſet, pœna erat, ut in foveam leonum projiceretur. *Daniel, qvum cognoviſſet, exaratũ eſſe ſcriptum illud, ingreſſus eſt domum ſuam, cui feneſtra erant aperta in cœnaculo ejus ex adverſo Jeruſalem, & ter quotidie procumbens in genua ſua orabat, & confitebatur coram Deo ſuo, qvemadmodum fecerat antea.* Cùm autem ob hoc facinus eſſet in foveam leonum projectus, *miſit Deus Angelum ſuum, qvi occluſit leonum os, ne eum læderent; qvippe purus erat, & ab omni peccati labe inventus liber*, v. 22. 23.

Ad ultimum tandem, tanqvam ad Triarios, confugit autor argumentum: *Si qvis*, inqvit, *doctrinam*, (eam notat, qvâ docetur, abnegationem Chriſti propter præceptum Regis non eſſe peccatum) *tanquam puritati religionis Chriſtianæ diſſentaneam incuſaverit; hoc unum qværo, poſito, qvòd qvis in Republicâ Chriſtianâ è ſubditis ſit, ex intimo affectu*

ad

*ad religionem Mahometicam addictus, poſitoq́; quod Princeps hunc Chriſtianorum cultui adeſſe ſub capitali pœnâ juberet, quæro,* inqvit, *an cenſeat, hunc ad mortem potiùs, quàm ad obedientiam legitimo Principi exhibendam, teneri? Si ad mortem obligari reſpondeat, jus privatis quibuscunq; dabit, quo ob religionis ſive veræ ſeu falſæ tutelam, principib⁹ obedire recuſent: ſin ad præcepti obedientiã, ergò quod ſibi permittit, alii permiſſum non vult, & proinde parvi regulam facit: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.*

Reſp. Varios poſſe ſub his verbis contineri caſus. Aliud enim eſt, eſſe ad Mahometiſmum addictum, aliud poſt maximam, qvæ poſſibilis erat, adhibitã in indagandâ religionis veritate diligentiam, ad hunc cultum eſſe addictum. Craſſa enim, & qvæ evitari poſſit, ignorantia, nemini jus acqvirit novum, aut conditionem meliorem reddit.

2. Aliud eſt, Chriſtum & Mahome-

tem

Digitized by Google

tem abnegare, aliud idoli alicujus intereſſe ſacris: hoc licere, cùm illud non liceat, exemplis Naamani & Saxoniæ Ducis ſuprà oſtendimus.

3. Aliud erit, ſi non eadem ſint poſitiva à Chriſto & Mahomete edita præcepta. Abnegare enim fas erit Mahometem, ſi lex Mahometis illud ſinat: nobis non licet eſſe tàm audacibus, qvoniã ſpecialiter à Legislatore noſtro contrarium hac in re cautum exiſtit.

4. Dico ſummatim, ſi poſſit ea eſſe certitudo religionis Mahometicæ, præceptiqve hujus particularis de non-abnegatione Mahometis, qvæ eſt certitudo religionis, & præcepti Chriſtiani, ad mortem potiùs, qvàm ad obedientiam Principis obligatum fore Mahometanum. Neqve inobediens dici poteſt, qvi morti ſe ſubmittit ex Principis juſſu, neq; ſeqvetur inde, in cæteris vitæ actibus debitam tolli Regib⁹ obedientiam, ſed in illis ſolis, in qvibus utriqve, DEO ſei-

Digitized by Google

ſcilicet, Imperatori ſimul, obediri non poſſit. His autem actibus, qvi abſurdum dicit Regibus refragari, non tàm ratione contendit, qvàm verbis principium petit. Si enim cætera poſtponamus, atqve de eo unicè, qvod interſit, faciamus judicium: æqvius erit, & naturæ etiam humanæ convenientius, DEO potiùs, qvàm Regi obtemperare, qvod majori ſit ad remunerationem, ſive per præmia, ſive per pœnas, faciendam, virtute & potentiâ. Actor. 5. v. 29.

N. 10. *An ſi quis in pollicendo verbis, de futuro ſe daturum aliqvid, declaret, ad illud dandum, qvod promiſit, ſe daturum teneatur.*

Negativam partem tueri videtur Hobbeſius lib. de Corp. Politico part. 1. cap. 2. §. 5. & 7. *Cùm nulla*, inqvit, *ſigna ſint transferendi jus, niſi verba, oportet, ut Verba vel Præſens Tempus ſignificent, vel Præteritum; nec ſufficit, ſi futurum*

*rum ſolum denotent. Qvi enim de futuro loqvitur, verbi gratiâ, cras dabo, planè ſignificat, ſe adhuc non dediſſe; jus igitur hodie immotum eſt, manebitq;, donec actualiter det.* Et §. 7. ſic habet: *In liberâ donatione verba nulla obligant, niſi ſint de Præſenti, aut de Præterito. Cum enim de Futuro ſint, nihil transferunt, nec intelligi poteſt, prodiiſſe à voluntate donatoris*, & ſimiliter ſimilia Leviath. p. 1. cap. 14. Contra Hobbeſium ratio naturalis mihi videtur militare; nec tantillum ſuppetit mihi argumenti, qvo credam, promiſſa ea, qvæ verbis de Futuro proferuntur, aliis qvibuscunqve, (ſi qvæ alia ſunt, ſintne enim in conventionibus aliqva, niſi de Logico, ſaltem ſi non Grammatico futuro, valdè dubito) minus valere. Si qvis enim ſic promiſit: *Dabo tibi cras pecuniam*, craſtinus cùm illuceſcat dies, ad dationem obligatur, obligatur qvippe ad factum illud, qvod promiſit, promiſit autem ſe da-

daturum, ſive dationem ipſam, mediante autem datione, rem. Virtualiter igitur rem ipſam debet promiſſor, cùm illud debeat, ex qvo ſoluto, neceſſe eſt, rem ad me transferri. Sed verba de futuro nihil actū transferunt? Nihil vafrum magis. Transferunt enim jus illud, qvod, priusqvam promiſiſſet, habuit ad non dandum, ſeu retinendum rem promiſſor, etiā ultra diem craſtinum; eumq; neceſſitati donationis obnoxium reddunt.

## CAPUT V.

# Tertium Naturæ placitū de Gratitudine.

N. 1. *Naturam velle, ut qua erga qvenqvā alius eſt benevolentiâ, eâdem ille erga hunc ſit, & parem meritis vicem, qvo poſſit modo, rependat, judicia Ethnicorum & teſtimonia.*

SEneca: *Qvid tàm laudabile, qvid tàm*

Digitized by Google

*tàm æqualiter in omnium animos receptum, quàm referre benè meritis gratiã? Huic uni* (ſcilic. gratitudini) *non poſuimus legem, tanquam ſatis natura caviſſet. Quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis jubet. Supervacuum eſt enim, in quo dimus, impelli. Quemadmodum nemo in amorem ſui cohortandus eſt, quem, cùm naſcitur, trahit, &c.* L. 4. de beneficiis cap. 17. vide, & c. 16. ibid.

*Non referre beneficiis gratiam, & eſt turpe, & apud omnes habetur, ideò de ingratis etiam ingrati queruntur, &c.* lib. 3. de benef. c. 1.

Cicero: *Omnes beneficii immemorem oderunt.* Cic. de Offic. lib. 2.

*De benevolentia autem, quam quiſque habeat erga nos, primum illud eſt in officio, ut ei plurimum tribuamus, à quo multum diligimur.* de Off. lib. 1.

*Sin erunt merita, ut non ineunda, ſed referenda ſit gratia, major quædam*

cura adhibenda eſt. Nullum enim officium referendâ gratiâ magis neceſſariũ. Nam cùm duo genera liberalitatis ſint, unum dandi beneficii, alterum reddendi: demus, necne, in noſtrâ poteſtate eſt. Non reddere bono viro non licet; ſi modo id facere poſſit ſine injuria. Acceptorum autem beneficiorum ſunt delectus habendi; nec dubium, quin maximo cuiq; plurimũ debeatur. In quo tamen imprimis, quo quisq; animo, ſtudio, benevolentiâ fecerit, ponderandum eſt. Multi enim multa faciunt temeritate quadam ſine judicio vel modo, in omnes vel repentino quodam, quaſi vento, impetu animi incitati. Quæ beneficia æquè magna non ſunt habenda, atque ea, quæ judicio, conſideratè, conſtanterq; delata ſunt, &c. ib. p. 23.

Ariſtoteles: Δυνάμενῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν, ὧν ἔπαθε καὶ ἑκόντι. Ei, qui poteſt, retribuendum eſt pro dignitate eorum, quæ accepit; idq; libenter. Ariſt. Eth. lib. 8. c. 13.

Ulpianus dicit *eum, qui donaverit, alium ad ſibi remunerandum naturaliter obligare, quem nihilominus non ditiorem prius* aſſerit, *quàm ſi ἀντίδωρα acceperit.* Gloſſa in locum ſic habet: *Hac naturalis obligatio ex puris & meris motibus animi cujusq; deſcendit. Omnis enim creatura movetur ad benefaciendum ei, qui ſibi benefecit: & talis obligatio ex inſtinctu naturæ procedit; & non eſt illa talis donatio, quæ ex nudo pacto naſcitur.* l. ſed & ſi 25. §. conſuluit. 11. ff. de petit. Hæredit.

Pardulphus Pratejus, *Ingratitudinem vitium cenſeri longè peſſimum. vulgò quidem, ſed veriſſimè, dici ſolet. Nam cætera delicta adverſus proximum quidẽ malè committuntur, ſed fortaſſis nec benè nec malè meritum: ingratus autem contemnit eum, à quo beneficiis affectus eſt. Si qua igitur actio jure propoſita eſt unquam, certè, actionem ingrati juſtiſſimâ ratione introductam eſſe, fateri oportet.*

Ne-

Digitized by Google

Neqve qvicqvam mihi videtur propiùs ad communem ſenſum accedere, qvàm qvod habet Mitio Terentianus: *Errat*, inqvit, *longè meâ qvidem ſententiâ*,

*Qvi imperium credat gravius aut*
*ſtabilius*,
*Vi qvod ſit, qvàm illud, qvod amicitiâ adjungitur.*
*Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum,*
*Malo coactus qvi ſuum officium facit,*
*Dum id reſcitũ iri credit, tantiſper cavet:*
*Si ſperat, fore clam, rurſum ad ingenium redit.*
*Ille, qvem beneficio adjungas, ex animo facit,*
*Studet par referre, præſens abſensq́ idem erit:*
*Hoc patrium eſt, potiùs conſvefacere filium,*

Q Suo

*Sua ſponte rectè facere, qvàm alieno metu:*
*Hoc pater ac dominus intereſt, hoc qvi neqvit,*
*Fateatur, neſcire imperare liberis.*
Ter. Adelph. Act. 1. Sc. 1.

Affirmat hîc ſenex obligationem aliqvam ex beneficiis naſci, eorumqve vi magis & certiùs affectus duci, qvàm ſi metus cogat, imò ad par pari referendũ ex animo allici; atqve hoc per beneficia ſtrategema unicum eſſe, ex cujus notitiâ facultatem regendi tenellos animos conſeqvi qvis poſſet.

Heſiodus: *Heſiodeum illud ab omnibus laudatur, qvi eâdem menſurâ reddere jubet, qvâ acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis.* Tullius de claris Orat. Heſiodeum autem, de qvo loqvitur, hoc eſt:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι. ἔργ. l. 1. v. 348.

Hoc

Hoc ſi qvis in contractu mutui ſolùm intelligi velit, ubi res hac conditione traditur, ut is, cui creditur, tantundẽ iterum rependat, non ibo inficias; intelligat tamen Ciceronem ſecus ſenſiſſe. Et liqvidò certè ex ſeqventibus apparet, velle Poëtam, qvamvis nullus hujusmodi contractus interceſſerit, aut ex fide obligatio, ut benefico absq; ingratiis juſtè retribuatur. En Verſus priſcâ ſimplicitate glorioſos:

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι,
Καὶ δόμεν, ὅς κεν δῷ· καὶ μὴ δόμεν, ὅς κεν μὴ δῷ. v. 352.

—*Phocylides*: Verſus autem Phocylidis modum, qvo retributio fieri debet, ita deſcribit, ut Heſiodi priora illa, ſi non de mutuo, ſed beneficii gratiâ reddendâ intelligatur præceptum, optimè interpretentur. Qvid enim congruum exiſtimavit poſt accepta beneficia, brevi illã, & qvoad ſenſum, parili ſententiâ perbellè eſt complexus:

Νικᾷν εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι
καθήκει. v. 77.

*Adraſtus* agens gratias Theſeo pro confecta mortuorum ſepultura:

Χάριν τ' ἀγήρω γ' ἕξομεν γενναῖα γὰρ
Παθόντες ὑμᾶς ἀντιδρᾷν ὀφείλομεν.
*Et gratiam non ſeneſcentem habebimus. Generoſa enim*
*Cùm acceperimus, vos viciſſim afficere beneficiis debemus.* Euripid. in fine ſupplicum.

Chorus in Medeâ:

Ἀχάριστος ὄλοιθ', ὅτῳ πάρεσται
Μὴ φίλους τιμᾷν καθαρὰν ἀνοίξαντι κλῇδα φρενῶν.
Καὶ μοὶ φίλος οὔποτ' ἔσται.
*Quicunq; ingratus eſt, pereat, cui adeſt,*
*Non amicos colere, ſincerè aperienti Scrinium mentis;*
*Et mihi amicus nunquam fuerit.*

Hunc innatum etiam peccatoribus gratitudinis ſenſum oſtendit Servator, cùm

cùm aliqvid extraordinarium à ſuis exegit: *Si,* inqvit, *diligatis eos, qvi vos diligunt, qvæ vobis erit gratia? Nam & peccatores eos diligunt, à qvibus diliguntur: & ſi benefeceritis iis, qvi vobis benefaciunt, qvæ vobis erit gratia? Nam & peccatores idem faciunt*. Luc. cap. 6. v. 32. & Matth. 5. v. 45. Ubi in vetuſtis Codd. 20. & 40. pàr. legitur: οὐχὶ καὶ ἐθνικοὶ οὕτω ποιοῦσι; *nonne & gentiles ſic faciunt?* adſtipulante non ſolùm editione Latinâ, ſed & enarratore Chryſoſtomo, ut notat in locum Lucas Brugenſis. Jubet etiam Apoſtolus Rom. 12. ult. ut inimicis benefaciendo eorũ devincamus malitiam, & in amicitiæ demulceamus officia, qvod eâ ratione fieri non poſſit, niſi naturâ ſint homines ad gratias referendas, & rependenda beneficia, prompti.

N. 2. *Hobbeſii hac in re παράδοξον advertitur, ex cujus conſideratione, an gratitudinis obligatio ſit à cæteris diſtincta, qværitur.*

Leviathan p. 1. c. 15. & de Cive cap. 3. Num. 8. Legem etiam naturæ gratitudinem ponit Hobbeſius: *Cujus forma*, ut inqvit, *eſt hujusmodi, ut, qvi beneficium ab alio gratis receperit, enitatur, ne autor beneficii juſtam habeat cauſſam, cur de benevolentia pœniteret.* (Et rationem addit) *Nemo enim dat, niſi ut bonum aliqvod adqvirat; qvippe voluntaria eſt donatio. Objectum autem omnium, qvæ à voluntate ſunt actionum, eſt proprium cujusq; bonum, cujus ſi homines ſe fruſtratos providerint, nullum eſſet aut benevolentiæ aut fidei initium; & neq; mutui proinde auxilii, aut hominis ad hominem reconciliationis: omnia autem in ſtatu belli perſiſterent, qvi maximè contra naturæ legem eſt ſtatus, qvâ qværere pacem inſtigamur.*

Hæc Autor: Qvi qvidem hoc indicare videtur, gratitudinem per ſe mentem humanam non delectare, neq; eam per ſe eligendam, ſed per accidens, qvatenus

Digitized by Google

temus per actus, qvib⁹ gratos nos oſtendimus, evitamus mala, aliàs neceſſariò nobis obventura. Provident enim homines omnia in bellicum vitæ ſtatum eſſe recurſura, niſi ipſi ſe præſtent erga beneficos gratos. Neq; enim mutuum eſſet auxilium, aut hominis ad hominem reconciliatio, niſi qvisq; teneretur gratiam benè-merenti ex lege gratitudinis referre, & ita ſe obligatum ſentiret. Illud enim tanqvam exploratiſſimum ſibi poſtulat concedi, nihil à qvopiam agi, niſi ut ipſe aliqvid ex eo lucretur, imò præter conſcientiæ ſecundùm naturam placatæ bonum.

Recepta priùs apud me jam diù erat, (qvæ communis etiam adhuc videtur) ſententia, homines naturaliter in actus gratitudinis propendêre, qvamvis nihil aliud ex ejusmodi actib⁹ eſſet conſecuturum, qvàm animi ex benefactis voluptas. Et certè deeſt aliqvid Hobbeſii dictis, qvod ab hac ſententia pro-

bet, me diſcedere oportere. Ne autem ſine ratione diſſentire à qvopiá videar, hæc pro tempore dici ſufficiant.

1. Ex propriâ & aliorum experientiâ. Cogitavimus aliqvando (idqve absqve omni religionis & ſupernaturalis principii intuitu) ſum̃o alicui amico, patri, matri, gratias eſſe referendas. Indigens erat; Indigentiæ (qvod facilè potuim⁹) ſuccurrimus. Cur verò? Qvia ſcil. placuit ſic agere, qvia aliud agere doloroſum, & naturæ indignum videbatur. Neqve qvicqvam nos moverunt è longinqvo petitæ conſeqventiæ; qvid tandem de hominum ſtatu fieret, & qvomodo in bellum omnia, niſi gratias egiſſemus, reverterent; imò poſitis caſibus, in qvibus nulli poſſit ita innoteſcere gratitudo, ut inde bonum aliqvod aliud, qvàm conſcientiæ indipiſcatur gratus: ad officium tamen non deſinit obligationis ſenſus, aut ſaltem ſi deficiat ob animadverſionis defectum, qvoties qvis

ſe

Digitized by Google

ſe penitùs excuſſerit, certiſſimè rediturus videtur.

2. Falſum videtur, omnia neceſſariò in bellum reverſura, niſi gratitudinis ab omnibus obſervetur lex; & proinde non potuit qvis providere, qvod non erat certè futurum; adeòqve nec providentia bellici ſtatûs gratitudinis ratio ſeu fundamentum dici potuit.

Antecedens probatur, qvia omnia ſtatûs, obligationum, actionum, morumqve humani generis poſſint, exceptâ ipsâ gratitudine, phænomena eadem conſervari, qvamvis ad gratitudinem facti non eſſemus. Poſſent enim contractus de qvalibet peragendâ re, vel eâ non peragendâ fieri, per qvos ad qvælibet obligaremur; imò ad ea ipſa, qvibus faciendis ex jure gratitudinis jam obſtricti ſtamus.

3. Neqve certè concedendum mihi videtur, qvod ita autor poſtulat liberè: *Neminem qvicqvam dare, niſi ut bonum*

*ſibi adqvirat.* In cujus ſenſu acceptam (neqve enim de conſcientiæ naturalis tranqvillitate & gaudio loqvitur) nullo modo fas eſt, admitti propoſitionem. Promptos enim nos natura etiam citra lucri reſpectum fecit ad beneficia, ubi ſine diſpendio penes nos ſit, aliis benefacere. Veluti, ſi Titium in eremo offenderem, jam in paroxyſmo epileptico humi proſtratum, & à ferâ occupatum; qvem etiam facilè poteram vel per feræ occiſionẽ, vel aliter, ab hoc diſcrimine liberare; cùm tamen iterum nec hominem ſim viſur⁹, nec boni qvippiam mihi poſſit ex hac actione emergere, utpote qvi in alias regiones ignotus feſtinem: Nonne tamen me inhoneſtiùs feciſſe arguet conſcientia, niſi ei ſuccurrero? An poſſim qvietus adſiſtere, & coram intueri, feram vivos proſtrati depaſcentem artus, ſine omni inclinatione aut affectu, qvi ſvadeat, ut à periculo eũ, cùm citò & tutò illud poſſim, tuear?

Si

Si neqveam; certè in beneficia propendet animus, ubi ne minima affulget lucelli ſpes, neqve perinde pulcrum, & humanâ naturâ videtur dignum, benefacere, & à benefaciendo abſtinere.

Conſentit etiã nobis hac in re communis, & tantùm non Catholica, ſententia: *Virtus eſt affectio animi*, ut inqvit Cicero, *ſeparatâ etiam utilitate laudabilis*, Tuſcul. q. lib. 4. & lib. 2. de Finib. *Honeſtum*, inqvit, *intelligimus, qvod tale eſt, ut detractâ omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibusq; per ſeipſum laudari poſſit*. Generaliter illud Claudiani eſt receptum: *Ipſa qvidem virtus precium ſibi*. *Gratus ero*, inqvit Seneca, *etiamſi noceat*. In populares meos beneficus eſſe conabor: ſin infeliciter ſuccedat conatus, nihilominùs gaudebo: Hæc Bruti mens in Epiſt. Bruti. *Impellimur naturâ, ut prodeſſe velimus qvamplurimis*. Cicero de Finib. 3. Non ergò ſolâ lucri ſpe in charitatis actus deducimur.



Digitized by Google

*Honeſtum enim*, ut notat Seneca, *propter ſe expetitur: id verò ſolum propter ſe expetitur, quod, quamvis habeat aliqua extra ſe commoda, ſepoſitis quoq; illis & remotis placet.* Senec. de benef. 4. cap. 20. & eodem cap. 13. *Viri officium eſt, beneficium dare. Quare ergò dat? ne non det, ne occaſionem benefaciendi perdat: vobis voluptas eſt, inerti otio aſſvefacere corpuſculum, &c. nobis voluptas eſt dare beneficia vel laborioſa, dum aliorum labores levent, periculoſa, dum alios à periculis extrahant.*

Si qvis hanc qvæſtionem ulterius eventilatam velit, videat apud Alexandrum Neapolitanum in convivio familiari Altilium hanc defendentē Theſin: *Eum, qui opis emolumentive cauſſa largitur, virtutis nomen amittere, ingentiaq; fœdare animi bona. Neq; enim,* (ut è Cicerone citat) *ſi ob tuam cauſſam cuiquā commodes, beneficium id putandum eſt, ſed fœnoratio.* Gen. dierum lib. 5. c. 1.

N. 3.

N.3. *Quod ex naturali de gratitudine placito oriatur obligatio ad univerſum Chriſtianæ religionis cultum, & ſingulas ejus partes, luculenta, ab Urſino potiſſimùm deprompta, confirmatio.*

Integram Theologiam dividit ὀρθοδοξότατ@ habitus Urſinus in 3. partes ſive Titulos: (1.) *De Miſeria*, (2.) *De Liberatione*, (3.) *De Gratitudine* hominis diſſerit, in qva etiam cultum noſtrum & religionem erga Deum fundari vult, atqve etiam conſiſtere. Verba ipſa attexere non gravabor, ne compendii ſtudioſior injuriam autori fecero; Eſt, inqvit, *gratitudo in genere virtus agnoſcens & profitens, à qvo & qvanta beneficia acceperis, & ſtudium præſtandi benefactoribus mutua officia honeſta & poſſibilia; Complectitur veritatem & juſtitiam. Veritatem, qvâ agnoſcit & prædicat beneficia accepta; Juſtitiam, qvâ*



Digitized by Google

*ſtudet gratiam referre æqvalem benè meritis. Chriſtiana gratitudo eſt agnitio & profeſſio gratuitæ redemptionis per Chriſtum à peccato & morte, & ſerium ſtudium vitandi peccata, omnemq́ʒ DEI offenſam, & vitam inſtituendi ex ipſius voluntate. Hujus gratitudinis etiam duæ ſunt partes: Veritas & Juſtitia. Veritas agnoſcit & profitetur beneficiū gratuitæ redemptionis, & pro eo Deo gratias agit. Juſtitia offert Deo ἀντίδωρα; Deus autem non poſtulat alia à nobis ἀντίδωρα, qvàm verum ſui cultum, ſeu obedientiam & bona opera.*

Explicat deinde, qvomodo ad partem de gratitudine 4. præcipuè loci communes pertineant, de converſione ſcilic. bonis operibus, lege Dei, & precatione qvippe: *Non poſſumus*, inqvit, *nos Deo gratos præſtare, niſi ſimus converſi, qvia, qvicqvid fit à non-converſis, ſine fide ſit, & proinde eſt peccatum. 2. Bonis operibus gratitudinem noſtram præci-*

*puè*

*pue declaramus.* 3. *Lege Dei bona opera cognoſcuntur, qvibus Deus colitur, & oſtenditur gratitudo. Precatione Deus principaliter vult coli & celebrari, eam igitur etiam ad gratitudinem reqviri,* aſſerit.

Memini etiam, apud Tertullianum Chriſtianum divini Numinis cultũ gratitudinem nuncupari. Imò, ſi rem ipſam propiùs intueamur, qvid eſt aliud, *diligere Deum, qvia ipſe prius dilexit nos,* (cujus mentio apud Johannem *Epiſt. 1. cap. 4. v. 19.*) qvàm Deo, benè de nobis merito, grati animi rependere officium?

Tatianus ille Aſſyrius inter Chriſtianos antiqvus, & ſolvere Principi tributa, & ſervire adſtabat paratus: juſſus autem Deum ſuum diffiteri, renuit: *Τεθνήξομαι*, inqvit, *μᾶλλον, moriar potius.* Cur verò? Reſpondet: *ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. ne ſcil. falſus aut ingratus oſtendar.* Orat. contra Græcos.

Et

Et revera, qvamvis divinæ beatitudini nihil addatur per noſtras qvascunqve actiones, imò neqve per religionem & fidem, juxta qvod expreſſum legitur, *Pſal. 16. v. 2.* ſi qvas tamen exigat, qvâcunqve id faciat ratione, ad eas obligari nos actiones, ex lege gratitudinis indubium eſt. Secus enim ſi fieret, optimi maximiqve Benefactoris voluntati obſiſteremus. Et certè beneficia, qvæ in nos munificè confert Deus, humani videntur funiculi, qvibus juxta Hoſeæ cap. 11. verſ. 4. phraſin, ſuos ad ſe allicit Deus. Hinc, ex beneficiis ſe unicè co- lendum, proponit Exod. 20. v. 2. Deuteronom. 5. v. 6. *Ego ſum Jehova, Deus tuus, qvi eduxi te è terra Ægypti, & domo ſervorum.* Et Eſaiæ 42. v. 5. 6. *Sic locutus Deus fortis Jehova:* Qvis verò ille? *Creator cœlorum, & qvi extendit eos, qvi expandit terram, & res ex ea progṅatas,* (qvæ ſunt glorioſa creationis opera) *qvi vocavit Meſſiam juſtè, ut con-*

*for-*

*formaret manum ejus, & cuſtodiens eam tradidit in fœdus populi* (qvæ ad redemptionem ſpectant facta) *qvi tradidit etiam in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcos, ad educendum è clauſtro vinctum, & carcere ſedentes in tenebris*, (qvæ ad converſionem & renovationem ſpectare videntur.) Qvi hæc omnia veſtrâ cauſsâ feci, gloriam, honorem, æſtimationem, cultum mihi ea propter debitũ ipſe exigam, *Ego ſum Jehova: & illud eſt nomen meum, & gloriam alteri non dabo.* Sicut alii vulgò, ubi benefecerunt, ſuſpici & coli volunt: ſic & ipſe, qvamvis à veſtro nihil mihi accedat æſtimio: cùm tamen hic ad me pertineat cultus, neqve autor ero, neqve ſinam, ut à me aliò divertatur.

N. 4. *De origine Idololatriæ, ſive divini apud gentes cultûs, & qvatenus ex naturali obligationis ad gratitudinem, ob recepta beneficia, ſenſu hæc proflu-*

Digitized by Google

*fluxerit veneratio, hiſtorica fides & teſtimonium.*

In uno qvinto ſcilic Diodori Siculi libro. Deorum conſcribitur, ab autore genealogia, beneficiaqve numerantur, propter qvæ omnis ferè deorum cohors veneratione eſt culta. Incertæ primùm originis ſex maſculos, & qvinqve fœminas enumerat. Neqve enim definit, an ab Urano & matre Terrâ, an à Titæâ & Curetum altero oriundos. Mares numerantur: Saturnus, Hyperion, Cœus, Japetus, Crios & Oceanus. Horum ſorores: Rhea, Themis, Mnemoſyne, Phœbe & Thetis, ὧν ἕκαστον τινῶν εὑρετὴν γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διὰ τὴν εἰς πάντας εὐεργεσίαν τυχεῖν τιμῶν καὶ μνήμης ἀενάου, *qvorum*, dicit, *unumqvemq; aliqva hominum gratia inveniſſe & propter eam, quâ in omnes erant, benevolentiam, honores & immortalem memoriam fuiſſe adeptos.* De Saturno memorat, qvòd *homines ab agreſti victu & mo-*

*more ad vitam cultiorem traduxit, atq; ad multas Orbis regiones accedens, ſingulos ad juſtitiam, & morum ſimplicitatem inſtruxit.* Hyperionem deinde inqvit: *Solis & Lunæ aliorumqve ſiderum motus & temporum vices, qvæ ab his perficiuntur, ſuæ obſervationis induſtriâ primum deprehendiſſe, & in aliorum deinde notitiam perduxiſſe, & propterea patrem horum vocari, ut qvi contemplationem eorum & naturam procreârit. Ex Cœo & Phœbe Latonam eſſe natam, & ex Japeto Prometheum; qvi, ut fabulatores qvidam tradunt, ignem diis ſurreptum hominibus impertivit: ſi veritatem excuſſeris, igniarii repertor eſt, inſtrumenti videlicet, qvo ad eliciendum ignem utimur.*

*Ex Titanidum numero* Mnemoſyne, *ut ajunt, ratiocinandi artem invenit, & ſingulis rebus conveniens nomen attribuit, qvo unumqvodq; diſtinctè appellare, & inter nos colloqui poſſumus.* Themis

mis *vaticinandi artem, ſacrificiorum ritus, & leges, deûm cultui ſervientes, prima edocuit, &, quæ ad bonam jurisdictionem & pacis ſtudia pertinent, monſtravit.*

De quibus collectim, tandem ſic loquitur: ὅυτοι μὲν ὖν οἱ θεοὶ πολλὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐυεργετήσαντες, ὖ μόνον ἀθανάτων τιμῶν ἠξιώθησαν, ἀλλὰ καὶ πρῶτοι τὸν Ὄλυμπον ἐνομίσθησαν οἰκεῖν, μετὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάστασιν. *Hi igitur dii, cùm plurimis vitam humanam beneficiis cumuláſſent, non divinos ſolùm honores promeruerunt, ſed primi quoque cœlum, poſt emigrationem è vita mortalium, occupâſſe exiſtimantur.*

*E Saturno & Rhea, Veſta, Ceres, Juno, Jupiter, Neptunus & Pluto, nati dicuntur.* Veſta *domorum architecturam invenit, & ob hoc beneficium univerſi ferè homines in ædibus ſuis collocatam honoribus & ſacrificiis dignantur.*

Ceres *frumentum, quod ſponte ſuâ*

&

*& fortuitò inter alias herbas creſcebat, hominibus eousqve ignotum prima comportavit, ejusq; piſturam & aſſervationem inveſtigavit, ac ſementem facere homines docuit. Aſſerunt etiam nonnulli, leges ab hac promulgatas eſſe, ex qvibus homines, qvod juſtum eſt, invicem tribuere aſſvefierent; atq; ab hac promulgatione illā Theſmophoron appellari. Cumqve,* ut inqvit autor, *maxima hominibus bona conciliâſſet, eximiis etiam honoribus affecta eſt, eamqve immolationibus, feſtis & conventibus panegyricis magnificentiſſimè, non modo Græci, verùm etiam Barbari ferè omnes, alimonia hujus participes, devenerantur. Hæc apud Ægyptios ſub nomine Iſidos, apud Siculos & Græcos, Demetros, & Eleuſinea matris colebatur.*

Neptunus, *Maris negotia primùm tractâſſe, dicitur, claſſemq; inſtituit, præfecturam hanc à Saturno adeptus; ideòq; fama apud poſteros increbuit, qvæ in mari*

*ri geruntur, in hujus poteſtate & arbitrio eſſe, & propterea ſolennibus eum ſacris nautæ honorant. Adjiciunt & hoc, equos à Neptuno primum domitos, & equeſtris rei ſcientiam ab eo traditam. Unde* Ἵππειος *dictus eſt.* Τὸν ᾅδην verò, Plutonem ſcilicet, *funerum ac ſepulturæ & parentationis ritus oſtendiſſe, ferunt, cùm anteà nulla horum accuratio fuiſſet; quod in cauſſa fuit, ut defuncti in poteſtate ejus eſſe dicerentur, & inferorum ei principatum & curationem antiquitas delegaret.*

De Jove dicitur, quod, *omnibus præcelluerit deis fortitudine, prudentiâ & juſtitiâ, & cæteris omnibus virtutibus, ideò, poſt acceptum à Saturno regnum, plurimis vitam humanam commodis, iisque maximis adfecit. Primus namque omnium injurias punire, juſtitiamq; inter ſe colere, & à violentis actionibus deſiſtere, & ad tribunal controverſias deferri, judicioque diſceptare, homines docuit:*

*ſum-*

*ſummatim, quæ ad bonam legum conſtitutionem & pacem reqviruntur, ipſe explevit; bonos verbis ad officiũ adducens, improbos autem pœnarum rigore ac metu coërcens. Permeâſſe totum ferè Orbem dicitur, latrones & impios homines & metu removens, & æqvalitatem ubiq; & popularem jurisdictionem introducens. Aliqvando enim dicunt, tum gigantes ſuſtuliſſe: in Creta eos, qvi circa Mylinũ, in Phrygia eos, qui circa Typhona verſabantur.* (Sic enim ad verbum translatũ malim, qvàm qvomodo eſt à vulgari ſenſu, longè à Græco textu diſtanti, redditum.) *Aliis etiam bellis contra gigantes eſt concertatum, ad Pallenen in Macedonia, & in campis Italiæ, qvi Phlegræi à loci conflagratione olim, & Cumæi tandem nuncupati ſunt. Cauſſa, ut à Jove in gigantes ita animadverteretur, fuit injuſta hominum oppreſſio; qvod videlicet, proceritate corporum & viriũ excellentiâ freti, vicinos in ſervitutem*

redi-

*redigerent, & ſtatutis de juſtitia legibus non obtemperarent, bellumqve his inferrent, qvi ob benefacta in univerſum genus mortalium pro diis ab omnibus haberentur. Nec impios ſolum ac ſceleratos Jupiter penitùs exterminavit, ſed dignos quoq; honores optimis inter Deos Heroasque, & viros impendit.*

Tandem verò de Jove ſic concludit: διὰ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ ὑπεροχὴν τῆς δυνάμεως, συμφώνως αὐτῷ παρὰ πάντων συγκεχωρῆσθαι, τήν τε βασιλείαν εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον, καὶ τὴν οἴκησιν τὴν ἐν Ὀλύμπῳ, κλ. *Magnitudo igitur beneficiorum, & potentiæ excellentia, effecerunt, ut conſenſu omnium perpetuum Jovi regnum, & habitàculum in Olympo tribueretur, ſacra etiam præ cæteris exqviſita haberet. Et poſt migrationem è terris in cœlum juſta mentibus hominum, in qvos beneficia contulerat, perſvaſio infixa eſt, qvòd omnium, quæ in cœlo fiunt, imbrium, inqvam, & toni-*

*tonitruorum, fulminumq; & id genus aliorum, arbiter ſit & moderator. Ideoq; Zena (Ζῆνα) illũ vocant, propterea quod vivendi auctor eſſe, dum commoda aëris temperie, fructus ad maturitatem perducit, exiſtimatur. Patrem quoq; dicunt, tùm propter curam & benevolentiam erga omnes, tùm quòd prima generis humani origo ab eo defluxiſſe creditur. Summus præterea Rex nominatur, propter imperii nimirùm excellentiam; adhæc Eubolæus & Metietes ob eximiam in benè conſultando prudentiam.*

De junioribus diis ſic habet autor loco citato: *Liberos Jovis vulgus hos recenſet; Deas ſanè, Venerem & Gratias, tùm Lucinam, ejuſq; adminiſtram Dianam. Horas autem, quas vocant Eunomiam, Dicen & Irenen; Deos verò Vulcanum, Martem & Apollinem, atq; inſuper Mercurium: horum unicuiq; (ut ajunt) Jupiter inventarum à ſe & perfectarum rerum ſcientias inventionis diſtribuit,*

*ſempiternam apud univerſos homines memoriam & laudem ipſis conciliare volens.*

Veneri, *ætatem virginum commendavit, quando (videlicet) nubendum ſit, aliarumque curam rerum in nuptialibus uſitatam.* Gratiis *venuſtate faciem exornare, & ſingula corporis membra, ad præſtabiliorem habitum jucundumq; ſpectantibus decorem, confirmare: adhæc imperare beneficiis, & pro communicatis, quam decet, gratiam referre, tributum eſt.* Lucina, *parturientium curam ac difficultatum in partu dolorumq; levationem accepit.* Diana, *parvulos tractandi rationem, & cibos quoſdam, naturæ tenellæ convenientes, invenit.*

Horarum *etiam ſuum cuiq; munus, quum nomine conſentiens, ad ingentes hominum utilitates in gubernatione vitæ datum eſt. Nihil enim magis, quàm bonus legum ſtatus, juſtitia & pax, vitam beare poſſunt.* Minerva *Olivarum cul-*

*turam & plantationem, oleiq; expreſſionem tradidit; adhac veſtium conſarcinatio & Architectonica, multaq; in cæteris diſciplinis per hanc magiſtram hominibus innotuerunt: Quæ & Tibias primùm fabricavit, & Muſicam, quæ inſpiratione harum perficitur, & pleraq; tandem fabrilium operum invenit: Inde Ergana,* id eſt, *opifex nominatur.* Muſis *à patre conceſſa eſt literarum inventio, & compoſitio carminum, quæ Poëtice dicitur.* A Vulcano *fabricationem ferri, æris, auri, argenti, & cæterorum omnium, quæ ignis operationem recipiunt, inventam, & univerſum ignis uſum excogitatum, & tùm artificibus, tùm cæteris quoque hominibus exprompium eſſe, dicunt.* Mars *univerſam armaturam fabricari, & milites armis telisq; inſtruere, & collatis ſignis ſtrenuè decertare, primus docuit, diis adverſantes cædib⁹ abſumens.* Apollini *aſſignant citharæ inventionem, & id genus Muſicæ, ſcientiam medicam,*

*qua per fatidicam exercetur artem, quâ ſanitatem ægroti quondam recipiebant; arcum item & jaculandi artem.*

*Ex Apolline & Coronide natus Æ*ſculapius, *cum multa in re medicâ ex patris diſciplina cognoviſſet, Chrirurgiam & medicamentorum confectiones adinvenit, radicum etiam vires perſcrutatus eſt, adeoq; tandem provexit artem, ut pro conditore ejus ac principe colatur.*

Mercurii *inventione attribuunt Caduceatorum (fecialium) legationes in bellis, pacificationes etiam & fœderum libamenta. Is etiam menſuras, pondera, & negotiationis lucra, occultamq; aliorum res intervertendi fraudem princeps commentus eſt. Elocutionem præ cæteris excoluit. Quin & palaſtræ autor fuit, & ex teſtudine lyram commentus eſt. Ad* Bacchum *verò, vitis inventionem ejusq; culturam, & vini conficiendi fructuumq; autumnalium condendi rationem, quo ad longum videlicet tempus uſum hominibus*

&

Digitized by Google

*& alimentum præbeant, Cretenſes referunt.* Hercules *robore corporis univerſis mortalibus præſtantior, totum pervaſit Orbem, juſtas injuſtis & flagitioſis pœnas infligens, & monſtra ferarum, qvibus infeſta regionum habitationes redderentur, è medio tollens, hominesq; ubivis gentium in libertatem vindicans; ob qvæ merita ſempiternis honoribus à mortalibus dignatur.*

Poſtremò *Dictynnam* memorat, aliam à Dianâ, qvæ caſſes venatorios reperit; *Plutum*, qvi primum inſtituit diligentiorem victûs rationem, & coacervandi & cuſtodiendi opes viam hominibus indicavit. De diis hactenus. Proximos diis *Heroas* numerat, *qvos* dicit *multis poſt Deorum in Cretâ generationē ſeculis extitiſſe, præcipuosqve* Minoa *&* Rhadamanthum, *qvi omnes, ob ſummas virtutes & egregia in homines, qvibuscū erat convictus, beneficia, honores etiā ſunt adepti.* (a)

 *Hæc*

(a) Explicationem Deorum Gentilium accuratiſſimè tradidit Bochartus in ſuo Phaleg ☞

Digitized by Google

*Hac arte* (virtute ſcilic. mortalibus proficuâ & beneficentiâ Heroicâ)

*Pollux & vagus Hercules*
*Innixus arces attigit igneas:*
*Quos inter Auguſtus recumbens*
*Purpureo bibit ore Nectar.*
*Hac te merentem, Bacche pater, tuæ*
*Vexere Tygres, indocili jugum*
*Collo trahentes, hac Quirinus*
*Martis equis Acheronta fugit.*

Horat. Carm. l. 3. Od. 3.

Nec *Romani* ſolùm factos, ob beneficia per gratitudinem Indigetes, religioſè colebant, ſed & Græci eâpſe ratione benè merentium animos divino honorabant cultu, qvorum catalogus videatur apud Voſſium, *de Orig. Idol. lib. 1. cap. 13.* Ad

☞ ſive Geographia ſacra part. 1. l. 1. c. 2. ubi ex attributis illorum demonſtrat, per Saturnum intelligi Noam; per Jovem, Chamum, qvi patri virilia exſecuiſſe fingitur; per Neptunum, Japhetum; per Plutonem, Semum; per Apollinem, Pythium Put. per Mercurium, Chanaan; per Bacchum, Nimrodum, qvi dicitur Barchus, i. e. filius Chus; per Prometheum, Magog.

Digitized by Google

Ad *Ægyptios* ſpectat, qvod ex Diodoro citat idem Voſſius *libr. 1. cap. 27.* præter cœleſtia numina eſſe etiam mortales deos: ὑπάρξαντας μὲν θνητὰς διὰ δὲ σύνεσιν καὶ κοινὴν ἀνθρώπων εὐεργεσίαν τετυχηκότας τῆς ἀθανασίας, ὧν ἐνίους βασιλεῖς γεγονέναι κατὰ τὸν Ἄιγυπτον. *Qui aliqvando mortales erant, propter autem prudentiam & communem erga homines beneficentiam immortalitatis facti ſunt participes, qvorum nonnulli apud Ægyptios Reges extitêre.*

Ad incolas *Æthiopiæ*, qvod habet Strabo *lib. 17.* Θεὸν νομίζουσι, τὸν μὲν ἀθάνατον, τοῦτον δὲ εἶναι τὸν αἴτιον τῶν πάντων. Τὸν δὲ θνητὸν, ἀνώνυμόν τινα, καὶ οὐ σαφῆ, ὡς δὲ ἐπιπολὺ τοὺς εὐεργέτας καὶ βασιλικοὺς θεοὺς νομίζουσι. Καὶ τούτων τοὺς μὲν βασιλέας κοινοὺς ἁπάντων μὲν σωτῆρας καὶ φύλακας, τοὺς δὲ ἰδιώτας, ἰδίως μὲν εὖ παθοῦσιν ὑπ' αὐτῶν. *Deum putant alterum immortalem, qui rerum omnium cauſſa ſit; alterum mortalem, qui nomi-*

*ne careat, & non ſit cognitu facilis. Plerunq; autem eos, à qvibus beneficium acceperunt, & Regies, pro diis habent; Reges verò communes omnium ſervatores & cuſtodes eſſe, cæteros verò privatim eorum qvibus benefecerunt.*

*Floridæ & Virginiæ incolæ Solem & Aqvam veneratione proſeqvebantur, ob beneficia ſcilicet, qvòd opinati ſint omnia horum vi per calorem Solis & aqvæ humiditatem produci.* Roſſeus in Panſeb. Sect. 3.

*Ædificantur apud* Chinenſes *templa in honorem hominum quorundam, qvi, cùm in vivis fuerint, benefecerunt, & in templis ſtatuæ eorum eriguntur & imagines: privatim etiam eâdē veneratione dignantur in unaqvaq; familiâ majores, ubi è vitâ exceſſerunt. Cælum & Terra qvaſi univerſales omnium rerum parentes habentur, atq; hac coluntur ratione.* F. Aluares Semedo. Hiſt. Chin. part. 1. cap. 18.

Idem

Idem Autor *cap. 19.* narrat, Chinenſes *ſolennia in 4. anni tempeſtatibus habere ſacrificia, offerre autem Cœlo, Soli, Lunæ, & Planetarum ſtellarumq; quamplurimis, terræ etiam montibus, & quatuor mundi partibus Oceano, fluviis, in cujuſmodi ſacrificiis non ad brutos montes, ſed ad ſpiritum aliqvem, eorum incolam, oblatio inſtituebatur. Studioſius verò,* ut ibidem affirmat autor, *ſacrificia fiebant in honorem virorum præ cæteris benè merentium, & frequentiores ſtatuæ templaque iſtorum venerationi ſunt extructa, quibus ob benè merita, & recepta beneficia, gratitudinem ſuam populus ſtudebat oſtendere.*

De Gallis Cæſar *Comment. de bello Gall. lib. 6.* refert, qvòd *Deum maximè Mercurium colant: Hunc,* inqvit, *omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum & itinerum ducem; hunc ad quæſtus pecuniæ, mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc Apollinem,*



Digitized by Google

*& Martem, & Jovem, & Minervam: de his eandem ferè habent quam reliquæ gentes opinionem: Apollinem morbos depellere; Minervam operum atq; artificiorum initia transdere; Jovem imperium cœleſtium tenere; Martem bella gerere.* Idemq; ter maximus Imperator de Germanis paulùm infrà ſic ſcribit: *Germani deorũ numero eos ſolos ducunt, qvos cernunt, & quorum opibus apertè juvantur, Solem, Vulcanum & Lunam; reliqvos ne famâ quidem acceperunt.* Cæſar ibid. num. 5.

Elementa etiam apud pleraſq; gentes hac ratione culta, non diffitetur Voſſius de Orig. Idololatriæ lib. 2. cap. 51. *Non obſcura eſt,* inqvit, *ratio, cur divinitatem iis tribuerent gentes: Nam ſic colligebant: Si patres colendi, quia ipſis originem debemus, quantò magis cultus exhibendus eſt Elementis, unde parentes ipſi, & omne humanum genus ortum ducunt.*

De

De Prodico Chio S. Empiric. *Comment. 8. cap. de Diis*: Πρόδικος, inqvit, ὁ χῖος ἥλιόν φησι καὶ σελήνην καὶ ποταμοὺς καὶ κρήνας, καὶ καθόλου πάντα τὰ ὠφελοῦντα τὸν βίον ἡμῶν, οἱ παλαιοὶ θεοὺς ἐνόμισαν, κατὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν, καθάπερ Αἰγύπτιοι τὸν Νεῖλον. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν μὲν ἄρτον Δήμητραν νομισθῆναι, τὸν δὲ οἶνον Διόνυσον, τὸ δὲ ὕδωρ Ποσειδῶνα, τὸ δὲ πῦρ Ἥφαιστον, καὶ ἤδη τῶν εὐχρηστούντων ἕκαστον· *Solem, inquit Prodicus Chius, & Lunam, fluvios item & fontes, ac univerſim omnia, quæ vitæ noſtræ proſunt, veteres pro diis habuêre, juxta qvod ab iis perceperunt commodum, quomodo Ægyptii Nilum: & hac ratione panem Cererem vocârunt, vinum Bacchum, aqvam Neptunum, atq; ignem Vulcanum, & conſimiliter benefacientium unumqvemq;.*

Egregium deniqve eſt, qvod de ſummo Deo habet Themiſtius: Τρία, inqvit, εἰσὶ, ἐν οἷς θεὸς διαφέρων ἐστὶν ἀϊδιό-

ἀϊδιότητι ζωῆς, περιουσίᾳ δυνάμεως, καὶ ἐν τῷ μὴ διαλείπειν εὖ ποιεῖν ἀνθρώπους.
*Tria ſunt, quibus excellit Deus, æternitate vita, exuberantiâ potentia, & in eo, quod non deſinat hominibus benefacere.* Themiſt. Orat. 16.

N. 5. *An ad cultum in mundo & honorem procreandum ſola potentia exiſtimatio, non item bonitatis opinio, cauſſalitatem exercuerit; ubi Evemeri, Athei & Philoſophi Malmesburienſis excutiuntur eâ de re ſententiæ.*

Inter veteres unus & alter forte eſt compertus, qvi religionem, cultum, venerationes, honorem, à ſolo metu, & potentiæ unius exiſtimatione, nata eſſe voluit. Inter hos eminebat Evemerus Atheus dictus qvi, ut notat Sextus Empiricus *lib. 8. cap. de diis: Cultum omnem à metu ortum exiſtimabat; qvaſi fieret, ut, cum vita hominum eſſet inſolens & incompoſita, ii, qvi cæteros ſuperabant viribus*

*bus & prudentiâ, Imperia & divinos honores ſibi acqviſierint.* (a) Miſeret autem, noſtro iterum ſeculo inter cæteras opinionum ſordes etiam hanc revixiſſe, timorem, excluſo etiam bonitatis æſtimio, unicam fuiſſe atqve eſſe in mundo *θεοτόκον*. Et qvod omnium eſt iniqviſſimum, qvamvis unanimiter gentium Scriptores univerſi contrarium prædicent, & ſingulorũ inductione probent, ſe aliunde motos, ex gratitudinis ſcilicet reſpectu, ut hunc cultum exhiberent, nec à ſolo metu, eum oriundum eſſe: ita tamen fit, ut nec ipſis de ſe actibus ſuis & rationibus fides poſſit adhiberi. Aliud qvippe ſtatuendum erat dogma, (Hobbeſ. Leviath. part. 1. c. 11.) *qvod rerum inviſibilium timor naturale ſit illius ſemen, qvod in ſe qvisq; religionem, in aliis verò, qvi eam poteſtatem fecius, qvàm ipſi, colunt, ſuperſtitionem vocant.* Et qvod ad honorem attinet, nullatenus ad

P 7 eum

(a) Idem qvoqve ſtatuere videtur Auctor libri Sapientiæ cap. 14. v. 13. 16.

Digitized by Google

eum procreandum facere virtutis, juſtitiæ, aut bonitatis opinionem, cùm ex ſolâ potentiæ æſtimatione originem ſumat. Sic enim Philoſophus, Leviath. part. 1. cap. 10. *Parùm refert, ubi de honore agitur, an actio ſit juſta ſive injuſta. Honor enim conſiſtit ſolum in opinione poteſtatis. Quapropter Ethnicorum antiquiores, ſe non minuiſſe, cenſebant, ſed magis auctum reddidiſſe deorum honorẽ, cùm in poëmatiis eos inducerent, tanquã virginum raptores, furtis, aliisq; magnis, ſed injuſtis & fœdis actionibus operã dantes; adeòq; invaluit hæc perſvaſio, ut nihil magis in Jove celebratum, quàm adulteria, neq; in Mercurio, quàm fraudes & furta; inter cujus laudes hæc in Hymno apud Homerum ſumma: Quòd manè natus mediâ die Muſicam invenerit, & ſub noctem Apollinis furto ſurripuerit boves:* (Ἠῷος γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν·

Ἑσπέριος βοῦς κλέψεν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.)

Inter

*Inter homines etiam, antequam ampliores Reſpublicæ conſtituerentur, piraticam aut latrocinia exercuiſſe, non putabatur inhoneſtum, ſed potius ars legitima, neq; inter Græcos ſolùm, ſed & alias gentes: ſicut ex hiſtoriis rerum antiquitùs geſtarum ſatis liquet. Imò hodiè, atque his mundi partib⁹, duella privata, quamvis illegitima, honori & ſunt & erunt, donec inſtituetur honor recuſantibus, & ignominia in arenam provocantibus.* Sic Hobbeſius, qui ſententiam ſuam triplicis exempli inductione confirmatã voluit. Quod ad primum attinet; ſatis apparere videtur, Ethnicorum molem aliâ ratione, quàm unius intuitu potentiæ, Deos honoráſſe. Beneficentia enim deorum & eximia bonitas hanc religionis extorſit partem, qui Honor dicitur; qui quidem nullus fuiſſet, niſi hæ virtutes ad potentiam acceſſiſſent. Timemus ob potentiam, ob eamq; homines ſimul & Deum reveremur; ob boni-

nitatem potentiæ conjunctam ſolùm honoramus. Qvid verò, ſi Mercurii admirandas jactitent technas, & Jovis ſtupra, Poëtæ? Certè non dicunt ſe hac ratione inductos, ut honore eos proſeqverentur: Satis ſit, (cui non ibimus inficias) qvòd hac ex cauſſa timeant. Animadverti autem, velim, catervam deorum excuſari ſatis poſſe ab injuſtitia in plurimis, qvæ injuriâ ab iis factâ vulgò cenſentur, ſi conſideremus, vel infinitæ immenſæqve libertatis Deum eſſe, vel ſaltem oportere plus creationis & conſervationis noſtræ autori in nos licere, qvàm homini cuiqvam in homine. Et deinde levem eſſe Poëtarum nationem; magnamqve hominum & ſagaciorem partem tantùm abfuiſſe ab honore his nominibus exhibendo, ut dicteriis, conviciis & irriſionibus, has ob cauſſas putata & conficta, inceſſerint numina. Certè ſi ratio dictitâſſet, deos his de cauſſis eſſe honorandos, non poſ-

ſit accuſari gentium vulgus, qvòd contra dictamina ejus fecerint, eò qvòd cultum hujusmodi numinib⁹ exhibuerint: at ab omnis ætatis Scriptoribus, qvotqvot de religione contra gentes aliqvid ediderunt, id illis ut probrum objicitur, qvod deos habuerint, qvos, ipſa eorum ratio dictaret, non eſſe honoris aliqvâ ſpecie colendos. Porrò ſi Jovis adulteria, Mercurii furta, Bacchi ebrietates, Saturni in prolem crudelitas, non probra eſſent, ſed perfectionis & dignitatis argumenta, cur adeò altum eſſet hac de re apud eos ſilentium, qvi hac in re deorum ſunt patroni? Cur tàm accommoda non alicubi exauditur deorum defenſio?

Ad ſecundum exemplum idem cenſeo reſpondendum, αὐτοκατακρίτους ſcilicet fuiſſe eos, qvotiescunqve rationes ſuas excuſſerint, qvotqvot latrociniis & qvibuscunq; innocentium laniенis operam navabant. At, inqvies, glo-

ria-

riabantur in qvocunqve hujusmodi facinore, nec latronum detrectabant nomina? Eſto; at nihilominùs αὐτοκατάκριτοι aliqvando viſi ſunt. Nemóne apud nos eſt, qvi in iis jam gloriatur, de qvibus poſtmodum pudebit? Qvi apud nos latrocinia jam exercent, gloriã inter ſocios ob ea ipſa captant ſcelera, propter qvæ privatim, qvoties in ſe deſcendunt, ſævientis conſcientiæ ſentiunt verbera. Qvòd auxerint res ſuas qvòd amicis ſociisqve benefecerint, oſtentare poſſunt; illud verò, niſi nunqvam ad ſe redeant, aliqvando angit, qvòd per injurias hæc procuraverint. Sed de his ſuprà, cap. 2. num. 1. & cap. 3. n. 2. abundè mihi videtur reſponſum.

Finge etiam, duella noſtro tempore honeſta cenſeri, qvisqvamne igitur arguet, honorem eſſe à potentia ſolùm? Certè, qvi honeſtè agere ſe cogitant, cùm alios in duella provocent, juſtitiæ partem ſe perſeqvi, exiſtimant. Id enim

agunt,

Digitized by Google

agunt, ne ſcelera ſint impunita. Qvis unqvam in arenam qvempiam provocavit, niſi ob injuriam alicubi illatam? Naturalis autem juſtitia, ultionem aliqvalem fieri, præcipit; &, qvi vindictam exigit, hominum generi magnopere eſt beneficus. Sic Jupiter & pleraq; deorum pars, in cœlum eſt evecta, ſi antiqvis fides:

*Hac arte Pollux, & vagus Hercules*
*Innixus artes attigit igneas*, - - ait Horatius.

Sic enim ſolùm graſſantibus ultra itur obviam injuriis, ſi nempè puniantur mali: uti oſtendiſſe nos putamus eo loco, ubi de obligationibus ad pœnam agitur.

Neqve qvidem lex poſitiva, qvæ qvaſi vim contractus obtinet, hoc abſolutè tollit jus, qvo liberum erat nobis, perſeqvi maleficia. Satisfit enim legi, ſi pœnæ à judice irrogandæ ſubmittamus; qvæ remiſſior ferè ab iis ſperatur, qvi hac ratione in duello congredi ſunt aſſveti. Neq;

Digitized by Google

Neq; ipſe mihi videtur Hobbeſius ſibi ubiqve conſentire. Leviath. part. 2. cap. 31. *Honor*, inqvit, *in interiori cogitatione potentiæ & bonitatis alicujus conſiſtit; & proinde honorare Deum, ſeu honorem ei exhibere, eſt, qvàm poteſt fieri altiſſimè de potentia & bonitate ejus opinari, &c.*

**N. 6.** ***Teſtimonia gentilium, nullam ex potentia ſola oriri obligationem ad obedientiam, honorem, cultum; nec eam ſublato beneficentiæ ſtudio, ad bonæ æſtimationis & famæ procurationem qvicqvam facere.***

Cicero: Ad M. Antonium ſic Romanorum eloqventiſſimus juxta ac rerum humanarum ſcientiſſimus, Tullius: *Illud*, inqvit, *vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, glorioſum putes, plus te poſſe unum, qvàm omnes & metui à civibus tuis, qvàm diligi, malis; qvod ſi ita putas, totam ignoras viam gloriæ, carum eſſe*

*eſſe civem, benè de Republicâ mereri, laudari, coli, diligi glorioſum eſſe: Metui verò, & in odio eſſe, invidioſum eſſe, deteſtabile, imbecillum, caducum.* Philippicâ 1. & de Offic. libr. 3. Phalarin inducit potentiâ ſuâ & metu ſubditorum iis imperantem: *Hunc autem qvod attinet, perfacile,* inqvit, *eſt judicium. Nulla enim nobis cum Tyrannis eſt ſocietas, ſed potiùs ſumma diſtractio; nec eſt contra naturam, ſpoliare eum, ſi poſſis, qvem honeſtum eſt & necare. Atq; hoc gen⁹ peſtiferum atq; impium ex hominum ſocietate exterminandum eſt.* Etenim ut membra qvædam amputantur, cùm ſangvine & ſpiritu carentia noceant cæteris: Sic in iſtâ figurâ hominis feritas & immanitas belluina, à communi tanqvam humanitate corporis ſegreganda eſt. Tyranni autem ſunt, qvi metu per potentiam regunt, nec commodis ſubditorum, ſed ſuis, ſtudent.

*Ariſtoteles:* Ariſtoteles ad Alexan-



Digitized by Google

xandrum Rhet. 1. de hoc, tanqvam manifeſto, loqvitur, qvòd, qvi ſecundùm rationis dictamina vixerint, ſeq; honeſtos & bonos comprobaverint, laude dignentur. Aliter verò ſe gerentes, tanqvam crudeles & inhumanos, odio & invidiâ excipiantur.

N. 7. *Qvòd in qvibusdam etiam timor compertus ſit venerationis & cultûs divini cauſſa procreatrix.*

Lubenter certè fatemur, tàm rerum naturâ benè perpensâ, qvàm hiſtoricis narrationibus perſvaſi, timori etiam ſuam deberi in procreandâ religione effectum: ſervilis tamen & coacta magis, non ultronea, non à generoſa mente deveniens veneratio eſt, qvæ ſuam à metu originem acceptam fert, qvæqve non tàm in ſpontaneâ animi effuſione in officium, qvàm ſpecioſarum actionum adornatu, & ægrè illicitâ, ad officii oſtenſionem, obedientiæ pompâ clareſcere

ſcere ſolet. Hujus ſectæ erant, qvi apud Romanos etiam Eumenidas ipſas, ut minùs plecterent, colebant; & Braſilienſes, qvi, ut minùs noceat, etiam Diabolo exhibent religionem. *Reſſ. in Panſeb. Sect. 3.* Qvo etiam referri æqvum eſt, duplicis principii cultores. Narrat enim Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride: *Hanc vetuſtiſſimam & indelebilem eſſe opinionem tàm Græcanicis, qvàm Barbaris inſitam, mundum ratione gubernatum non unicâ. Cùm enim nihil in mundo ſit ſincerum, ſed ex bonis juxtà malisq; omnia ſint confuſa: non unum eſſe aliqvē promum, qvi è duobus doliis res nobis, veluti aliqvem liqvorem, cauponis in morem diſtribuat & permiſceat.* Ergò à duobus contrariis principiis contraria provenire, nec, bonum poſſe malum procreare credebatur. Si cui curæ ſit cognoſcere, qvàm antiqva, à qvot gentibus probata, atqve unde profluxerit hæc doctrina, de duobus principiis bo-

no Deo, & malo Genio, qvorum ille ſit autor omnis boni in naturâ, & coli debeat, ut faciat benè, hic autor ſit omnis mali, & colendus ſit, ne malè faceret, videat Voſſium *lib. 1. de origine & progreſſu Idolol. cap. 5.*

Numer. 8. *De cultu Idolorum anomalo.*

Qvid autem de iis cogitare nos æqvum fuerit, qvi non tantùm Solem & Lunam, ſpecioſiſſimas juxta atqve utiliſſimas creaturas, ſed & alias qvascunqve cæteris anomalas, & plurimum à communi genere difformes, religione excoluerunt? *Peruani fontes, flumina, eorumq; oſtia, aditus montium, colles, montiumq; apices, qvos Apachitas vocant, magnâ religione colebant: Breviter, unumqvodq; in rerum naturâ venerabantur eorum, qvæ illis ſpectatu digna viſa ſunt, & cæteris difformia, particularem aliqvam in iis agnoſcentes deitatem. Iidem* (inqvit Acoſta) *mihi oſtenderunt in Ca-*

Digitized by Google

*Caxamalta Naſca arena colliculum, qui præcipuum erat idolum, ſeu, ut vocant, Gvaca antiqvorum. Rogavi, qvidnam ei ineſſet divinitatis? Reſpondebant, ſe eum pro miraculo venerari, qvòd in medio montium ſaxoſorum, exiſteret arenoſus. Magna etiam erat & deformis arbor, qvam idcircò, tanqvam divinum qvid, ſuſpiciebant; qvia cæteris magnitudine arboribus præcederet. Eodem etiam honore apud eos habiti minuti lapilli, radices, terræqve fructus, qvi parvitate excelluerunt*, ut habet Joſephus Acoſta hiſt. lib. 5. cap. 5.

Certè, ſi neceſſariò de hujusmodi errorum cauſſis ratio mihi reddenda ſit, nulla jam ſuppetit potior, qvàm qvæ eſt *Aqvinatis* in opuſculo de Symbolo Apoſtol. *Iſtiusmodi*, inqvit, *cultoribus, eodem modo cecidit, ſicut alicui eunti ad curiam Regis, qvi volens videre Regem, credit qvoscunq; benè (vel cæteris diſſimiliter) indutos, aut in officiis conſtitutos, Re-*

*gem eſſe.* Ita enim veri Creatoris ignari qvidlibet defectu Numinis pro Numine coluerunt, qvod ſpecioſum, ſociis creaturis diſſimile, & proinde mirandum videbatur. Ex iis enim ſuſpicari poterant, bona juxtà & mala mortalibus devenisse, & plura adhuc poſſe devenire. Ex ſuſpicione autem beneficii recepti gratitudo, mali impendentis ob ſui amorem metus naturaliter originem ſuam ducit; adeòqve etiam hæ religiones ad communia cæterarum fundamenta, gratitudinem & philautiam, debebunt reduci.

N. 9. *Qvòd parentes, patroni, præceptores, domini etiam plerunq́ue, amici item, & magiſtratus, tutores, curatores, & ipſa patria, amore apud pleroſq́ue & honore, propter profecta ab iis beneficia, ſint excepti; qvodq́ue officia, qvibus iis inſervire ſtuduerunt*

*runt Ethnici, fontem ſuum & originem habuerunt gratitudinem, teſtimonia.*

§. I. Gratitudo virtus ea videtur, qvæ in filiis erga parentes jure civili exigitur, eoq; fit, qvod, qvi parentes ritè non obſervant, qvaſi eâ deſtituti virtute, perpetuo juris ſtylo ingrati audiunt. De ingratis liberis, & cauſſis, propter qvas tales cenſeri debeant, celeberrima exſtat Juſtiniani Novella *Conſt. 115. cap. 3.* Singularis item titulus *C. de ingratis liberis*; eâ de re videri poſſit & Connanus *lib. 10. cap. 10. num. 6.*

Seneca: Officia, qvibus in hanc pietatem obligamur, recenſet Seneca de benef. cap. 24. lib. 6. *Non vides*, inqvit, *quemadmodum teneram liberorum in-*

*ſantiam parentes ad ſalubrium rerum patientiam cogant? Flentium corpora & repugnantium diligenti curâ fovent; &, ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura conſtringunt; & mox liberalia ſtudia inculcant, adhibito honore nolentibus. Ad ultimum, audacem juventam frugalitati, pudori, moribus bonis, ſi parùm ſeqvitur, coactam applicant. Adoleſcentibus qvoq;, ac jam potentibus ſui, ſi remedia metu, aut intemperantiâ rejiciunt, vis adhibetur ac ſervitus, &c.* ib. unde ſæpiùs apud eum ingrati audiunt, qvi debitam parentibus reverentiam non præſtant, liberi.

Anaximenes: *Ille ſui genitoris apprimè amator eſt, qvi operam dat, ut patrem ſine moleſtia plurimùm exhilaret. Qvid juſtius, qvàm generationis & diſciplinæ autores mutuis officiis demereri?* Anaximenes apud Stobæum Serm. 77.

Ulpianus: *Indignus malitiâ eſt judicandus, qvi patrem & matrem, à qvibus*

*bus ſe educatum dixerit, maleficos appellaverit.* Ulpianus l. 1. §. 3. ff. de obſeqviis, parentibus & patronis præſtandis. It. l. 5. §. 15. 16. 17.

Ariſtoteles, Plato, &c. *Apud Ariſtotelem Ethic. 9. cap. 11. Honor parentibus, ut diis, debetur; qvi etiam apud Platonem de legib. XI. deorum reputantur ſimulacra; apud Hieroclem, θεοὶ ἐπίγειοι. Ratio à Philone redditur, qvòd ſint* ἐμφανεῖς θεοὶ μιμούμενοι τὸν ἀγέννητον ἐν τῷ ζωοπλαστεῖν, *conſpicui dii ingenitum Deum eò imitantes, qvòd vitam dent*, ut notavit Grotius.

§. 2. Proximum *Patronis* ex eâdē ratione debebatur obſeqvium, qvòd parentum beneficio patronorū maximè accedebat. Parens, ut in rerum naturâ ſimus, fecit; Patronus, ne inter nullos numeremur: Parens vitam de-

dit; Patronus, utpote è ſervitute manumittens, libertatem: Parens natum tuetur; Patronus clientem. Et certè jus iſtud patronatûs tantæ erat apud veteres autoritatis, ut contenderit expreſsè M. Cato, *Patrem primum, deinde Patronum proximum nomen habuiſſe*, autore Gellio *lib. 5. cap. 13.*

Lege igitur gratitudinis, non ſecus ac patri filius, patrono libertus, obligatus cenſebatur. Hinc obligationum apud Ulpianum harum fit conjugatio *leg. 9. ff. de obſeqviis parentib⁹ & patronis præſtandis. Liberto*, inqvit, *& filio ſemper honeſta ac ſancta perſona patris ac patroni videri debet.* Qvod ſi qvis patrono debitum non præſtitiſſet obſeqvium, ingratus judicabatur. *l. 19. ff. de Jure patronatûs. l. 6. § ult. ff. de agnoſc. & alend. liber.*

*liber*. ſic in *l. 4. de obſeq. l. 1. & 2. Cod. de libert. & eorum lib.* & alibi freqventer.

§. 3. Hinc *dominorum* etiam in ſervos aliqva le jus. *Qvos enim occidere jus erat, qvod ſervabantur, ſervi fiebant, Inſt. l. 1. Tit. 3. §. 3.* Dominiqve, tanqvam vitæ reſtitutæ autores, evaſerunt colendi: qvãvis in his ſpeciebus arctior à lege ſive conſenſu fieri poſſit obligatio: ejus tamen fundamentum, & prima origo, in beneficio & gratiâ, poni à JCtis videtur.

§. 4. Hinc in *patriam* etiam & *amicos* amor.

*Magna*, inqvit Cicero, *eſt illa communitas, qva conficitur ex beneficiis ultrò citròqve datis acceptisqve, qva mutua & grata dum ſunt, inter qvos ea ſunt, firmâ de-*



Digitized by Google

*devinciuntur ſocietate. Sed cùm omnia ratione animoq; luſtraveris, omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla carior, quàm ea, quæ cum Republica eſt. Unicuiq; noſtrûm cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium caritates patria una complexa eſt. Sed ſi contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii, principes ſunt, patria & parentes, quorum beneficiis maximè obligati ſumus, &c.* De Offic. lib. 1. Hæc manifeſtè videtur Ciceronis ſententia, ex beneficiis oriri obligationē, & ex magnitudine beneficiorum gradus obligationum ſecundùm magis & minus diſtingvi. Neq; enim dubitat aliqvando patriæ beneficia omnibus, non ſolùm à cognatis & parentibus, ſed etiam à diis immortalibus acceptis, anteferre; ita ut non mirum ſit, ſi primum apud eum locum habeat patriæ amor. Notabilis ſatis eſt beneficiorum comparatio, qvæ apud

apud eum extat, initio Orationis, qvam poſt reditum ad Qvirites habuit. Qvod in gratitudine actiones omnes & obligationes amicitiæ fundentur, declarat etiam illud Euripidis in Medeâ jam citatum, ubi ingratitudinis argüitur, qvi debitis officiis amicos non colit.

## §. 5. Hinc *Magiſtratuũ* obſervantia emanare rectè poſſit.

A gratitudine etiam obligamur, pleroſqve Mgiſtratuum colere. *Eos*, (inqvit Cicero ad finem ferè primi de Officiis) *qvorum vita perſpecta in rebus honeſtis atqve magnis eſt, benè de Republica ſentientes ac benè meritos ac merentes, aliqvo honore aut imperio affectos, obſervare & colere debemus.* Hîc, qvod vult Cicero, magiſtratum gerentibus offerri obſeqvium, meritorum gratiâ vult referri, qvæ propria eſt, &, ut ita dicam, formalis gratitudinis actio. *Principem*, inqvit Seneca, *Patrem patriæ appellavimus, non vanâ adulatione adducti.* de



Digitized by Google

Clem. lib. 1. cap. 14. Qvidni igitur paternus patri tribuatur honor?

## §. 6. Hinc *ambitus* ratio, & malè exceptus alios corrumpendi per munera uſus.

Qvi in omni vitâ humanâ volunt alios maximè ſibi conciliare, id qvidem per beneficia aggrediuntur; & hac ſe ratione comperiuntur, ita ſibi plurimorum mentes devincire, ut qvidlibet ferè ab iis impetrare poſſint. Hinc illud Poëtæ: *Munera, crede mihi, placant homines q; deosq;.* Nec qvispiam eſt, qvi vel per triduum in vitâ communi eſt verſatus, qvi non has novit artes, qvidlibet ferè & per qvemlibet peragendi. Pudet enim, accipere & non reddere beneficium. In diverbium abiit: *Beneficium accepi, libertatem perdidi.* Injuſti etiam diſpenſatoris in eo maximè ſpectabatur forſan prudentia, qvod, cùm officio eſſet ceſſurus, pluribus benefecit, qvamvis ex domini bonis; adeòq; illos ſibi

ob-

Digitized by Google

obſtringere voluit, ut, vel ex gratitudine pro acceptis, in eorum familiis hoſpitio reciperetur. v. *Luc. 16. v. 4.*

## §. 7. Hinc *uſura* ſecundùm Salmaſium.

Sciti ſſimè Salmaſius de uſuris *cap. 10.* Naturale uſuræ capiendæ jus hinc deducit: *Æqvitas*, inqvit, *uſura in hac qvæſtione verſatur, an juſtum ſit, ut, qvi mutuo aliqvid ab alio acceperit, in reddendo amplius det, qvàm accepit, vel referendæ gratiæ nomine, vel mercedis perſolvendæ. Gratiæ relationem magis naturalem videri, facilè conceſſerim. Qvid enim naturæ humanæ convenientius, qvàm gratiam pro beneficio accepto referre?* Mercedem, non à primo naturæ jure, ſed ſecundo, ſeu gentium, ut & cæteros contractus, deduci vult. *A gratia*, inqvit, *referendâ ad mercedem perſolvendã, ideò ex jure gentium perventum eſt, qvia pauci reperiebantur, qvi, cum ingratis eſſe liceret, grati eſſe mallent: qvinimò gratia*

Q 6 *illa,*

*illa, quæ referebatur à volentibus, ob mutuum acceptum, quid aliud erat, ſi verò ac ſuo nomine vocanda ſit, quàm merces voluntaria, ut merces, quæ nunc pro uſu pecuniæ mutuò datæ penditur, gratia eſt coacta & ab invitis relata? Hæc igitur ratio primam fœnori dedit originem, eamque prorſus naturalem. Uſura enim merces eſt pro uſu rei mutuatitiæ, ex pactione præſtanda, quæ ſucceſſit in locum ejus gratiæ voluntariæ, quam olim referre homines conſueverunt.*

§. 8. Hinc *pupillorum* ad *tutores* & rerum ſuarum *curatores*, *diſcipulorum* ad *præceptores* obligatio.

Narrat F. Alvarez Semedo in Hiſt. Chin. *penitùs hoc inſidere Chinenſibus, ut parentibus præſtent obſequium: hoc officium magni apud Mandarinos, magni apud ipſum Regem habetur. Si quis aliquâ ex parte negligens fuerit, aut hac in re ab officio receſſerit, publicè judicium*

dant

*dant magiſtratus, atq; in ingratos ſeverè animadvertunt.* Idem apud eos juris eſt reſpectu præceptorum, tutorum, cæterorumq; qvomodolibet benefacientium; ut patet apud Semed. *part. cap. 29.* ut & *cap. 18. 19.* ubi cultum omnem ex gratitudine ferè ſolâ originem ſumſiſſe videtur aſſerere. Imò ipſi etiamnum Judæi leges poſitivi rationem agnoſcunt gratitudinem. Sic enim videre eſt ex dicto, R. Leo. Modenæ in Hiſt. Modern. Judæorum part. 4. cap. 11. *Magiſtrum,* inqvit, *præceptorem,* (u) *in religione informatorem, majori exiſtimant dignum obſervantiâ, qvàm patrem, qvi generaverat. Hunc enim ſolum Eſſe largitum dicunt, illum verò Benè eſſe ſubmi-*



(u) Baſilius dicere ſolitus eſt: Præceptoribus omnia debeo. Et Ariſtoteles inqvit, præceptoribus, tanqvam mentium parentibus, nullum unqvam poſſe reddi ἰσόῤῥοπον l. 9. Ethic. cap. 2. Papinianus beneficia, qvæ diſcipuli in præceptores conferunt, non donationes, ſed remunerationes dicendas eſſe, ſtatuit, l. 27. ff. de Donat.

Digitized by Google

*niſtrâſſe.* Nec ſolùm jure civili ad obſervandos ex qvaſi contractu tutores, ſed jure naturali ex gratitudine, ad idem officium, idq; vinculo antiqviori & magis neceſſario, obligari videntur.

N. 10. *Qvòd, ubi benevolentia, qvæ gratitudinem exſtimulare, & ad ἀντιχάριν provocare ſolet, abeſt à genitore, patrono, magiſtratu, (alio non intercedente ex fide ad officia nexu) obligatio liberorum, clientium, popularium, vel ſubditorum (ſi ſic eos appellare fas ſit, qvi datâ alligeantiâ non tenentur) ceſſet magnâ ex parte, aut prorſus tollatur, judicia Juriſperitorum & gentilium, qvibus propria etiam, ſecundùm jam poſitam hypotheſin, autoris interponitur ſententia.*

Cicero: *Facilè,* inqvit, *intelligo, non modò*

*modò reticere homines parentum injurias, ſed etiam æquo animo ferre oportere. Sed ego ea, quæ ferri poſſunt, ferenda, quæ taceri, tacenda eſſe, arbitror. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum à matre eſſet conflatum & profectum. Hoc enim ipſum judicium, hoc periculum, illa accuſatio, omnis teſtium copia, quæ futura eſt, à matre initio eſt adornata; à matre hoc tempore inſtruitur; omnibus ejus opibus & copiis comparatur; ipſa deniq; nuper Larino hujus opprimendi cauſſa Romam advolavit, &c.* Addit Orator, ex qvibus conſtare poſſit, cenſuiſſe eum, ex illatâ proli à parentibus injuriâ, ceſſare juſtè poſſe etiam natorum erga parentes officium.

Pratejus: *Romulus caverat, ut, ſi pater filium ter mancipâſſet, id eſt, vendidiſſet, filiam autem ſemel, ii ſui*

*juris*

Digitized by Google

*juris* (*vv*) *efficerentur, id eſt, obligatione ad patrem liberi: hinc uſui venit mos, ut, qvi liberos emancipare voluerint, (x) triplici venditione jus paternum ſibi minuerent.*

Exponi utroqve dicuntur jure infantes, ſervi etiam, & liberti, ſi langvidi & ſine cura dimittantur; vel ſi alimenta eis negentur à parentibus, à dominis, vel à patronis. Hujusmodi expoſitione verò omni, qvæ priùs eos obſtrinxit, obligatione liberati ſunt expoſiti, ut patet 1. ex jure civili Cod. de infantibus expoſitis, liberis, & ſervis, & his, qvi ſangvinolentos nutriendos acceperunt. l. 2. Reſcriptum Imppp. Valentin. Valent.

(vv) Filius ter mancipatus, ter manumiſſus ſui juris fit. Id enim Lex XII. Tabb. jubet his verbis: Si pater filium ter venundederit, filius à patre liber eſto. Ulpian. in fragm. tit. 10. pr.

(x) Emancipatio anteà per antiqvam legis obſervationem procedebat, qvæ per imaginarias (tres) venditiones & intercedentes manumiſſiones celebrabatur. §. 6. Inſt. qvib. mod. patr. pot. ſolv. & Cajus Inſtit. l. 1. tit. 6. §. 4.

Digitized by Google

lent. & Gratian. extat hujusmodi: *Unusqviſq; ſobolem ſuam nutriat: Qvod ſi exponendam putaverit, animadverſioni, qva conſtituta eſt, ſubjacebit. Sed nec dominis, nec patronis repetendi aditum relinqvimus, ſi ab ipſis expoſitos qvodammodo ad mortem voluntas miſericordiæ amica collegerit. Nec enim ſuum qvis dicere poterit, qvem pereuntem contempſit.* Qvid hic? Certè proles mea non minùs eſt, qvod naturam attinet, qvam contempſero: verùm, qvòd benevolentia deſiit, deeſt, qvo mihi ita obligetur, ut mea audiat.

Idem etiam Imp. Juſtinianus, æqvū eſſe, infra Cod. eod. confirmat l. 3. & 4. ne ſcilicet infantes iis obligentur, qvi eos abjecerint. Et de ſervis: *Legibus,* inqvit, *noſtris ſtatutum eſt, ut ſervi ægrotantes à dominis neglecti, & qvi, velut deſperatâ eorum valetudine, poſſeſſorum curatione digni non cenſentur, omninò in libertatem abripiantur,* adde novell. 153. de infant. expoſitis.

Vul-

Vultis rem expreſſiùs? En legem, qvæ transſcribatur, dignam! *Si qvis ſervum ſuum, ægritudine periclitantem, à ſuâ domo publicè ejecerit, neq; ipſe eum procurans, neque alii eum commendans, cùm erat ei libera facultas, ſi non ipſe ad ejus curam ſufficeret, in Xenonem eum mittere, vel, qvo poterat eum modo, adjuvare: Talis ſervus libertate neceſſariâ, domino etiam nolente, reipsâ donatus, fiat illicò civis Romanus, nec aditus in jura patronatus qvondam domino reſervetur. Qvẽ enim à ſuâ domo ſuâq; familiâ publicè repulit, neq; ipſe eum procurans, neq; alii commendans, neq; eum in venerabilẽ Xenonẽ mittens, neq; conſveta ei præbens ſalaria, maneat ab eo ejusq; ſubſtantia penitùs ſegregatus, tàm in omni tempore vitæ liberti, qvàm cùm moriatur.* Cod. de Latinâ libertate §. 3. (y) Idem

(y) Servo, qvẽ pro derelicto domin⁹ ob gravem infirmitatẽ habuit, ex edicto Divi Claudii competit libertas l. 2. ff. qvi ſine manum. ad libert. Similes leges tulit Moſes Iſraelitis, Exod. 21. 26. ubi ſervus aut ancilla oculo aut dente orbatus à domino, ſine lytro manumitti ju-

Idem etiam jure Canonico obtinet: Decretal. Greg. lib. 5. tit. 11. cap. ſing. *Si à patre, ſive alio, ſciente ipſo, aut ratum habente, (relegato pietatis officio) infans expoſitus extitit, hoc ipſo à poteſtate fuit patriâ liberatus. Nam in hoc caſu in ingenuitatem libertus, & ſervus in libertatem eripitur, quod & de prædictis cujuscunq; ætatis languidis, ſi expoſiti fuerint, vel ſi alicui eorum alimenta impiè negari contigerit, eſt dicendum.* Et lege XII. tabularum cap. 25. ſic cautum eſt: *Filius, arte carens patris incuriâ, eidem vitæ neceſſaria præſidia ne præſtato.* (z)

Nec ſolùm infantes, quòd expoſiti fuerint, jure civili obligatione ad alendos

(z) Alexis, Athenienſes, ait, ideò oportere laudari, quod omniū Græcorum leges cogunt parentes ali à liberis, Athenienſiū non omnes, niſi eos, qvi liberos artibus erudiſſent. Vitruv. lib. 6. Archit. in Præfat.

☞ bentur Et Deut. 21. v. 14. ubi ancilla, poſt concubitum repudiata, itidem gratis libertati reſtitui præcipitur.

Digitized by Google

dos parentes ſolvebantur, ſed etiam aliis ex cauſſis, & levioribus aliqvantum in prolem injuriis, de rebus ſuis ita diſponere, aut teſtamento eas alienare, jus erat, ne qvid ex iis opis aut adjumenti parentes indigi ſuſciperent. Cauſſæ autem, prout in Juſtinianeâ extant Novellâ, propter qvas à liberis exhæredari poſſint parentes, ſunt hujusmodi:

*1. Si parentes ad interitum vitæ liberos ſuos tradiderint. 2. Si venenis, aut maleficiis, aut alio modo, parentes filiorum ſuorum vitæ inſidiari probabuntur. 3. Si pater nurui ſuæ, aut concubinæ filii ſui ſe immiſcuerit. 4. Si parentes filios ſuos teſtamentum condere prohibuerint in rebus, in qvibus habent teſtandi licentiã. 5. Si liberis, vel uno ex his in furore conſtituto, parẽtes eos curare neglexerint. 6. His caſib⁹ etiam cladem captivitatis adjungimus, in qva, ſi liberos detineri, & per parentum vel contemtum vel negligentiam non redemptos, ab hac luce tranſire conti-*

ge-

*gerit, nullatenus eorum parentes ad faecultates perveniant liberorum, de qvibus filii teſtari potuerant, &c.* Novell. 115. cap. 4.

Si mihi etiam, ſecundùm poſitam hîc à me Hypotheſin, faciendum ſit judicium, an genitori ad obſeqventiam is teneatur gnatus, qvi poſt partum expoſitus nullum in vitâ, aut præter ipſam vitam, ſenſit benevolentiæ ſignum, facilima videtur reſponſio; paria exigi naturaliter ἀντίδωρα. Benefecit pater, ſed propriæ voluptatis ſtudio, ſine diſpendio aut incommodo beneficii cauſſa in ſe ſuſcepto: curandum igitur eſt, ut eâ ipſâ ratione etiam expoſitus gnatus parenti benè aliqvando retribuat. Sin ſalvis rebus ſuis id non poſſit, à naturali ratione nullatenus cogetur à propriâ recedere felicitate, ut ei ſubveniat filius, qvi filii ſui cauſsâ coarctari ſibi res nullatenus ſuſtinuit.

Et patria eſt, ubicunqve eſt benè: ſi ceſſent aliqvando atq; in injurics abeant,

eant, vel ſi nulla unqvam fuerint beneficia, ceſſat, aut nunqvam extitit obligatio.

Patria Coriolano, Romanus ager; Populares, Romani; at inqviat, noxii, injurii. Qvò fert virum verè eximium mens? *Ad Volſcos, tunc Romanis infeſtos, confugit, ſummum ibi adeptus eſt imperium: Evenitq́3, ut, qvem pro ſe ſalutarem imperatorem cives habere noluerant, penè peſtiferum adverſus ſe ducem experirentur. Freqventer enim fuſis exercitibus patriæ ſuæ, victoriarum gradibus aditum juxta mœnia urbis Volſco militi ſtruxit. Qvapropter faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis populus exuli coactus eſt ſupplicare: miſſi ad eum deprecandum Legati, nihil profecerunt: miſſi deinde Sacerdotes cum infulis, æqvè ſine effectu redierunt: Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitiū imminens lamentabantur*, ut narrat Valerius Maxim. l. 5. c. 4. Nihil enim

nim debuit patriæ, aut Senatui, aut Sacerdotibus, ſe judice, dux. At, poſtqvam mater ejus Veturia viſa eſt intercedere, continuò agrum Romanum hoſtilibus armis liberavit: qvippe materna manſerant, qvibus obſeqvium debebatur, beneficia. Placuit igitur *hujus utero* (ducis ipſi⁹ utor verbis) *Romam, quamvis meritò ſibi inviſam, donare.*

**N. II.** *An ſine contractûs cujuscunque vel fidei datæ intuitu, ex innato gratitudinis inſtinctu, ad obſervandos parentes teneantur liberi?*

Obligationem prolis ad parentes immutare potiùs, qvàm tollere, videtur Hobbeſius, officiiq; iſtius ſcaturiginem à fide potiùs, qvàm innatâ de gratitudine lege deducere, digniori forteàn magis, qvàm conſtanti & certiori principio. Rectiſſima videtur Philoſophi concluſio: *Donatio virium à parente hoc in filio efficit, ne velit iis viribus contra*

*tra parentem uti.* de corpore polit. p. 2. cap 4. §. 3. Confirmatio concluſionis à rei veritate alienior. *Ideò*, inqvit, *obligantur, qvia præſumi debet, eum, qvi alimenta cuiqvam ſubminiſtravit, qvibus aleretur, fidem accepiſſe, & obedientiæ promiſſionem eapropter præſtandæ.* Reſp. Non conſtare rationem, cur infans præſumatur qvippiam pepigiſſe, cùm nedū loqvi poſſit aut intelligere. At inqviet, niſi defuiſſet rationis & orationis uſus, certè hoc feciſſet. Sed nec intelligo, cur, ſuppoſito, qvòd ratione & loqvelâ uteretur filius, qvicqvam polliceretur ejusmodi. Si qva enim ſit promiſſio, gratis, ſine cauſſa impulſiva, & fruſtrà facta ſit, neceſſe eſt: ſi non gratuita, ergò hac tandem conditione fiet, ut proli ſic promittenti benè de educatione provideat parens. Tutelam hanc ſagacem, ſuiqve ſolius ſtudioſum, gnatum tanti emturum neqveo conjicere, qvia, ſi ratione uteretur, hoc etiam intelligeret,

pa-

parentem ad educationem naturaliter eſſe obligatum, adeòqve huic procurandæ jam eſſe inclinatum, ut ſine magnâ ſuâ moleſtiâ temperare ſibi ab ea nonpoſſit. Qvorſum, qvæſo te, mi Hobbeſi, inæſtimabili libertatis precio emeret intelligens infans, ut parentem jam obligatum ad idem obligaret, & actum, qvod ajunt, ageret? Egregia eſt R. Adai, R. Iſaac hac de re increpatio: *Nonne ſufficit tibi, qvod illicitum fecit Lex, niſi & ipſe tibi alia feceris illicita?* Extat apud Maimonidem in Portâ Moſis Pocockianâ p. 208. Imò planè bardos dicimus & ſtupidos, ab uſu rationis valdè remotos, qvi fruſtrà nullâqve de cauſſa, per voluntarias pactiones, ſe fortunasqve ſuas aliis ſubmittunt, aliasqve competentem diminuunt libertatem. Summa eſt, pactum ejusmodi vanum eſſe atqve inutile, atqve ideò à ratione non ſvaderi.

Eò tamen, ut mihi videtur, valdè

delectatur autor dædalmate. En quæ habet Leviathan p. 2. c. 20. *Imperium parentum in infantes eſt vel ex conſenſu expreſſo, vel aliis ſufficientibus argumentis declarato: Unusquisq; enim cogitatur, obedientiam ei, quem penes eſt, ſe vel ſervare vel perdere, promiſiſſe.* Univerſale axioma! patitur tamen exceptionem: Neqve enim coqvo obedire ſum pollicitus, poſſit licet eduliis toxica immiſcere.

## Num. 12. *De Gratitudinis ſpeciebus.*

Specie Gratitudinis ſecundùm Objecta optimè diſtingvi poſſe videntur. Eſt igitur Gratitudo ob beneficia accepta merito referenda:

Primùm DEO Optimo Maximo: deinde Parentibus, Magiſtratui, Patriæ, Præceptoribus, ſive in religione, moribus, aut aliis artibus, educationem ex benevolentia curaverint; Amicis

qvi-

Digitized by Google

qvibuscunqve; Cognatis & agnatis, qvatenus amici ſunt & benevoli.

Objecta ſecundaria ſunt, qvicunqve nobis aliorum gratiã chari ſunt; ſic etiam ſecundùm naturam inimici poſſint ob gratitudinem, Deo dilectionem (a) præcipiente, diligi. Ita protervos cognatos & nobis adverſos, ut parentibus, aut aliis à cognatione benè à nobis meritis, gratos nos exhibeamus, curare aliqvando iisq; benefacere, eſt æqvum.

(a) Matthæi 5. v. 43. Qvid? qvod Servator noſter Opt. Max. expreſsè dicit, *ſibi datũ, qvod pauperibus datum eſt*. Matth. 25. v. 40. & propterea beneficium, in pauperes collocatum, ex primo *gratitudinis Objecto promanare videtur. Deo enim nos homines nullum exhibere poſſumus beneficium, utpote cujus omnia, qvæ nos habemus, propria ſunt*. Pſ. 50. v. 9—13. Cùm ergò ipſe Deus non opus habeat noſtrâ gratitudine, jus ſuum qvaſi cedit proximo noſtro, qvi noſtro auxilio indiget. Eſa. 1. v. 17. Hinc Johannes ſcribit: *Nos diligamus Fratres, qvia Deus nos dilexit*, 1. Epiſt. 4. v. 11.



Digitized by Google

# Cap. VI.
# De SUI AMORE
## ſive Φιλαυτία.

**Num. I.** *Teſtimonia de honeſtate* Φιλαυτίας.

*Pythagoras:* INter Pythagoreorum præcepta, qvæ in Aureis vulgò nuncupatis carminib⁹ comprehenduntur, nullum hoc præcepto freqventius occurrit:

Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ.
*Ea facias, quæ tibi non noceant.*
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
*Illa verò perficias, quæ tibi posteà moleſtias non excitent.*
Μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσῃ.
*Medium autem voco id, quod tibi dolorem non pariat.*
Μηδεὶς μήτε λόγῳ παρείπῃ, μηδέ τι ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.

Ne-

*Nemo tibi vel verbo, vel facto, perſvadeat ad aliqvid agendum, dicendumve, qvod tibi non conducat, &c.* ibidem.

Cicero 1. Offic. *Principio generi animantium omni hoc à natura tributum eſt, ut ſe, vitam, corpusq́; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videantur, omniaq;, quæcunq; ad vivendum ſint neceſſaria, inquirat & paret, ut paſtum, ut latibula, & alia ejusdem generis.*

Cicero: *Si qvis ſibi ipſi inimicus eſt, eum neceſſe eſt, quæ bona ſunt, mala putare; bona contrà, quæ mala; & quæ appetenda, fugere, & quæ fugienda, appetere: quæ ſine dubio vitæ ſunt everſio.* de Finibus.

Ariſtoteles: *Αὐτοῖς αὐτοὶ μάλιστα βουλόμεθα τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ εὖ εἶναι. κλ. Ipſi nobismetipſis maximè volumus bona, etiam ut ſimus, & ut benè ſimus, &c.* Ejusmodi præſumit Philoſophus probaturus, qvòd hominis erga ſeipſum detur amicitia, Magn. moraliũ l. 2. c. 11. ad finem.

 Ὅς-

τιμῶσι μὲν ἅπαντες ἐπὶ τ' ἀγαθὰ, ϗ οἴονται, αὐτοῖς δεῖν μάλιστα ὑπάρχειν. Eudem. lib. 1. cap. 13.

*Sp. Sanct.* Hoc tanqvam commune hominum dogma notavit Spiritus S. Pſal. 49. v. 19. *Quin*, inqvit, *te celebrabunt homines, cùm tibi benefeceris.* Verùm operæ precium non fuerit, vel teſtimonia, aut rationes huic aſtruendæ theſi congerere. Cùm enim finem actionum moralium commodum & voluptatem propriam poſuimus ſuprà, an regulatus ſui amor cum bonis moribus conveniat, dubitare eſſet abſurdiſſimum.

### N. 2. *An à cæteris ſit diſtinctum hoc naturæ dictamen?*

Qværi poteſt; annon hoc naturæ dictamon cum cæteris coincidat, cùm in iis omnibus illud agere jubeamur, qvod maximè placet, adeòqve per qvod felicitas promovetur. Dicimus verò diſcrimen ſatis magnum eſſe à diverſita-

te Objecti. Actio autem honeſta, à cæteris juris principiis regulata, reſpicit alios à nobis tamqvam ipſos nos: qvæ ab hac dirigitur, ad nos ſolos refertur. In cæteris immediatè in alios terminatur actio, & non niſi ſecundariò in nos. In hac ſine medio omni nos curamus, rerumqve noſtrarum & bonorum augmentum.

Qvi volunt, hoc unicum eſſe naturæ placitũ, aut ſaltem unicum officii principium, unicam cordi inſcriptam legem, in qvâ cæteræ omnes fundatæ ſint, & à qva unicè dependeant & deriventur, ſic argumentari ſolent: Manum ad præſcindendam patris gulã, cùm clam fieri poſſit, non admoveo, qvia intereſt mea non admovere. Qvid enim? puta me hæredem ex inteſtato fore, adeòqve commodum percepturum: at majus neceſſariò inſeqvetur mihi incomodum, cuj⁹ ratione proculdubio facti me poſtmodum pœnitebit. Neq; enim ultor

Deus impunè feret ita improbè factum. Pulchrè ſatis, ſubtiliter parum. Replicatio facilis: Quod niſi alia à φιλαυτίᾳ ſint naturæ placita, veluti de injuria, & ingratitudine vitandâ, nemo ratione utens in animum induxerit, DEUM fore ultorem. Nemo enim juſtus vindictâ utitur in non-peccantes: nemo ex natura arguitur peccans, niſi ex naturæ placitis & ſenſu naturalis obligationis cordibus inſcriptæ. Ipſum, cujus in ſpecie eſt mentio, factum per ſe commodum eſt, qvia ita devolvi ad me hæreditatem eſt neceſſe, adeòqve ex mei amore neqvicqvam diſſvadetur. Nec eſt, cur divinam revererer vindictam, ob proprii inſecutionem commodi, ſi unicè hoc mihi ex officio incumberet, ut commodum promoverem: qvomodò verò cum commodi conſideratione diſtincta, alia occurrant naturæ placita, ex propriæ mentis inſpectione patebit cuiqve. Sic enim, ſi qvidem ſecundùm

poſi-

Digitized by Google

poſitam hîc hypotheſin argumentetur, procedit mens, hac utitur Logica: Nolo patris jugulum illi præſcindere, qvia nolim qvicqvam facere, qvo divinas in me pœnas iramq; vindictæ procuratricem, aut mentis inqvietudinem provocarem. Sed qvâ ratione creditur, Deum eâ de cauſſa me punire velle, aut mentem inqvietatum iri? Non, qvòd ſic mihi noceam, ſed qvòd alteri. At qvomodo tandem ſuſpicio oritur, Deum in eos ſæviturum, qvi alios lædunt innocentes? Hac ſanè de cauſſa, qvòd adverſentur illi divinæ Legi cordibus inſcriptæ, ex qvibus conſcius ſibi qvisqve eſt, non oportere innocentes lædere. Hæc igitur conſcientia primùm videtur actionis hujusce, vel, ut rectiùs dicam, actûs ſuſpenſi fundamen; cum amore tamen ſui ad ejus elicitationem (ſit, precor, vocabulo venia) aptiſſimè conſpirans: ita verò ut diſtinctio placitorum per omnem diſcurſus tractum aptiſſimè

conſpiciatur. Teipſum noſce, & habe tibi veritatem. Vid. plura hac de re cap. 2. num. 5.

Num. 3. *Species peccati contra ſui amorem.*

Qvot ſunt, in qvibus diminui poteſt felicitas, ſecundùm tot ſpecies contra philautiam committitur peccatum. Diminuitur autem ratione:

1. Mentis, per anxietatem, invidiam, Ἐρωτομανίαν (furioſum amorem) libidinem, deſiderium alicujus rei, qvâ frui eſt arduum, omnesqve animi motus & perturbationes, qvibus ſedata animi qvies & tranqvillitas interrumpitur. His addi poſſit avaritia, ambitio, conſcientiæ ob malefacta horror, animiqve ob neglectam religionem vel in genere, vel qvamcunqve ejus partem, ægritudo. Certiſſimum enim eſt, neminem poſſe contra Deum peccare, qvin ſimul contra qvietem ſuam neceſſariò & voluptatem peccet.

2. Cor-

Digitized by Google

2. Corporis, per voluntariam continui diſſolutionem & *αὐτοχειρίαν* (ſui interfectionem) ſui vulnerationem, debilitationemve, vel etiam formæ corruptionem, per intemperantiam in corporis exercitiis, ſomno, cibo, potu, venere, intempeſtivis his de rebus colloqviis & memoriis; ſive per exceſſum in gula, ebrietate, libidine; per debitæ indulgentiæ, in fame, ſiti, vigiliis, ſui maceratione, & incommodo cælibatu, omiſſionem.

3. Reſpectu externorum, per omnẽ rei familiaris abligurritionem, luxuriam, prodigalitatem, luſus alcatorios, ſumtuoſarum ædium extructionem, fidejuſſiones, cariorem ſe veſtiendi rationem, qvàm ad honoris tutelam fuerit neceſſaria: & contra per tenacitatem perverſam & inopportunam. Pecuniam enim in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.

4. Reſpectu honoris, per inhuma-



Digitized by Google

nitatem, naturæ placitorum contemtum, impotentiam qvamcunqve.

Omittitur autem officium, qvoties ſtudioſè non contenditur, ut concilietur:

1. Menti, qvies, ſerenitas, jucundæ voluptatis fruitio, gaudium, αὐτάρκεια, & facilis præſentibus rebus contentatio, bona de futuris ſpes; & proinde ſine juſtitiæ naturalis & Divini cultûs uſu φιλαύτως vivi neqvit.

2. Ut corpori adſit ſanitas, integritas atqve agilitas membrorum cum decenti συμμετρίᾳ etiam & formâ: qvibus acqvirendis confirmandisqve omnes temperantiæ ſpecies erunt neceſſariæ. (c)

3. Cùm etiam ad felicitatem uberiorem rei familiaris copia non parùm faciat, ea etiam juſtis atqve honeſtis rationibus procurari debet. Cui rei inſervit frugalitas, qvæ in expenſis magis magis-

(b) Conſervandis ac reſtituendis neceſſaria eſt medicamentorum adhibitione.

Digitized by Google

giſqve non indecorè minuendis conſiſtit, & circa victum, veſtitum, ædificia, largitiones, eleemoſynas verſatur: item ars vivendi, qva ex ſtudio aliqvo, peritia, induſtriaqve lucramur aliqvid, qvo ipſa rei ſubſtantia incrementum ſumit; qvæ honoratior cenſetur ad divitias via.

4. Cùmqve convictus noſter cum hominibus ſit, iisqve, qvaſi inſtrumentis, uti aliqvando in rerum noſtrarum procuratione neceſſarium fuerit, opinioni & famæ etiam litandum eſt, qvæ non meliùs aliunde exurgit, qvàm ex vitæ honeſtate, humanâqve etiam & liberali rerum, qvæ ſibi minùs ſunt neceſſariæ, erogatione.

## CAP. VII.

## De Naturali ad Prolis curam obligatione.

Num. 1. *Qvod Natura inſtigante ad prolificationem proni homines, eâdem approbante, & obligatio-*

*tionem ad factū aſſerente, promovendæ prolis felicitati ſummopere ſtudeant, judicia Gentilium eorundem teſtimoniis comprobata.*

EGregius ille Platonis de legibus *lib.* 6. ad finem locus: ὁρῶ, inqvit, πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τριττῆς χρείας, καὶ ἐπιθυμίας ἠρτημένα· δι' ὧν ἀρετή τε αὐτοῖς ἀγομένοις ὀρθῶς, καὶ τοὐναντίον ἀποβαίνει κακῶς ἀχθεῖσι, ταῦτα δ' ἐστὶν ἐδωδὴ μὲν καὶ πόσις -- τρίτη δὲ ἡμῖν καὶ μεγίστη χρεία καὶ ἔρως ὀξύτατος, ὕστατος μὲν ὁρμᾶται διαπυρωτάτους δὲ τοὺς ἀνθρώπους μανίαις ἀπεργάζεται πάντως ὁ περὶ τὴν τοῦ γένους σποράν, ὕβρει πλείστῃ καόμενος· ἃ δὴ δεῖ τρία νοσήματα τρέποντας εἰς τὸ βέλτιστον, παρὰ τὸ λεγόμενον ἥδιστον, τρισὶ μὲν τοῖς μεγίστοις πειρᾶσθαι κατέχειν, φόβῳ καὶ νόμῳ, καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ, προσχρωμένους μὲν τοι μούσαις τε καὶ ἀγωνίοις θεοῖς σβεννύναι τὴν αὔξην τε καὶ ἐπιρροήν. *Video, omnia ho-*

*mi-*

Digitized by Google

*minibus ex triplici neceſſitate & cupiditate pendere: quarum impetus ſi rectè ducantur, virtus; ſin contra malè, contrarium, id eſt, vitium innaſcitur. Hæc autem ſunt, cibus, & potus. Tertia verò indigentia (ſeu neceſſitas) & vehementiſſima cupiditas ultima impellitur, ſed ardentiſſimis vecordiæ & petulantiæ facibus homines perurit atq; exagitat appetitus ille, qui eſt circa generis propagationem. Quos quidem morbos ad id, quod optimum, præter illud, quod jucundiſſimum dicitur, convertentes, tribus maximis coërcere conari oportet vinculis, metu, & lege, & rectâ ratione, in ſubſidium advocantes Muſas deosque certaminum præſides.*

An dicam omnem, unicâ exceptâ vivendi regulâ, Ethicam hîc ſemel à Philoſopho attingi. Quædam enim ſunt, quæ à ratione approbantur, & à cupiditate ſvadentur: Quædam ad quæ ſolâ ratione nullo cupidinis impetu ferimur.

Digitized by Google

rimur. Poſterioris generis ſunt innocentiæ, gratitudinis, fidelitatis, libertatis: prioris Philautiæ & στοργῆς in prolem actiones. Ad has enim rapimur, &, neſcio qvomodo, ferimur violentius, ita tamen, ut ſæpiùs honeſtæ à recta ratione cenſeantur. Illæ pulcræ qvidem, & viro, qvi erubeſcere nolit, dignæ. Ratio autem definit ordinem & circumſtantias, qvousqve ſeqvi nos oporteat voluptatis illecebras, qvandoq; illæ ſint relinqvendæ, ut illud, qvod honeſtius eſt, proſeqvamur. Qvam vim legum & magiſtratûs habeat timor ad coërcendos contumaces affectus, eosq; rationi ſubjugandos, nemo eſt, qvi neſcit. Ideòqve *Cicero* duodecim Tabulas omni Philoſophiæ apertè prætulit. Planè verò divinum eſt, & Platone dignum, qvod ſubindicet, ſine auxilio Numinis parùm profici in ſubjugandis affectibus: contra qvos cùm pugnandum ſit, non ἁπλῶς deos in auxilium

voca-

vocari vult, ſed *ἀγωνίους θεούς*. Cùmq; cogitationibus, ad normam compoſitis, non minimum adqviratur ad benè vivendum momentum, Muſas invocari vult, qvarum ſpecialis erat in excolendis hominum mentibus cura, & rectarum procurandi animadverſionum opus, & ſingulare beneficium.

Ariſtot: *Spartanorum lex mulctam ſtatuit primam non ducenti uxorem, alteram ſerò ducenti, tertiam & graviſſimam illi, qvi malam duxerit.* Stobæus Serm. 65. ex Ariſtonis Comment.

Muſon. *Sunt autem nuptiæ ſecundùm naturam, ſi qvicqvam aliud. Qvam enim aliam ob cauſſam Opifex hominis, primum qvidem bipartito diviſit genus noſtrum; deinde pudenda bina ei adjunxit, aliud mari, aliud fœminæ; deìn cupiditatem vehementem utriqve injecit converſationis & conjunctionis cum altero, & ingens deſiderium mutuum utriqve alterius concitavit, ut mas fœminam* appe-

*appeteret, fœmina marem? Nonne igitur ſit evidens, quod utrumq; ſexum converſari jungiq; voluerit, & communi operâ vitam inſtituere, ſeq; mutuò juvare, & gignere ſimul & educare liberos, ut genus noſtrum perpetuum eſſet?* Muſonius in lib. an Philoſophum impediant nuptiæ? ubi imprimis *Pythagora, Crateris, Socratis*, exempla inducit, qvib⁹ nuptiæ ad Philoſophandum impedimento non fuerunt. Crates, licet domo, ſupellectile, boniſqve omnibus careret, uxorem tamen duxit. Plurima etiam habet pro nuptiis argumenta, qvæ apud *Stobaeum Serm. 65*. videri poſſunt.

Hierocl. *Ipſa natura ſapientem ad nuptias inſtigat. Non enim gregales nos ſolum, ſed etiam συνδυαστικοὺς, id eſt, ut bini ageremus, fecit: & huic ſocietati unum communeq; opus liberorum procreationem dico, & vitæ ſtabilis conſervationem propoſuit:* & plura ad hanc rem ex *Hieracle* de nuptiis habet ibidem *Stobaeus.* An-

Digitized by Google

Antip. *Nobilis, animoſus, placidus, & civilis juvenis conſiderat domum vitamque perfectam conſiſtere non poſſe aliter, quàm cum uxore & liberis, &c.* Stobæus ex Antipatri Sermonib. de nupt.

*Senſum verò obligationis, ad promovendam prolis felicitatem, communem eſſe & gentibus innatum, ſequentia faciunt fidem teſtimonia:*

Craſſus. Craſſi apud *Ciceronem* hæc ſunt verba: *Neq; enim boni eſt, neq; liberalis parentis, quem procreârit & eduxerit, eum non & veſtire & ornare, præſertim cùm locupletem ſe negare non poſſit.* Cicero de Orat. lib. 2.

Cato apud Ciceronem: *Intelligitur naturâ fieri, ut liberi à parentibus amentur, quod primum intelligi debet de figurâ membrisq; corporum, quæ ipſa declarant, procreandi à natura habitam eſſe rationem. Neq; enim inter ſe hæc congruere poſſent, ut natura & procreari*

*vel-*

Digitized by Google

*vellet, & diligi procreatos non curaret: Atq; etiam in beſtiis vis naturæ inſpici poteſt, quarum in fœtu & educatione laborem cum cernimus, naturæ ipſius vocem videmur audire. Quare, ut perſpicuum eſt, naturâ nos à dolore abhorrere: ſic apparet, à natura ipſa impelli, ut, quos genuerimus, amemus.* Cicero de Finib. lib. 3.

Cicero etiam Oratione pro A. Cluentio. Oppianicum tanqvam inhumanum facinus patratum inſectatur, eò qvod filiorum mortes procuravit. Ubi hæc verba: *Cæteri propter liberos pecuniæ cupidiores ſolent eſſe; ille, propter pecuniam liberos amittere, jucundum eſſe duxit.*

*Ipſe naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur.* Cod. de rei uxoriæ act. l. unica § 5. verſu Sileat ob liberos.

*Commune eſt omnium animantium conjunctionis appetitus procreandi cauſa,*

*ſa, & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt.* Et paulò pòſt: *Natura imprimis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt, ingenerat, ob eas cauſſas ſtudet parare ea, quæ ad victum cultumq; ſuppeditent, nec ſibi ſoli, ſed conjugi, liberis, cæterisq; quos charos habet, & tueri debet.* Offic. 1.

*Jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. Hinc deſcendit maris & fœminæ conjunctio, quam nos Matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio; hinc educatio.* Inſt. lib 1. Tit. 2. ff. de juſt. & jure l. 1. §. 3. (*)

(*) Juſtinianus, Tribonianus, Theophilus, Dorotheus, Ulpianus.

*Medea.* Ipſa truculentiſſima, quæ fingi à Poetis poterat, mulierum Medea: ſuam tamen vix potuit στοργὴν ſeponere. Hinc voces illæ diſputantis ſecum, an interficeret liberos:

Ὦ γλυκεῖα προσβολὴ,
Ὦ μαλθακὸς χρὼς, πνεῦμά θ' ἥδιστον τέκνων.

O dul-

*O dulcis applicatio, - - -*
*O tenerum corpus, anhelitusq́ue ſua-*
*viſſimus liberorum!*

*Euripides in Medea.*

Ὅισι - τέκνων ἐστὶν ἄικοις
Γλυκερὸν βλάστημ', ἐσορῶ μελέτη
Κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρό-
νον·
Πρῶτον μὲν ὅπως θρέψωσι καλῶς,
Βιοτὸν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις.
Ἔτι δ' ἐκ τούτων, εἴτ' ἐπὶ φλαύροις,
Εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς μοχθοῦσι, τόδ' ἐστὶν
ἄδηλον. κ. λ.

*Quibus liberorum eſt domi*
*Dulcis propago, aſpicio ſolicitudine*
*Fatigari omni tempore:*
*Primum quidẽ ut educent honeſtè,*
*Victumque aliunde relinquant li-*
*beris:*
*Præterea ex iſtis, ſive pro improbis,*
*Sive pro probis laborent, incertum*
*eſt, &c. Chorus in Medea.*

Egregium verò eſt, quod ex doctri-

na Pythagorica Jamblichus recenſet lib. de Pythag. vita cap. 13. Πρώτην, inqvit, εἶναι καὶ μεγίστην πρόνοιαν. κλ. Primam maximamqve hanc eſſe providentiam; ut ad liberorum procreationem accedat is, qvi ſalubriter vixerit, ac etiamnum vivat, qviqve nec ciborum ſaturitate intempeſtivè utatur, nec tales aſſumat cibos, à qvibus deteriores efficiantur corporis habitudines, minimè verò omniū qvi inebrietur. Arbitrabantur enim, ex pravâ diſſonâqve ac turbulentâ corporis temperatione, vitioſum emergere ſemen. In ſumma autem, omninò ſocordis cujuspiam & inconſiderati eſſe cenſebant, ſi qvis, cùm ſit liberos procreaturus, iisqve ortum ac exiſtentiam daturus, omni non provideat diligentiâ, qvo eorum, qvi naſcuntur, qvàm gratioſiſſimè in rerum naturam & hanc vitam futurus ſit ingreſſus. Nempè qvidam, qvi canes amant, cum omni ſtudio ac diligentiâ curam habent accuratam ge-


Digitized by Google

nerationis ac nutricationis catulorum, ut ex qvibus oporteat, & qvum oportebit, & ex illis, qvi hoc illove modo affecti ſunt catuli, manſveti, miteſqve naſcantur: Eodem modo faciunt & illi, qvi avium ſunt ſtudioſi. Et perſpicuum eſt, reliqvos mortales, qvi unqvam ſtudium poſuerunt, ut animalia generoſa ſibi compararent, in hoc eſſe totos, adeòqve omnes nervos intendere, ne illa ſibi fruſtrà & incaſſum naſcantur. Homines verò nullam habere eorum, qvi ex ſe naſcantur, rationem, ſed unà proſeminare temerè & fortuitò, & qvocunq; modo improvidè hanc rem agere, deindeqve natos fœtus educere, & qvàm negligentiſſimè inſtituere. Hinc enim potentiſſimam ac manifeſtiſſimam cauſam eſſe, cur pleriqve homines tàm mali & pravi ſint. Qvippe belluarum ritu, & vulgari qvodam modo, pleroſq; mortales liberis operam dare.

*Sacra Scriptura teſtimonium*: Su-

per

per omnia denique eſt divinæ & Sacroſanctæ Scripturæ oraculum, ex qvò didicimus, eos in officiis vel Ethnicorum mores & probitatem non aſſurgere, qui familiæ ſuæ & domeſticorum, qvorum potiſſima pars ſunt liberi, bono non provident. 1. Tim. 5. v. 8. idemqve 2. ad Corinthios 12. 14. exertè dicit Apoſtolus: *Oportere parentes filiis theſauros recondere, non* itidē *filios parentibus.* Eſa. 49. v. 15. Poteſtne mulier obliviſci infantis ſui?

## N. 2. *Qvintum Naturæ placitum an à ceteris diſtingvatur?*

Primum naturæ placitum, de liberis cavit, ne, dato, qvòd ſint, in eo deſtituantur ſtatu, qui ipſum non eſſe vulgò judicatur præferendum. Qvi enim productos à ſe liberos ita derelinqvunt, noxam iis inferre rectè cenſentur.

Cùm verò perſpectum ſit, eam eſſe parentum mentem, ut prolem ſuam, etiam jam felicem, magis reddere beatam



Digitized by Google

uſqve conentur, eiqve rei magis intendere, qvàm liberalitati aut conſangvineorum curæ, adeò ut ex ſe natis omne accumulare felicitatem exoptare videantur, & procurare, ne ullius tandem rei indigeant; neqve poſſit hæc στοργὴ eâ, qvâ in hominum reſidet mentibus, amplitudine, in innocentiâ, fide, gratitudine, philautia, conſangvineorum amore, vel humanitate fundari: reſtat, oportere nos diſtinctum hoc naturæ placitum æſtimare.

Unde aliàs hæc in moribus hominum & ſtudiis phænomena? Unde tanta in corradendis pecuniis contentio? Unde fit, qvòd nulla magna ſatis filio æſtimatur hæreditas, aut filiæ dos? Certè & religioſi, qvi filios ſortem in cœlo habituros exiſtimant, non qvòd fides, ſed qvod ipſa juſſerit natura, cavent, ne filiis ſuis bonorum, qvæ fortunæ dicuntur, deſit abundantia. Non igitur timor de damno inferendo ita profuſam

caritatem ampliumq; inſerere amorem potuit. Verùm ipſa, quæ cavit natura, ne ad prolis exiſtentiam omninò neceſſarius deeſſet veneris appetitus, etiam ejus porrò eſſe conſuluit: Voluitq; etiam eos mentis affectus, quibus extimularetur generans ad procurandam generatæ à ſe ſoboli beatitudinem, ne nata etiam peſſum iret. Nec debebit hoc placitum cum philautia coaleſcere. Species enim ex objectis diſtinximus: Innocentia omnes innocentes reſpicit negativè; Fides omnes, quorum gratiâ quicquam eſt pactum; Gratitudo benevolos; Philautia ipſum ſe diſtingvendo à cæteris; *Storge* prima prolem, ſecunda conſangvineos; Humanitas omnes; Humanitas omnes; unaqvæq; ſuum Objectum affirmativè reſpicit. Suam certè promovet, qvi liberis ſatis cavet, felicitatem; at non ſuam ſolùm ſuam promovet; at ita etiam per innocentiam & gratitudinem, dùm volupta-

tem ex benefactorum memoriâ & mentis alacritatem indipiſcitur.

N. 3. *Limitatio Legis Naturæ de prolis curâ: ſcilicet nullam conſtitui obligationem ad conferenda in eos beneficia, qvi erga parentes ingrati, vel moribus generaliter profligati evaſerunt.*

Jura naturæ nullo modo dirimi poſſe, aſſerit Pomponius, *ff. de reg. juris leg. 8.* Jura naturalia divinâ qvâdam providentiâ conſtituta, ſemper firma, atqve immutabilia permanere, ſcripſit Imperator *Inſtit. de jure naturali §. 11.* Ejus juris eſſe, ut liberi à parentibus educarentur, idem paulò ſuperiùs affirmat. Æternum igitur eſt, & ſemper; non tamen univerſaliter ſine exceptione obtinet, ut optimè exponit Carolus Molinæus: *Recta*, inqvit, *ratio dictat alendos liberos, jus naturæ obligat: at contrà, datâ juſtâ cauſsâ denegandi, nec recta ratio, nec jus naturæ obligat.* In additionibus

ad

Digitized by Google

ad Decium in regulam Juris octavam. Hinc conſtitutio illa Imperatoris, Novell. 115. & cap. 3. §. 1. *Sancimus non licere patri vel matri filios præterire, aut exheredes in ſuo facere teſtamento, nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fidei-commiſſum, vel alium quemcunque modum, eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabuntur ingrati.* Ingratitudo ergò in liberis juſtam læſo patri cauſſam omnia denegandi facit, qvæ ab eo, ut legitimo patre, expectare poſſunt. Imò & libertatem adimit, ut habet lex in ſingulari titulo, Cod. de ingratis liberis. Filios, & filias, cæteroſque liberos contumaces, qvi parentes vel acerbitate convitii, vel cujuſcunque atrocis injuriæ dolore pulſâſſent, leges, emancipatione reſciſſâ, damno libertatis immeritæ mulctari voluerunt: imò ſecundùm antiqviora jura (ut notat Gothofred. in tit. de ingratis lib.) ob tale delictum, vitæ liberorum neciſque poteſtas concedatur parentibus.

Cauſſas verò, propter qvas exhæredari poſſint liberi, & ingratitudinis argui, invenit Imperator, diverſis legibus diſperſas, nec apertè, ut reſcripſit ipſe, declaratas. Novellam igitur conſtitutionem ea de re edidit, qvâ unâ omnes exhæredationis liberorum cauſſas ſeriatim fecit, idqve perelegantèr, comprehendi. Extant autem hujusmodi:

1. §. *Si quis parentibus ſuis manus intulerit.*

2. §. *Si gravem & inhoneſtam injuriam eis ingeſſerit.*

3. §. *Si eos in criminalibus cauſſis accuſaverit, quæ non ſunt adverſus Principem ſive Rempublicam.*

4. §. *Si cum maleficis hominibus, ut maleficus, verſatur.*

5. §. *Vel vitæ parentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari tentaverit.*

6. §. *Si novercæ ſuæ, aut concubinæ patris, filius ſeſe immiſcuerit.*

7. §. *Si*

Digitized by Google

7. §. *Si delator contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem gravia eos diſpendia fecerit ſuſtinere.*

8. §. *Si quemlibet de prædictis parentibus incluſum eſſe contigerit, & liberi, qui poſſunt ab inteſtato ad ejus ſucceſſionem venire, petiti ab eo, vel unus ex his, in ſuâ eum noluerit fidejuſſione ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito, in quantum eſſe qui petitur, probatur idoneus.*

9. §. *Si convictus fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuerit, parentes ſuos condere teſtamentum; ut ſi quidem poſteà facere potuerit teſtamentum; ſit eis pro tali cauſſa filium exhæredandi licentia: Si autem in ipſa prohibitione, ſine teſtamento aliquis ex parentibus deceſſerit, & alii ſive qui ab inteſtato ad hæreditatem defuncti, aut cum ipſo filio, qui teſtamentum fieri prohibuit, aut poſt illum vocantur, ſive illi, quos hæredes aut legatarios habere volebat, vel qui læſionem aliquam ex prohibitione teſtamenti ſuſti-*

nutrierant, hoc ipſum approbaverint: ſecundum alias leges, ſuper hoc poſitas, talia negotia terminentur.

10. §. Si præter voluntatem parentum inter arenarios vel mimos ſeſe filius ſociaverit, & in hac profeſſione permanſerit; niſi forſitan parentes ejuſdem profeſſionis fuerint.

11. §. Si alicui ex prædictis parentibus volenti ſuæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam vitam degere elegerit. Si vero uſq; ad viginti quinq; annorum ætatem pervenerit filia, & parentes diſtulerint eam cum marito copulare, & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe, libero tamen conjungere, hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari; quia non ſua culpa, ſed parentum, id commiſiſſe cognoſcitur.

12. §. Si quis de prædictis parentibus furi-

*furioſus fuerit: & ejus liberi, vel quidam ex his, aut, liberis ei non exiſtentibus, alii ejus cognati, qui ab inteſtato ad ejus hæreditatem invocantur, obſequium ei & curam competentẽ non præbuerint: ſiquidem à tali ſanatus fuerit infirmitate, erit ei poteſtas, utrũ velit negligentem filium, vel filios aut cognatos, ingratum vel ingratos, in ſuo ſcribere teſtamento. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit à ſuis neglectum liberis vel cognatis, aut aliis ab eo ſcriptis hæreditatibus, & pro miſericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam, atteſtationem iis, qui ab inteſtato, vel ex teſtamento jam facto ad furioſi hæreditatem vocantur, ſcriptis dirigere, ut eum procurare feſtinent. Si autem poſt hujuſmodi atteſtationem neglexerint, & extraneus in ſuam domum furioſum ſuſceptum ſumtibus propriis, uſq; ad finem vitæ ipſius, procuraſſe monſtratus fuerit: eum, qui obſequium ac dili-*



Digitized by Google

*gentiam furioſo exhibuit, licet extraneus ſit, ad ejus ſucceſſionem pervenire decernimus, evacuatâ inſtitutione eorum, utpote indignorum, qui furioſo, ſicut diximus, curam præbere neglexerint: ita tamen, ut cætera teſtamenti capitula in ſuâ firmitate maneant.*

13. §. *Si unum de prædictis parentibus in captivitate detineri contigerit, & ejus liberi, ſive omnes, ſive unus non feſtinârint eum redimere.* Addit his Imperator Chriſtianus aliam ex religione neglectâ cauſſam.

14. §. *Si quis de parentibus orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum filium vel liberos non eſſe Catholicæ fidei, nec in ſacroſanctâ Eccleſiâ communicare, in quâ omnes beatiſſimi Patriarchæ unâ conſpiratione & concordiâ fidem rectiſſimam prædicant, & ſanctas quatuor Synodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem amplecti ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant

*liceat pro a liis maximè causâ ingratos eos, & exhæredare in ſua ſcribere teſtamento.*

**N. 4. Species peccatorum contra bonum prolis.**

Species peccatorum contra φιλοτεκνίαν ex cognitione admiſſorum, contra ſui amorem, optimè eluceſcunt. Tot enim modis aliisqve etiam nonnullis contra prolem peccatur, qvot ſunt, qvibus qvis contra propriũ bonum transgredi poſſit. Si qvis enim non curet, ut à prole amoveantur ſuperiùs dicta, qvæ circa mentem, corpus, famam, vel res externas contingant mala, hac ex parte è naturæ placito deficit.

Neqve ſolum amoveri debent, qvæ noxam proli inferre poſſint, ſed ſtudioſè etiam procurari contraria, videlicet:

1. Menti ut ſemper adſit qvies, ſerenitas, jucunda voluptatis fruitio, gaudium, αὐτάρκεια, facilis præſentibus rebus contentatio, & bona de futuris ſpes; proinde ut pietas, religio, honeſtas cor-

di eis ſunt, inſtitui (a) debeant: qvippe [illegible] ſine viventem animi [illegible] aliqvando, conſeqvetur, ut & voluptatis fruitio defendi neqvit.

(a) Epheſ. 6. v. 2.

2. Ut corpori concilietur (b) ſanitas, membris integritas, cum agilitate conjuncta, decenti inſuper formâ, & totius compoſiti non inornatâ ſtructurâ: qvibus acqvirendis confirmandisq; omnes temperantiæ ſpecies tam in parente, qvàm in prole, erunt neceſſariæ.

(b) Huc pertinet qvoqve, ut matres liberos proprio lacte alant: Agellius l. 12. cap. 1. & Saavedra ſymbol. polit. n. p. 3. Germanarum mulierum conſvetudinem Tacitus his verbis commendat: Sua qvemq; mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur.

3. Cùm etiam ad felicitatem uberiorem rei familiaris copia non parum faciat, ſi commodè, ſine nimia rerum, ad ſe pertinentium coarctatione, fieri poteſit, de bonis propriis, qvantum ad vitam

[illegible] ſufficit, communicari debet, (x) ideò etiam, qvamvis jam majorennes ſint. Imprimis tamen & potiſſimum tenentur parentes liberis alimenta, medicamenta, & vitæ neceſſaria ſubminiſtrare, cùm aut defectu ætatis & judicii, aut infirmitatis vel morbi alicujus ratione, ad ſeipſos ſuſtentandos non ſint idonei. Deinde frugalitas etiam, artesq; vitæ (c) edocendæ ſunt, eòq; magis, qvò min⁹ dotis aut hæreditatis ratione liberi ſunt percepturi, juxta Catonis illud:

*Si tibi ſint nati, nec opes, tamen arti-*
*bus illos*
*Inſtrue, qvò poſſint inopem defen-*
*dere vitam.*

(x) Propterea patres liberos ſuos non niſi ex graviſſimis cauſſis exhæredare potuerunt. Nov. 115. c. 3. exhæredatis verò ſemper aliqvid relinqvere debuerunt.

(c) Ariſtippus Philoſophus Socraticus naufragio cùm ejectus ad Rhodienſium litus animadvertiſſet Geometrica ſchemata deſcripta, exclamaviſſe ad comites ita dicitur: Benè ſperemus, hominum enim veſtigia video, ſtatimq; in oppidum Rhodum contendit, & rectà in Gy-

mnaſium devenit, ibiq; de Philoſophia diſputans muneribus eſt donatus, ut non tam ſe ornaret, ſed & in eis, qvi unà fuerant, veſtitum, & cætera, qvæ opus eſſent ad victum, præſtaret. Cùm autem ejus comites in patriam reverti voluiſſent, interrogarentqve eum, qvidnam vellet domum renunciari, tunc ita mandavit dicere, ejuſmodi poſſeſſiones & viatica liberis oportere parari, qvæ etiam è naufragio unà poſſent enatare. Namqve ea vera præſidia ſunt vitæ, qvibus neqve fortunæ tempeſtas, neqve publicarum rerum mutatio, neqve belli vaſtatio poteſt nocere. Vitr. l. 6. in Præfat.

Lex erat XII. Tabularum cap. 25. *Filius arte carens patris incuriâ, eidem vitæ neceſſaria ſubſidia ne præſtato.*

Deniqve qvo honorati, & cum bona fama, vivant, qvâ nihil in vita humana fermè eſt utilius, curandum videtur, ut moribus honeſtis, decoraqve vitæ ratione, ad virtutem & liberalitatem educentur.

Cùmqve ad mentis gaudia & qvietem, corporis ſanitatem, rei familiaris copiam, atqve etiam ad exiſtimationem publicam, maximum habeant momentum

tum

rum conjugia, ſummo conſilio & deliberatione uti debet parens, ut ſi eo propendeat proles, felici commodetur conjugio; ſemper cavendo, ut cedat in quietem & commodum filii, quod hac in re fecerit. Nulla enim ſecundùm naturam eſt parentum poteſtas, niſi congrua. Quodq; de Papa Lincolnienſis noſter aliquando reſcripſit, *habere ſcil. eum poteſtatem, ſed ad ædificationem, non ad deſtructionem*: Idem de parentib⁹ generaliter dici debere exiſtimo. Inconſultis igitur, aut (d) non approbantibus, Sponſalia aut Matrimonia fieri non oportet. Unusqviſqve enim plurimum valet in judicio faciendo, cùm de re ſibi conducibili acqvirendâ ſit qvæſtio. Multò minùs vitam & necem pro arbitrio diſpenſare, & inferre liberis alteram, alteram tollere penes parentes eſt. Quod ſi qvando judicia de delictis privatis

(d) L. 28. ff. d. 8. l. 12. l. 14. Cod. de Nupt.

Digitized by Google

vel coercendis, & vindicandis eis, in filios ſint commiſſa: illud liberorum favore imprimis introductum autumo. Qvis enim patrem putaret (e) iniqvum fore aut truculentum in ſuum filium judicem? Ubi autem hujusmodi legibus abuſum eſt, tolli conſveverunt uti & Romuli illa, qvâ vitæ & necis (f) poteſtas parentibus eſt commiſſa. Suam igitur poteſtatem rectiſſimè exercet parens, qvi inſtruendo ad ea, qvæ animi, corporis, & fortunæ bonis conducunt, autoritate ſuâ ſtrenuè, atque ad illa unicè procuranda, utitur.

(e) l. 22. §. ult. ff. ad L. Jul. de Adulter.
(f) l. 11. ff. de lib. & poſth. hæred. libr. ult. Cod de patr. poteſt.

Huc etiam referri debent peccata contra naturam à Scholaſticis dicta, & etiam ab Apoſtolo, *Rom. 1.* Fornicationes item & ſtupra, raptus, & adulteria: (g) in qvorum aliqvibus ita fit, ne omninò pronaſcatur proles; in cæteris ne natæ benè ſit. Sed de his uberiùs in exa-

mine

Digitized by Google

mine Aretologiæ Ariſtotelicæ, Capite, qvo de luxuriæ circa venerem ſpeciebus agitur.

(g) Leg. unic Cod. de emend. propinqvor. Deut. 21. v 18. & 21.

Abortus etiam huc pertinet, de qvo vide Agellium l. 12. c. 1. l. 39. ff de pœn. & c. aliqvando 32. qvæſt. 2. Fuêre tamen qvondam gentes, qvibus ἀμβλώσεις ejusmodi probatæ, ipſeqve Ariſtoteles lib. 7. polit. c. 16. eo inclinat, ſi cui numerus augeatur liberorum, abortum eſſe procurandum, priusqvam fœtus ſenſu vitâqve animetur, qvæ immanitas à Socrate qvoqve & Platone haud improbata penitus videtur. l. 3. de Rep. & 5. de Legib. Melior mens fuit priſcis Germanis, apud qvos numerum liberorum finire, aut qvenqvam ex agnatis necare flagitium fuiſſe habitum, Tacitus teſtatur. Plura vide apud Heſtelium c. 18. otii Uratislavienſ.

CAP.

Digitized by Google

## Cap. IIX.

# De Naturali ad benefaciendum conſangvineis affectu.

*Num. 1. De honeſtate naturalis erga conſangvineos affectus, actionumq; ex eodem prodeuntium. Ethnicorum judicia, eorundem teſtimoniis comprobata.*

GRandius ſolito eſt illud Menelai apud Euripidem in Oreſte, ubi ad Oreſtis petitionem reſpondet:

Καὶ χρὴ γδ̀ οὕτω τῶν ὁμαιμόνων
κακὰ
Συνεκκομίζειν, δύναμιν ἢν διδῷ
θεὸς,
Θανόντα καὶ κτείνοντα τοὺς ἐν-
αντίους.

*Etenim oportet ſic conſanguineorum mala*
*Unà ferre, facultatem ſi dederit Deus.*

*Mo-*

*Morientem & interficientem adverſarios.*

Phocylides Poemate Νυθ. ad finem:

Συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην δ' ὁμόνοιαν.

*Cognatis amorem tribue juſtamque concordiam.*

Poſt gratkudinis officium præſtitũ, genus naturaliter reſpici teſtatur Grotius libr. 2. de jure belli cap. 7. §. 10. Verba ſunt: *In bonis noviter quæſitis, quæ* περιόντα τῷ κλήρῳ *Platoni, cum ceſſet gratia referenda officium; ſupereſt, ut ei deferatur ſucceſſio, qui defuncto chariſſimus fuiſſe creditur. Is autem eſt, qui gradu cognationis proximè defunctũ attingit. Iſæus apud Græcos ſic receptum ait:* Τοῖς ἀγχιστεῦσι γένους τὰ τοῦ τελευτήσαντος γενέσθαι, defuncti bona ei cedere, qui genere proximus ſit. *Addit,* τί ἂν δικαιότερον τοῖς συγγενέσι τὰ τῶν συγγενῶν; quid juſtius, quàm ut ea, quæ cognati fuerant, cognato cedant? *Idem* *ſen-*

*ſenſu recte apud Ariſtotelem libr. 1. ad Alexandrum cap. 2.* Optimè, *inquit Cicero Offic. 1.* ſocietas hominum conjunctioque ſervabitur, ſi, ut quisque erit conjunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur. *Qui & alibi poſt liberos ponit benè convenientes propinquos, ut & Tacitus:* Liberos ſuos ac propinquos natura cariſſimos eſſe voluit. *Idem Cicero de Cognatis agens:* Neceſſaria, *inquit*, præſidia vitæ his debentur maximè. *Et alibi, cùm de affectione propinquorum egiſſet:* Ex hac animorum affectione, *ſubſidia*, teſtamenta commendationesque morientium natæ ſunt. *Idem copias noſtras proximis, quàm alienis, & ſuppeditari & relinqui æquius eſſe, ait. Ambroſius quoque:* Eſt etiam illa probanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias. *Succeſſio autem ab inteſtato eſt nihil aliud, quàm tacitum teſtamentum ex voluntatis conjecturâ.* (h) [illegible]

(h) Lex XII. Tabb. erat: mortuo patrefami-

Digitized by Google

[illegible] proximus adgnatus familiam habeto, l. 195. §. ff. de Verb. ſignif. Proximus cognatus ad ſucceſſionem admittetur. l. 1. §. 7. & 8. ff. unde cognat.

## Num. 3. *De limitatione officii in conſangvineos.*

Si bona parentum, ſi diligentia & cura rebus liberorum providendis & tuendis non debeantur, ubi ſe nefarios ingratosqve oſtenderunt liberi: ergò multò minùs officia ex naturali ςοϱγῇ in eos videntur extendenda, qvi & ſangvine remotiores ſunt, & moribus improbis maculam ſangvini imprimere, &, qvæcunqve conqvirunt bona, prodigere fuerint proclives. Præcipuus verò etiam in hoc Capite ingratitudinis videtur affectui naturali, & profluentibus exinde officiis, obex, ingratis & affectu mutuæ charitatis deſtitutis conſangvineis Jus civile in ſucceſſionibus ab inteſtato extraneos prætulit. Novella 115. cap. 3. §. 12.

N. 4.

Num. 2. *De eâ, qvæ propinqvis intercedit, naturali amicitiâ, an ſuo ſtet principio, an ob alio oriunda ſit?*

Cùm variis ex cauſſis in morales qvalescunq; movemur actus; qvæ vera ſit, qvæ potior ſit, aut ſaltem, qvot veræ, qvot potiores, non ita facilè diſcernitur. Ad hoc enim acerrimo opus judicio, ut qvis rectum ejus principium aſſignet, qvod probabiliter poſſit à pluribus produci. Sæpiùs contingit, ex facili familiaritate inter cognatos & plurimùm propinqvos ordinum naſci amicitiam; Amicitia, ut ſuprà eſt expoſitum, ad beneficentiã obſtringit. Cùm etiam patres ex eorum ſint numero, qvibus, reſpectu ad gratitudinem habito, maximè devincimur, ſecundariò evenire poſſit, (qvod prius etiam annotatum eſt,) ne officio erga cæteram cognatorum turbam deſtituamur. Qvid enim? Ingratus cenſetur, qvi aliud à patre aut

velle

Digitized by Google

velle aut nolle ſe ſuſtinuit. Vult pater in filii ſui fratres, prolem ſuam, eam, qvæ ſumma cogitari poteſt, beatitudinem. Naturaliter enim hoc ex φιλοτεκνίας deſcendit: & proinde, filium non ingratum idem velle, neceſſe eſt. Cùmqve non in filios ſolùm, verùm & in prolem, alterius à filiis deſcendentem, ex naturali affectu, aliqvid à patre debeatur: fratrum ſuorum prolem etiam reſpectu ad patrem habito, gnatus diliget. Qvod ad ſuperius in arbore cognationum poni ſolitos attinet, non minùs ſecundariò & reſpectu ad parentes obligamur. Ratio eſt, qvòd his qvidem pater jure gratitudinis obſtringitur, unusqvisq; noſtrum patri: pater omnia avo proſpera & felicia velle cenſeri debet procurata: filius iis ſtudere, qvæ pater fieri voluit; & proinde avi felicitati, ſi naturam audit, inſudare nepotem, rationi maximè videtur conſentaneum.

Ejus-

Ejusmodi tamen videntur rationes hæ, ut integram harum actionum productionem ad eas referre neqveam. Sanè ea mihi videtur mens, honeſtè me acturum, qvoties ſine penſiculato ad parentes reſpectu, aut conſulta intercedente amicitia, auxilii indigos propinqvos juvero. Auxilium hoc, ſi qvid aliud naturaliter honeſtum ſentimus: denegare autem vel protrahere, cùm ſine damno aut moleſtia opem ferre penes nos ſit, turpe eſſe & homine imani, impio, immiſericordi, & affectu naturali deſtituto digniſſimum. Intuitus igitur amicitiæ aut gratitudinis parentibus debitæ adæqvata affectuum naturalium in conſangvineos cauſſa eſſe neqvit.

Qvæſo autem te, qviſqvis es, cui ſecus cogitâſſe contigit, perpende parum. Qvid enim, ſi tibi ſint cognati, à qvibus nec beneficiis aut caritate ſis demeritus, parentesqve etiam eo ſint animo, ut palàm faciant ſibi, non eſſe curæ, ut

ut à te propinqvis benefiat, certè his in caſibus gratitudinis non obſtringit lex. Nam neqve parentibus ultra id, qvod ipſi volunt, teneris, nec cognati per ſe merentur qvicqvam. Si qva igitur ſit obligatio peculiaris, inſtar placiti ſuo ſtet fundamine, eſt neceſſe. Neq; ambiguum eſt, eſſe qvidem obligationem, niſi propinqvos, de qvibus eſt mentio, in beneficiorum elocatione ignotis & obvenientibus non prætuleris, aut ſaltem, niſi ſic non prætuliſſe, duxeris honeſtum. Qvod enim inter honeſta eſt poſitum, (tale autem eſt in benefaciendo ſangvine propinqviores ignotis anteferre) nec ad aliud reduci poſſit, diſtinctam de eo naturæ eſſe placitum, nemo iverit inficias.

**Num. 4.** *De ſpeciebus peccatorum contra debitam conſangvineis* ϛοργήν.

Secundùm qvot ſpecies tibi ipſi aut proli, ſecundùm tot ferè conſangvineis

 bene-

Digitized by Google

beneficeri poteſt; ut ſupervacaneum ſit ſeriem apponere. Qvot enim rationibus tàm interna, qvàm externa adaugentur bona, tot cuilibet benefaciendi proponuntur anſæ; totqvo itidem modis omitti poſſit erga conſangvineos, qvot erga ſeipſum aut prolem, benefaciendi occaſio & opportunitas.

## Cap. IX.
## De Naturali ad Humanitatis officia obligatione.

N. 1 *Qvod inhoneſtum ſit, ſangvine disjunctis, obvenientib⁹, ignotis, vel qvibuscunq́; modò ne ſint nefarii, hominibus, ea denegare, qvæ accipienti utilia ſunt futura; danti verò damnum moleſtiamve non afferunt, judicia Ethnicorum, eorundẽ teſtimoniis comprobatur.*

Cice-

Cicero: *Omnia, inqvit Cicero, communia hominum videntur ea, quæ ſunt generis ejuſdem, qvod ab Ennio poſitum in una re transferri per multas poteſt:*

Ut homo, qvi erranti comiter monſtrat viam,
Qvaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit,
Ut nihilominùs ipſi luceat, cùm illi accenderit,

*Una enim ex re ſatis percipitur, ut, qvicqvid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur cuiq; vel ignoto. Ex qvo ſunt illa communia: Non prohibere aquam profluentem, pati ab igne ignem capere, ſi qvis velit; conſilium fidele deliberanti dare: quæ ſunt iis utilia, qvi accipiunt, danti non moleſta. Quare & his utendum eſt, & ſemper aliqvid ad communem utilitatem afferendum. Sed qvoniam copia parva ſingulorum ſunt, eorum vero, qvi his egeant, infinita eſt multitudo*

*titudo, vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennii finem: Nihilominùs ipſi luceat, ut facultas ſit, qua in noſtros ſimus liberales.* Cicero de Offic. libr. 1.

*Quidni, quando ſine detrimento ſuo poteſt, alteri communicet in iis, quæ ſunt accipienti utilia, danti non moleſta.* Cicero libr. eod.

Grotius. Concludit igitur Grotius de jure belli libr. 2. cap. 2. num. 11. In res proprias, per occupationem primitus factas, jus commune hominibus competere eis utendi ad utilitatem, cùm ex uſu nihil alteri decedat. Æqvitatis teſtes inducit Ciceronem loco ultimo citato; Senecam, qvi *beneficium* negat, *dici poſſe ignis accendendi poteſtatem*; Plutarchum, cujus hæc verba ſympoſiacon 7. ὅτι γὰρ τροφὴν ἀφανίζειν ὅσιον, αὐτοὺς ἄδην ἔχοντας, οὔτε νάματος ἐμφορηθέντας πηγὴν ἀποτυφλοῦν καὶ ἀποκρύπτειν, οὔτε πλοῦ σημεῖα καὶ ὁδοῦ διαφθείρειν χρησαμένους, ἀλλὰ ἐᾶν καὶ ἀπολείπειν

λείπειν τὰ χρήσιμα τοῖς δεομένοις μεθ᾽ ἡμᾶς. *Nam neq; alimenta nobis fas eſt perdere, ubi ipſi plus ſatis habemus, neque fontem, poſtquam è ſcaturigine fuerimus repleti, obturare aut occultare, neque ſigna navigationis aut itineris abolere: verùm permittere & relinquere, quæ utilia futura ſunt iis, quibus à nobis uſus eſſe poſſunt.* Exemplum in aqvâ profluenti, & jure transeundi per mare, amnes, terras, §. ſeqventibus facit: *Flumen,* inqvit, *quâ aqua profluens vocatur, commune poſt occupationem manſit, nimirùm ut bibi hauririq; poſſit.*

*Quis vetet, appoſito lumen de lumine ſumi,*
*Atq; cavum vaſtas in mare fervet aquas?*

Sic Ovidius; apud qvem & Lycios Latona ſic alloqvitur:

*Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt.*

De tranſitu hæc habet §. 13. *Terra, mare &*



Digitized by Google

*re & flumina, & ſi qua pars maris in proprietatem populi alicujus venit, patere debet his, qui tranſitu opus habent ad juſtas cauſſas: Ratio hic eadem, qua ſuprà; quia dominium introduci potuit, cum receptione talis uſus, qui prodeſt his, illis non nocet.* Exemplum inſigne habemus in Moſis hiſtoriâ Num. cap. 20. 21. Qui cùm tranſeundum haberet per alienos fines, primùm Idumæo, deinde Amorrhæo has tulit leges: iturum ſe viâ regiâ, nec deflexurum ad poſſeſſiones privatas, & ſi qua re ipſorum haberet opus, juſtum eis perſoluturum precium: quæ conditiones, cùm repudiarentur, juſtum eo nomine bellum intulit Amorrhæo. *Innoxius enim tranſitus denegabatur*, inqvit Auguſtinus, *qui jure humanæ ſocietatis æqviſſimo patere debeat*. Num. q. 1.

Ulpianus ff. de evictionibus l. in creditore 38. *Cui*, inqvit, *non æqvum videbitur, ſi creditor vendiderit, hoc ſaltem conſequi emptorem, quod ſine diſpen-*

*dio*

*illius creditoris futurum eſt?* Cujus pariſtem alibi legimus ſententiam ff. de religioſis & ſumt. l. ſi qvis ſepulcrum 12. *Si qvis ſepulcrum habeat, viam tamen ad ſepulcrum non habeat, iter peti debet. Si vicinus recuſet dare, Præſes compellere debet juſto precio iter ei præſtare, ita tamen, ut judex proſpiciat, ne vicinus patiatur detrimentum; adeoq́, noluerit licèt, ad id tenebitur per imperiū & diſpoſitionem præſidis, ut alteri proſit, ſibi non noceat.*

Omninò etiam pulcher eſt, quem citat *Paulus* ff. de aqva & aqvæ pluv. l. in ſumma 2. §. 5. Caſus. *Aggerem, qui in fundo vicini erat, vis aqvæ dejecit, per quod effectum eſt, ut aqva pluvia mihi noceret. Non poſſum vicinum cogere, aqvæ pluviæ arcendæ actione ut eum reponat; hoc quippe in detrimentum illi cederet, & magnarum eſſet fortean impenſarum opus. Quid igitur? an cogi poſſit, ut reponi ſinat?* Reſpondet Paulus:

*Quanquam deficiat aqua pluviæ arcendæ actio: attamen opinor, utilem actionẽ vel interdictum mihi competere adverſus vicinum, ſi velim aggerem reſtituere in agro ejus, qui factus mihi quidem prodeſſe poteſt, ipſi verò nihil nociturus eſt. Hæc æquitas ſuggerit.*

*Tuendus eſt, qui in litore ædificat, vel molem in mare jecit, ſi damnum inde nemo eſt paſſurus.* l. 2. §. adverſus 8. ff. ne qvid in loco publ.

Caſſiodorus. *Non debet eſſe difficile beneficium, quod largitate non parit detrimentum.* Caſſiodorus variarum Epiſt. lib. 1. ep. 14.

*Si apes meæ in prædium tuum advolant, & eas exuſſeris, teneris lege Aqvilia de damno.* l. 27 §. 12. ff. ad l. aqvil. vide & Qvintilianum, declam. 13. Ratio eſt, qvod æqvitas jubeat, hujusmodi beneficia facilè eſſe cuivis concedenda. (i)

(i) Hæc lex minùs commodè hîc immiſcetur, nec etiam ipſi textui reſpondet, qvi ſic ſe habet: Si apes meæ ad tuas (ſcil. apes) advolâſſent,

læſſent, tu eas exuſſeris, legis Aqviliæ actionem competere. Pertinet ergò ad primum naturæ placitum, qvod innocentem lædere vetat.

*Ea fuit antiqvis Philoſophis mens, qvam à natura ſtudiisq́; lucem habebant in omnes diffundere: ſi cum hâc exceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enunciem, rejiciam*, inqvit Seneca.

*Magnaqve divitiæ ob id potiſſimum videntur appetendæ, qvòd efficiant facilia charitatis officia, qvia qvod pauperis urgenti neceſſitati ſufficiens & multum eſt, proceribus in ingenti rerum copia, parum aut nihil videtur detrahere; ſed velut ſuperfluum effundi.* Ivo Paris. l. 8. §. 3. qvi & illud Auguſtini citat.

*Omnis res, qvæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur, qvomodo habenda eſt.* de Doct. Chriſt. cap 1.

Plurimi etiam ſunt reperti, qvibus ſatius eſt viſum à commodis ſuis, otio, & voluptatibus recedere, ſeqve in molestias



Digitized by Google

leſtias potiùs & labores conjicere, quàm humani generis conſervandi, tuendi & adjuvandi curam ſeponere, officiaque miſericordiæ & humanitatis negligere.

Deus Ter Opt. Max. ſeverè præcipit, ut inimici noſtri aſinum in viam reducere, vel ſub onere ſuccumbentem juvare debeamus, licet noſtra negligenda ſint. Exod. 23. v. 5.

Cicero. *Magis eſt ſecundùm naturam pro omnibus gentibus, ſi fieri poſſit, conſervandis aut juvandis maximos labores moleſtiasque ſuſcipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorũ memor, in concilio cœleſtium collocavit, quàm vivere in ſolitudine, non modò ſine ullis moleſtiis, ſed etiam in maximis voluptatibus abundantem copiis omnibus, ut excellas etiam pulchritudine & viribus*. lib. de Offic. 3.

*Formica, apes, ciconia aliorum etiam cauſſa quædam faciunt, multò magis hæc conjunctio eſt hominis. Itaque naturâ ſumus apti ad cœtus, concilia, civitates: Quodq; nemo in ſolitudine vitam agere*

ve-

*velit, ne cum infinitâ quidem volaptatum abundantiâ, facilè intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemq; hominum, & ad naturalem communitatem, eſſe natos. Impellimur autem naturâ, ut prodeſſe velimus quamplurimis; imprimisq́; docendo, rationibusq́; prudentiæ tradendis. Itaq; non facile eſt invenire, qui, quod ſciat ipſe, non tradat alteri. Ita non ſolùm ad diſcendum propenſi ſumus, verùm etiam ad docendum. Atq;, ut tauris naturâ datum eſt, ut pro vitulis contra leones ſummâ vi impetuque contendant: ſic ii, qui valent opibus, atque id facere poſſunt, ut de Hercule & Libero accepim⁹, ad ſervandum genus hominum naturâ incitantur. Atq; etiam Jovem, cùm optimum & maximum dicimus, cùmq; eundem, ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem, hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutelâ, &c.* Cicero de Finib. lib. 3. num. 63. 4, 5, 6.

*Qui non defendit alium, cùm poteſt,*

*tàm eſt in vitio, quàm ſi parentes, patriã, aut amicos deſerat.* Cicero I. Offic.

Diodorus. Hanc apud Ægyptios legem latam narrat Diodorus Siculus Biblioth. Hiſt. lib. I. Ἐάν τις ἐν ὁδῷ κατὰ τὴν χώραν ἰδὼν φονευόμενον ἄνθρωπον, ἢ τὸ καθόλου βίαιόν τι πάσχοντα, μὴ ῥύσαιτο δυνατὸς ὤν, θανάτῳ περιπεσεῖν ὤφειλεν. κλ. *Si quis in via hominem interfici, aut qualibet vim ſuſtinere videns, cùm poſſet, non vindicaſſet, capitali ſupplicio obnoxius erat, &c.* & addit, quod ſi quis revera opem ferre per infirmitatem non potuiſſet, indicare tamen latrones, & actione ſcelus perſequi tenebatur.

Valerius Max. De Alexandro eſt, quod refert Valeri⁹: *Dum*, inquit, *omnes gentes indefatigabili curſu luſtrat, quodã loco tempeſtate nivali oppreſſus, ſenio jam confectum militem Macedonem nimio frigore obſtupefactum ipſe ſublime, & propinquâ igni ſede ſedens, animadvertit: factâq; non fortunæ, ſed ætatis utriusque*

*æſti-*

Digitized by Google

*æſtimatione, deſcendit, & illis manibus, quibus opes Darii afflixerat, corpus frigore complicatum in ſuam ſedem repoſuit: id ei ſalutare futurum dicens, quod apud Perſas capitale extitiſſet; ſolium Regium occupâſſe.* Valer. Max. lib. 5. cap. 1. de humanitate Alexandri.

Almanzor. De potentiſſimo illo Almanzore Mahumetanorum Imperatore, quem non incredibile eſt, ſe ad naturalis conſcientiæ dictamina compoſuiſſe velle, hæc fertur hiſtoria: *Ita eum munificum fuiſſe, ut poſtquam ſe venatu, & poſt venatum cibo, ſatiâſſet, publicè in tentorio copiam ſui faceret, quò facilis fieret ad eum pauperibus aditus. Cuilibet illum in nomine Dei petenti liberaliter erogavit, an Chriſtianus, Maurus, Judæus, Ethnicus fuerit, cui largitus ſit, nihil moratus. Inter venandum aliquando via deceptus, & à ſociis derelictus, occurrit miſero homuncioni, qui in ejus conſpectu, præ virium defectu, in terram deciderat.*

*Deſilit ex equo Rex, infirmum equo impoſuit, ipſe ad latus per duas Leucas pedes ivit, frena retinens: Infirmum tandem ad hoſpitium deduxit, juſſitq́; ut ei ſedulò in omnibus inſerviretur, quoad uſq́; convaluerit. Capiens tandem ruſticus, majeſtatem benefactoris ſui veniam poſtulat, quòd has ſummo Regi moleſtias miſer excitáſſet. Non tulit Almanzor: Imò neq́; gratias,* inqvit, *mihi agas, ſed ſupremo mundi Creatori, à quo ita eſt ordinatum, ut ipſe tibi occurrerem: Illo qvippe officio tantùm jam functus ſum, quo erga miſeros teneor,* ut habet *Raleigh* in libro, cui titulus THE HISTORY OF MAHOMET, *id eſt,* Hiſtoria de Mahomete.

*Hobbeſius.* Hæc ipſius Hobbeſii ſunt verba: *Lex eſt etiam,* inqvit, *naturâ, quâ quisq́; tenetur unumqvemq́; eouſq́; adjuvare commodoq́; afficere, quouſq́; poſſis ſine periculo perſonarum & rerum diſpendio, quæ requiruntur ad propriam conſervationem.* lib. de corp. Polit. part. 1. cap. 3. §. 8.

Num. 2. *Malmesburienſis contra hujus placiti exiſtentiam argumentum advertitur.*

Homo homini, ſecundùm Hobbeſium, lupus eſt. Nulla ei à natura ſociabilitas, nulla ad caritatis officia aptitudo, nullus humanitatis, aut confeſſi, & tot teſtimoniis confirmati naturalis placiti, ſenſus; omnia à metu eòqve ſolo fiunt; neqve virtus aut naturalis hominum ad mutua beneficia, juſtitiam & ſocietates colendas proclivitas, partem qvamcunqve in conſtitutâ inter homines pace uſpiam debebit vindicare. Nos ſupra cap. 2. n. 10. eam opinionem, uberius excuſſimus: hîc unicum tantùm Philoſophi pro ἀπεσδοξίᾳ argumentum animadverti par eſt. De Cive cap. 1. num. 1. *Si*, inqvit, *homo hominem amaret naturaliter, unusqvisq; unumqvemq; aeqvè amaret, ut aeqvè hominem; Sed non aeqvè qvisq; quemqve diligit.* Reſp. ad minorem, unumqvemqve non perver-

ſum

ſum & naturâ ſuâ depravatum, alios omnes, qvatenus ſunt homines, æqvè amare, idqve adeò, ut, juxta naturæ placitum, etiam ignotis, ubi ſine diſpendio, moleſtiâ aut periculo poſſit, ſtudeat benefacere & prodeſſe. Eſſe autem extrinſecas rationes, & per accidens contingere, cùr alter præ alio diligatur, imò cur huic, qvæ ſunt optima, illi pernicioſiſſima, qvis procuret. Qvatenus enim qvis me gratiâ & beneficiis obſtrinxit, eatenus ei ſupra communem ſortem teneor. Si verò qvis contempſerit naturæ leges, injuriis dederit operam, & humani generis pernicies, Hercule aliqvo opus eſt, qvi pro ea, qvam habet in cæteros, caritate univerſum mundum hoc homunculo, & hujusmodi monſtris qvibuscunq; liberet & expurget. Neq; enim hæc humanitatis officia iis extendi par eſt, qvi de collatis ſibi bonis arma conficerent, in dantes convertenda: Sin cognita & jam perſpecta non ſit naturæ

præ-

pravitas, abſtinenda manus non eſt, ſed benè ſperandum. Vicini enim virtus, qvem non invenit, facit ſæpè meliorem, nec graviter ferendum, ſicut Seneca de beneficiis monet:

*Perdenda ſunt multa, ut ſemel ponas benè.*

**Num. 3** *De ſpeciebus peccatorum contra caritatem vulgarem.*

Contra hoc placitum tot modis peccari poteſt, qvot modis ignoto denegari, qvod ſine detrimento poterit concedi: & totidem obſervari modis, qvot beneficia dari, qvibus datis dantis conditio nihilo fit deterior. Virtutes igitur ſunt, clementia, miſericordia, humanitas, caritas generalis, qvæ ſe exercet in non prohibendo aqvam, erranti monſtrando viam, ſalubria cuiqve monendo (modò ſine proprio, qvod non ſemper contingit, ſit periculo:) Vitia contraria, innocentia & ſeveritas in exigendo ultionem cum venia ſine noxa poſ-

poſſit conſuli; inhumanitas, [illegible] ſitas.

## Caput X.

# De Jure Gentium.

**Num. I.** *Quòd officia juxta Gentium ritus eadem planè ſint, quæ natura præcipit, nec ad amplius quicquàm nos inde, quàm per naturam obligari.*

NEc qvidem à jure naturæ jus gentium qvicqvam mihi videtur differre; audacterqve pronunciare auſim, neminem fore Principem jure gentium offenſi reum, qvi ad hîc poſitam naturæ normam ſe in omnibus accommodaverit.

Peccata enim, qvibus hoc violari conſvevit jus, ſunt vel:

1. Contra innocentiam: cùm ſtatus læditur, bona auferuntur, patrimonia Prin-

Principum invaduntur, vel eorum perſonis, aut perſonis aliorum, ad eos pertinentium, qvoqvo modo injuria intentatur. Honor item in bonis eſt, maximumqve habere, ad benè beatèqve vivendum, momentum cenſetur. Hic ſi aliqvâ ratione diminuatur, noxa fit. Niſi igitur potentioribus ad colloqvium adventantibus principes vel perſonæ illuſtres obviam procedant; niſi inferior ad ſuperiorem accedat priùs, de eqvo deſcendat eum conveniens; niſi ad ſuperiorem prior verba faciat; niſi in congreſſibus & colloqviis, ita etiam in literis & ſcriptis inter principes, pro dignitate perſonarum, debiti honoris obſervantia exhibeatur, violatur Principis aut populi dignitas, cujus non minor eſt, qvàm ipſius vitæ (apud Generoſiores potiſſimùm) æſtimatio; & proinde contra placitum de innocentia peccari conſtat. Vel, ſi ſubtiliùs judicandum ſit, dicendum erit, qvotiescunq; ad cer-



Digitized by Google

tas honoris exhibendas ſpecies certiſſima non conſtet obligatio, reverà nullam eſſe ad tam officioſas cerimonias, niſi ex φιλαυτίᾳ obligationem, ex qva impotentiores, ſui commodi cauſsâ, principes potentioribus aſſentari, & morem gerere, non ſine ratione conſueverunt.

2. Contra fidem: Si qvis alium in conventione aut fœdere fefellerit, non præſtando, qvod promiſſum eſt, pactaqve fidei reqvirebat ratio. Conventionibus enim Principes & Reſpublicæ, ſicut & privati, de re aliqva contrahentes, obligantur. Tales qvotidiè ſiunt de ſponſalibus, de matrimoniis ineundis, de pecuniâ mutuo dandâ & rependendâ, & qvibuscunq; de cauſſis etiam privati contrahunt: His accenſenda etiam ſunt ſolenniora qvæcunq; fœdera, (ſive ſint ἐπιμαχίας ſocietatis ad defenſionem ſolùm, ſive συμμαχίας ad defenſionem ſimul & offenſionem contra-

tractu) qvibus ſi juramenta accedant, eò magis religioſè (fide coram DEO datâ) cautum cenſetur.

3. Contra philautiam: Si qvis jus Legationis violaverit. Ut præteream enim contra innocentiam iri ab eo, qvi innocuos læſerit legatos; contra fidem qvi qvicqvam durius in eos ſtatuit, qvorum perſonæ communi hominum pacto (k) ſacræ æſtimantur: Certiſſimum eſt jus Legationis, ex Φιλαυτία & vulgari charitate, ſuam ſibi habere poſſe originem. Niſi enim Legati ſine periculo ſuo aut incommodo recipi, audiri & dimitti poſſint, publica Regum & Rerumpublicarum expediri inter ſe negotia, eſſet impoſſibile. Nulla eſſet ratio, qvâ poſſit alter (ſi etiam vellet) alteri, qvod ſuum eſt, tribuere. Nulla fieri inter diſſentientes pax & amicitia; nulla inter amicos principes, qvi ſe tanqvam fratres & conſangvineos habent, exerceri familiaritas, aut intercedere

ſtudii

ſtudiî mutui & amoris in ſe invicem officiâ.

(k) Ex his apparet, Jus gentium omninò differre à Jure naturæ, contra principium hujus Capitis. Legati enim hoſtium non Jure naturæ, ſed ex communi hominum quaſi conventione inviolabiles ſunt. Et proinde ſi quis Legatum hoſtium pulsâſſet, contra Jus gentium id commiſſum eſſe, exiſtimatur. *l. fin. ff. de legation. & Gothofred. in not. ibid. l. 7. ff. ad L. Jul. de vi public.* Verum quidem eſt, ex Jure naturæ Jus gentium fluere; propterea tamen non debent confundi. Ita autem differre autumo has duas juris ſpecies: Notum eſt, Jus natura eſſe duplex, vel præcipiens, vel permittens. *arg. l. 7. ff. de Legib. & c. Omnia autem 4. diſt. 3.* Illud eſt immutabile, & definitur à Grotio *l. 1. c. 1. n. 10. de Iur. B. & P.* Hoc vel à Jure gentium, vel à Jure civili determinatur: *ex. gr.* Hoſtes occidere vel ſervare, permittitur Jure naturæ, ut probatum eſt ſuprà. Jus gentium autem alterum certo modo approbat, & alterum rejicit, dum legatos hoſtium lædere prohibet, captos in bello hoſtes ſervare, ac ſub jugum mittere præcipit. *l. 4. ff. de ſtatu hom. & § 3. Inſt. de jur. perſonar. § 17. Inſt. de rer. diviſ.* Deus quoque in Veteri Teſtamento præcipit Iſraëlitis, ut odio haberent hoſtes Ammonitas & Moabitas. *Deuter. 23. v. 6.* Excipit Amalekitas *cap. 25. v. ult. 1. Samuel. 15. v. 3.*

Sal-

Digitized by Google

Salvator autem noſter contrarium jubet *Matthæi 5. v. 42.* qvod fieri non poſſet, niſi utrumqve de Jure naturæ permiſſum eſſet. Jus naturæ rerum communionem æqvè ac proprietatem permittit: Jus gentium autem alterum, nempè proprietatem, in pleriſqve recipit ac confirmat. *§. 11. Inſt. de rerum diviſ.* Sic conjugium eſt juris permiſſivi, nec aliqvis cogi poteſt, ut uxorem ducat, etſi ſub patris poteſtate ſit. *per l. 21. ff. de ritu nupt.* Nihilominus tamen Veteres Romani præcipiebant matrimonium, ut ex formula cenſoria patet, qvâ ſingulis luſtris cælibes ſub pœna ad conjugium compellebantur. *Agell. l. 4. c. 20.* Hoc qvidem veriſſimum eſt, illum, qvi peccat contra Jus gentium, violare etiam jus naturæ, & qvidem ſecundum placitum de Fide ſervandâ: Non tamen ſeqvitur, Jus naturæ & gentium non differre. Aliàs enim Jus civile etiam confundendum eſſet cum jure naturæ, qvia ſuprà probatum eſt, illum, qvi contractus non ſervat vel delicta Jure civili prohibita admittit, contra primum & ſecundum naturæ placita peccare.

4. **Contra vulgarem charitatem; puta, ſi innoxias, ut dictum, non ſinat qvis legationes; ſi innocuum neget tranſitum.**

**Atqve hæc qvidem ſunt, qvibus, ſi**

Juſeconſultos audimus, Jus gentium violatur; alia fortean addi poſſent, ſed ejusdem planè rationis, ità ut particularium inductione liqvidum fieri poſſit, eadem eſſe ſecundùm Jus naturæ & Jus gentium officia: qvæ qvidem ſi qvis contemſerit, apud principes & populos qvoscunq; judicium eſt; Et ſi peccans nolit damnum, ex non præſtitâ obligatione natum, plenè reſarcire, jus eſt, ut bello armisq; ad id cogatur, qvod ſponte præſtare recuſavit. Sed de jure belli infrà in ſuo loco uberiùs diſſeremus.

## Caput XI.

# De HABITU (l) CRINIS.

(l) Mirari qvis poſſet id, qvòd Auctor habitum crinis ad Jus naturæ revocet; ſed non ſine ratione hoc factum eſſe, ex ſeqventibus patebit. Circa tempora Salmaſii accidit, ut duo Presbyteri reformatæ Religionis in Belgio convivio intereſſent, alter qvidem veteranus, alter verò novellus. Iſte reſectos capillos, hic prolixam comam alebat. Inter alia veteranus novelli

comam

Digitized by Google

comam reprehendere, & Juris naturæ temeratorem appellare, ob dictum Pauli 1. *Corinth. 14. verſ. 14.* Licet autem Novellus, comam alere, per naturam non illicitum eſſe, probaret exemplis Veteris Teſtamenti: Senior tamen ille capillamentorũ impugnator ſuâ auctoritate multos permovit, ut à ſuis ſtarent partibus, & comatos à communione Chriſtianorum arcerent; qvo facto, pleriqve Belgarum capillos circumcidere coacti ſunt, donec inter alios Salmaſius Dialogum hac de re in lucem ederet, & habitũ crinis rem indifferentem eſſe, demonſtraret, qvi Tractatus permovit auctorem, ut crinium hîc qvoqve mentionem faceret.

**Num. 1.** *Qvòd per textum illum, 1. Corinth. 11. v. 14.* Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, *non intelligat Apoſtolus, generale eſſe naturæ placitum, ne quis prolixos gerat crines, argumento eſſe poſſint exempla & hiſtoriæ, qvæ fidem faciunt, honeſtum imò & religioſum apud plures gentes haberi capillos nutrire, & in longitudinem promittere.*

V Ro-

Romani. *OMninò tonſores, in Italiam primùm veniſſe ex Sicilia, dicuntur, poſt Romam conditam Anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto, ut ſcriptum in publicis Ardea literis extat, eosque adduxiſſe Publ. Ticinium Manam.* Varro libr. 2. de Re ruſtica cap. 11. eodemq; ultim: *Olim Tonſores non fuiſſe, adſignificant antiquorū ſtatua, quod pleraq; habent capillum & barbam magnam.* Hinc illud Ovidii 2. Faſtorū:

*Deniq; quodcunq; eſt, quo corpora noſtra piantur,*
*Hoc apud intonſos Nomen habebat avos.*

Lycii. *Lycii comam tanti fecerunt, ut ne dubitarent quidem, multa nomine Fiſcum Mauſoli Cariæ Regis inexplebilem, & Hydropis inſtar ſemper ſiticuloſum, expellere, quo liberis eſſe & immunibus liceret à legis imperio, quæ crinium tondendorum neceſſitatem imponebat, uti refert Ariſtoteles Oeconom. libr. 2. quam legem Condalus Regis præfectus commen-*

*tus fuerat, ut ἐπικεφάλαιον, hoc eſt, congiarium eliceret.* Tiraqvel. in libr. 5. Alex. Genial. dier. cap. 18. Rhodogin. antiqv. Rom. libr. ibid. cap. 19.

*Luſitani, Galli, Indi, Perſa.* Comas itẽ aluiſſe magnifeciſſe maximè, ꝓmiſſas, ideòq; plures etiã integras gentes Luſitanos, Gallos, Indos, Perſas, à tonſurâ abſtinuiſſe, videre eſt in Alex. loc. citat. & appoſitis in locũ Tiraqvelli añotatis.

*Traditur, Parthorum fuiſſe capillum effundere, Germanorum jungere, Scytharum ſpargere.* Alex. ibid.

De Spartanis notum eſt, qvod habet Ariſtoteles: Ἐν Λακεδαίμονι κομᾶν καλὸν, ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον, *id eſt:*

In Lacædemone comam alere pulcrum, eſt enim ſignum libertatis. Rhet. lib. 1. c. 9. 132.

Charillus Rex interrogatus, cur populares ejus comam alerent? reſpondit: ὅτι τῶν κοσμῶν ἀδαπανώτατος οὗτός ἐστιν, *id eſt:*

Qvia omnium ornamentorum minimo ſumtu comparari poteſt. Plut. in Apophthegmat. Charilli.



Digitized by Google

Noſtri temporis hiſtoriæ ſua etiam produnt exempla. Unus, in exiguâ narratione, non pauca ſuppeditat Martinus Martinius. Hoc enim maximè notat, victoriis Tartarorum obſtitiſſe, qvòd tonſos voluerunt hoſtes ſibi ſubjugatos. Unum aut alterum attexam: *Tartari, debellatis Chinenſibus, urbem Zaokin ceperunt, vetabant, ne Chinenſium qviſpiam crines aleret. Percrebuit edicti fama. Qvid fit? Milites victi, togatiq; alias cives capeſſunt arma, eamq; induunt animi magnitudinem, & pugnandi audaciã, qvam prior, qvâ pro Rege Regnoq; decernebatur, minimè æqvabat, magnâq; exinde victoriâ ſunt potiti.*

Mirum etiam, qvod de Capillitii aſylo, Cheuxâ Inſulâ refert. Hanc non ita pridem ſoli erant, qvi incolebant, piſcatores; tandem devictâ à Tartaris Chinâ, editoq; de crinium tonſurâ edicto, omnes, ut crines liberè poſſent alere, nec aliâ ratione, illuc fugiebant: adeòq;

eòque eſt factum, ut in Inſulâ priùs deſertâ ſeptuaginta urbes jam ſtent, & infinitâ incolarum multitudine ipsâ benè muniatur.

Lyciorum ſuperiùs memorato exemplo perſimile eſt, qvod de Coreenſibus habet autor: *Eos ſcilic. tributum quotannis Tartaris hac conditione dependere, ne crines ſcindere cogerentur.* Hæc M. Martinius in ſua de bello Tartarico narratione.

Qvibus, niſi Martinius ipſe fide dignus eſſet, facere eam poſſint, qvæ Semedo (in hiſtoriâ, qvam de Sinenſibus, poſtqvam moram illic in aulâ per viginti annos fecerat) teſtatur. *Sinenſes ſcilicet intonſis capitibus omninò eſſe, viros ſimul & fœminas in eo convenire, ut ſinant in eam, quam natura fert, longitudinem crines dimitti, animoq; iniqviorè ferre eos unius crinis è capitis cranio jacturam, qvàm ſi omnes, qvi mento facieve ſolent innaſci, peſſum irent.* Qvigi-

*tur, cùm pugnis res agitur, concertatoris capillitio primùm admolitus eſt manus, ſtatim victor fit.* F. Alvarez Semedo hiſt. Sin. p. 1. c. 4. & p. 1. cap. 29.

*Sacerdotibus Mexicanis funiculorum inſtar, aut jubæ equinæ, pendebant crines ad poplites uſq; promiſſæ, quos neq; priùs tondebant (niſi ſi quando ſpecialiter iis ob ſenectutem debilem, vel hujuſmodi cauſſam, indultum erat) quàm fato fungerentur.* Acoſta Hiſt. Ind. lib. 5. c. 26.

Supervacaneum eſt addere, plures eſſe gentes, quæ tùm ſolùm tonſores admittebant, cùm deformari eligerent. Qvi, ſecundùm veterem Hierapoleos religionem, in pœnam peregrinationẽ ſuſcipiebant, palbebrarum capitisqve crines ſcindere cogebantur, ut aſſerit Roſſæus *πανσεβείας* Sect. 2. eoqve liqvet, inter pœnarum genera cenſeri, in publico pro Adonide planctu Biblii *τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι ἀποθανόντος Ἄπιος, id eſt:*

Ca-

Capita radunt ſicut Ægyptii mortuo Apide. Lucianus de Syria Dea.

Morem enim eſſe Ægyptiis, ob mortuum bovem Apin dictum, in ſignũ luctûs, crines tondere, teſtatur Plinius Nat. Hiſt. libr. 8. Achilles ad Patroeli tumulum, Ἰλ. ψ. Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην, *id eſt*:

Stans ſeorſim detondit comam.

Si qværatur, nunqvid de hoc habitu natura peculiariter jubeat? Reſpond. Nihil peculiariter jubere, ſed perinde ſe habere circa hunc atqve alios veſtiendi ritus, velle ſcil. ne cũ eo noxa aut offenſa fiat, ſed ut ſanitati corporis exinde conſulatur, & deinde, ut qvàm gratiosiſſimos nos reddat ejusmodi perſonis, qvarum amicitiis & benevolentiâ uti noſtrâ interſit plurimùm.

## Num. 2. *Salmaſii de habitu crinis ſententia.*

Cl. Salmaſius lepido nimis inter Crinitum & Curtium Dialogo à rece-

 pta

ptâ textꝰ recenſiti interpretatione non-nihil variare videtur.

Imprimis enim κομᾷν intelligit, non de ſimplici & intonſâ comâ, ſed ornatâ, ideò qvod à Verbo κομεῖν deſcendere videatur τὸ κομᾷν.

1. Potiſſimùm verò de eo ornatûs genere, qvi in variis eum colligendi, ſubſtringendi, & religandi modis conſiſtit.

2. Per φύσιν conſvetudinem intelligi non patitur (qvamvis confiteatur etiam, vocabuli ſenſum non malè eam pati poſſe interpretationem) naturam qvippe ipſam notari vult, qvæ omnes docuit, honeſtum eſſe, mulieres κομᾷν, viros indecorum.

Tandem, cùm duplex ſit ἀτιμία ſive indecorum:

1. Contra decentiam communem, ut ridiculum eſt, ἐπ' ἀριστερὰ ἀναβάλλεσθαι.

2. Contra honeſtatem. Concludit,

orna-

Digitized by Google

ornatâ eſſe comâ, vel ſaltem collectâ & religatâ, contra honeſtatem eſſe ſecundò dictam, imò contra legem Dei, naturam ipſam, ejusqve in ratione utentibus dictamina.

Qvod qvidem ſi verum ſit, extendenda certè ſunt naturæ placita, illudq; ſeptem jam recenſitis addendum, ne comâ ornatâ religatâve ſimus.

Ad concluſionem ſtabiliendã, has videtur Theſes poni velle.

1. Qvod eadem natura, qvæ diſcrevit ſexus, induxit etiam homines omnes, volentes ipſorum naturis convenienter vivere, ut habitum capitis etiam in capillo ipſo ita inſtituerent, ut ex eo habitu viri à mulieribus diſcerni & diſtingvi poſſint.

Qvod hic habitus ad diſtinctionem natus, atqve à natura præceptus, is ſit; ut nimirùm mulieres caput ſuum propriis crinibus velent, dum intonſos in capite ſic componunt, & concinnant



Digitized by Google

ſubnexos, ut galeri vel pilei ex capillis ſtructi, viſum & uſum habere qveant: Viri autem contrario modo ſe habeant.

Concluſio igitur ſtat: Dictum habitum mulierum proprium eſſe & peculiarem: qvemq; viri non debent uſurpare, niſi naturæ leges violare velint; adeòqve ſe reos facere non levis, ſed ſanè graviſſimi peccati. Hæc Salmaſius.

**Num. 3.** *Qvòd nulla ſit communis perſvaſio, peccare eos, qvi habitum capitis ita componunt, ut nulla ſit ex ea parte inter maſculos & fœminas diſtinctio, exempla & teſtimonia.*

*Illud diſcrimen ordinum perſonarumq; eſt notatu dignum, qvod apud Taпyras, Baſteranos & Iberos, incultasq; nationes circa Hyrcaniam ſervari meminimus, ut viri atras veſtes induant, crinesq; longiores gerant: fœmina verò albis tunicis, ac brevibus tonſisq; comis, incedere ce-*

*cogantur.* Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 5. confirmatur verò hiſtoria apud Strabonem lib. 11. & lib. 2.

*Apud Riphæos mulieres pariter & viri detonſo ſunt vertice, & capillo deraſo, adeò ut glabri videantur.* Alexander ib. Tiraqvellus in locum Plinium citat lib. 6. cap. 13. ſic verba facientem: *Arymphæos accepimus haud diſſimilem Hyperboreis gentem: Sedes illis nemora; alimenta baccæ; Capillus juxta fœminis viris q; in probro habitus; ritus dementes.*

*Contrà: Luſitani comas tondere nefas ducunt, itaq; illas diffundunt, ut fœminæ. Idem & Galli comati, quibus plurimus capillus erat æquè maribus ac fœminis, inde nomine impoſito.* Alexand. ib.

Num. 3. *Quòd ab ornatu crinium, qvoqvo modo adhibito, vel ſpecialiter per religationem, aut eorum collectionem facto, naturaliter non abhorreant, teſtimonia & hiſtoria.*

*Apud Svevos* (m) *ingenui obliqvant crinem, & nodo ſubſtringunt, qvum ſervi fluxâ comâ & crinibus incedant.* Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 18.

(m) Inſigne gentis (Svevorum, qvi majorem Germaniæ partem obtinent) obliqvare crinem, nodoq; ſubſtringere. Sic Svevi à cæteris Germanis: ſic Svevorum ingenui à ſervis ſeparantur. Sic in aliis gentibus ſeu cognatione aliqvâ Svevorum, ſeu (qvod ſæpè accidit) imitatione, rarum & intra juventæ ſpatium; apud Svevos, usqve ad caniciem horrentem, capillum retrò ſeqvuntur, ac ſæpè in ipſo ſolo vertice religant Principes, & ornatiorem habent. Item: Pauciſſima in tàm numeroſà gente adulteria, qvorum pœna præſens & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatam coram propinqvis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit (paulò autem ante dicit) Nec alius fœminis, qvæ in viris habitus. *Tacit. de mor. German. & Cluver. de Germ. antiq. l. 1. cap. 16.*

*Apud Germanos Cattosq; rufus erat crinis coactus in nodum.* ib. Hinc illud Juvenalis Satyra 13.

*Cærula quis ſtupuit Germani lumina Flavam*

*Caſa-*

*Cæſariem, aut madido torquentem cornua Cirro?*
*Nempè quod hæc illis natura eſt omnibus una.*

Ubi notandum, naturam pro uſu & conſvetudine uſurpari.

Et de Sicambris, qvi & ipſi Germani ſunt Martialis in amphitheatro Cæſaris Epig. 3.

*Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri*
*Atq; aliter tortis crinibus Æthiopes.*

*Produnt autores, Athenienſium vetuſtiſſimos capillis colligendis cicadas aureas annectere.* Alexand. ib. Thucydides initio Hiſtoriæ de Athenienſibus loqvens: *Poſtquam*, inqvit, *deſiêre uti tunicis & religatis capitis cirris aureas implicare cicadas.* Lucianus in Navigio: *Majoribus noſtris decorum videbatur, ſenes comâ luxuriare, religantes*



Digitized by Google

crobylum aureâ cicadâ exceptum. Virgilius in Cyri de Niſi capillo:

- - - *Omnis cano reſidebat cura capillo;*
*Aurea ſolenni comptum quoq; fibula ritu*
*Mopſopio, tereti nectebat dente cicadæ.*

Mirum, Pomponium Sabinum cicadam interpretatum eſſe, inſtrumentum ad pectendos crines.

*Mauris & Britannis in uſu fuit, ut Cincinnis ornati eſſent, rutilis comis, & tàm compoſito capillo, ut vix ſe contingi paterentur.* Alex. ib. de Mauris Strabo libr. 17. *Ornare ſe ſatagunt coma implexu & barba, quo fiebat, ut inter ambulandum rariſſimè ſe mutuò contingerent, ut intactum maneret capillorum decus: Memorat item autor, Indos magis pectere capillos, quàm tondere.* Strabo lib. 15. *Liber depexis crinibus Indos - - Vincit.* Ovid. 3. Faſtorum, Curtius, Indorum

rum deſcribens mores, Regem ipſum refert, in pectendo ornandoqve capillo reſponſa legationibus & jura popularibus, reddere ſolitum. lib. 8. cap. 9. Fuco item utebantur cærulei aut crocei coloris. Lucius Verus & Gallien⁹ Impp. auri ſcobem crinibus aſperſere. ib.

Servius in 10. Æneid. ad verba illa: *Comptos de more capillos, id eſt*, inqvit, *antiquo more, qvo viri, ſicut mulieres, componebant capillos: Qvod verum eſſe & ſtatuæ antiqvorum docent, & perſonæ, qvas in Tragœdiis videmus ſimiles in utroq; ſexu, qvantum ad ornatum pertinet corporis.* (n)

(n) Addi hîc poſſet lex Iſraëlitarum de non tondendis Nazarenis *Num. 6. Actor. 18. v. 19. cap. 21. v. 24.* Et exemplum Simſonis *Judic. 13. v. 5. & cap. 16. v. 17.* Ubi obiter notandum, carnifices, ex ſingulari ſive ſuperſtitione, ſive conjecturâ, in plerisqve Germaniæ locis, veneficas torqvendas tondere, arbitrantes, cacodæmonem, perverſiſſimum divinarum actionum æmulatorem, in crinibus vel capillis reſidere; iisdem verò detonſis recedere, qvemadmodum Spiritus DEI Simſonem comâ orbatum deſeruerit. *Judic. 16. v. 20.* Ca-

## Cap. XII.

# De COMPARATIONE officiorum.

### N. 1. *De neceſſitate comparationis officiorum, & quotuplex ſit.*

Qvænam ſint in conſpectu omnium honeſta, hucusq; ſatis dictum autumo. Benè autem in primo Officiorum libro à conſultiſſimo Cicerone animadverſum eſt: *Non ſolùm, honeſtum an turpe ſit, deliberari ſolere: ſed etiam duob⁹ propoſitis honeſtis, utrum honeſtius, item duobus propoſitis utilibus, utrum utilius*; ita ut primùm de honeſto, pòſt de honeſtorum comparatione, ſit disqvirendum. In qvo de Moribus titulo, qvod mihi probabilius eſt viſum, ex ordine, in placitis recenſendis adhuc obſervato, partim liqvet, in Tabulâ verò hîc appoſitâ, atqve illi appenſis hac de re concluſionibus, uberius declarabitur.

Comparatio verò fit vel 1. diverſis offi-

officiorum generibus, veluti cùm qværitur, innocentiæ an gratitudinis præferendi actus. Vel 2. in eodem. Sic deliberari ſolet, qvæ promiſſa potiùs ſunt ſervanda? qvi potiores ſunt habendi, cùm plures ſe offerant, ut humanitatis, ϛοργῆς, gratitudinis objecta?

**Num. 2.** *Index Criticus difficiliores, qvi occurrunt, Caſuum ſpecies, cùm in illum ſimus reducti ſtatum, ut alterum adimplere naturæ dictamen ſit impoſſibile, niſi aliud ab eo diverſum transgrediamur, qvaſi typo exprimens & dijudicans.*

An proprii perſecutio commodi inſtituenda ſit, cùm illud agendo, qvo qvis ſibi conſulat, neceſſario

- Innocentē lædat? *Neg. 1.*
- Promiſſis cogatur non ſtare? *N. 2.*
- Gratitudinis omittantur actus? *N. 3.*
- Prolis felicitatem? } negligat? *Aff. 4.*
- Conſanguineos } negligat? *Aff. 5.*
- Obvenienti non poſſit benefacere? *A. 6.*

An

**An lædendus alter, cùm eo nō læſo neceſſario qvis cogatur**

- Fidem fallere? *Neg.* 7.
- Gratitudinis actus omittere? N. 8
- Suiipſius negligere commodum? N. 9
- Proliscuram / Conſangvineos } negligere? N. 10 / N. 11
- Obvenienti non benefacere? N. 12

**An fidem fallere non liceat, cùm eam non fallendo neceſſe eſt qvenqvam**

- Lædere innocentē? A. 13
- Gratias bene merenti denegare? N. 14
- Propriū poſthabere commodum? N. 15
- Prolem / Conſangvineos } negligere? N. 16 / N. 17
- Ignoto non benefacere? N. 18

**An gratia merenti reponenda, cùm ex eâ repoſitâ neceſſariò cogatur qvis**

- Innocentem lædere? N. 19
- Fidem fallere? N. 20
- Suiipſius commodū poſthabere? A. 21
- Prolem (p) / Conſangvineos } negligere? A. 22 / A. 23
- Obvenienti non benefacere? A. 24

(p) Prolem procurare Jus naturæ præcipit, ita ut plena oriatur obligatio, hinc dicitur ille dete-

deterior gentili, & abnegâſſe fidem, qvi negligit ſuos. 1. *Timoth.* 5. *v.* 8. cogi qvoq; poſſunt parentes, ut alant liberos. *tot. tit. ff. de Agnoſc. & alend. lib.* contrà verò ad gratitudinem minùs obligamur nec cogi poſſumus ad ſolvenda antidora. *l.* 25. §. 11. *ff. de hæred. petit.*

An proles procuranda ſit, cùm ex eo cogatur qvis
- Lædere innocentem? *Neg.* 25
- Fidem fallere? *N.* 26
- Gratitudinis actus omittere? *N.* 27
- Suum poſthabere commodũ? *N.* 28
- Conſangv. non benefacere? *A.* 29
- *τυχόντι* non benefacere? *A.* 30

An *τυχόντι* vel ſangvine disjuncto benefaciendum, cùm ex benefacto neceſſariò eveniet, qvenqvam
- Lædere innocentem? *N.* 31
- Fidem fallere? *N.* 32
- Gratitudinis actus omittere? *N.* 33
- Proprium contemnere commodum? *N.* 34
- Prolis curã ſeponere? *N.* 35
- Conſangvineos poſthabere? *N.* 36

An cæteræ præter prolem conſangvinitatis ratio habenda, cùm ſeqvatur inde neceſſitas
- Omittendi actus
  - Gratitudinis? *N.* 37
  - Fidei? *N.* 38
  - Sui amoris? *N.* 39
  - Caritatis vulgaris? *A.* 40
  - *φιλανθρωπίας*? *N.* 41
- Lædendi innocentem? *N.* 42

**Num. 3.** *An innocentia præferenda ſit philautia?* ad qv. 1. 9.

Cicero. *Rei familiaris amplificatio nemini nocens non eſt vituperanda, ſed fugienda ſemper injuria.* Cicero de Offic. 1.

*Si quando cum illo, quod honeſtum, intelligimus pugnare, id videbitur, quod appellamus utile, formula quædam conſtituenda eſt.* Formula verò, qvam deſcribit, eſt hujusmodi: *Detrahere aliquid alteri, & hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ poſſunt corpori accidere, aut rebus externis, &c.* multa, eòdem ſpectantia, apud Ciceronem in tertio de Offic. videri poſſunt.

Ariſtoteles. Τοῦ δ' *ἀδικήματος, τὸ μὲν ἔλαττον ἀδικεῖσθαι, τὸ δὲ μεῖζον τὸ ἀδικεῖν, inter ea, quæ ἀδικήματα, ſeu contra jus dici poſſunt, minus eſt injuriâ affici, majus verò afficere.* De morib. lib. 5. cap.

cap. 9. Idem etiam affirmat cap. ultim. libri ejusdem: *Pejus, inqvit, eſt injuriâ afficere; qvippe qvod id, cùm vitio fiat, & ſit vituperabile.*

Crellius. *Rectiùs ſentiunt viri boni & ſapientes, deterius eſſe, injuriam facere, qvàm eandem perpeti, qvia illud turpe eſt, hoc tantum damnoſum. Deterius enim id, qvod turpe eſt, qvàm qvod damnoſum tantùm; quemadmodum contra majus bonum eſt honeſtum, qvàm utile.* Crell. Ethic. Ariſt. p. 2. c. 18. q. ult.

Metellus. *Q. Metellus* hanc honeſtatem utilitati ſuæ & patriæ, cui lege gratitudinis erat obſtrictus, egregiè prætulit. *Celtibericum* enim *in Hiſpania gerens bellum, cùm urbem Centobricam obſideret, & jam admotâ machinâ partem muri, qva ſola convelli poterat, disjecturus videretur, humanitatem propinqvæ victoriæ prætulit. Nam cum Rhetogenis* (amici ſcilic. Romanorum) *filios Centobricenſes machinæ ictibus ob-*

ja-

*jeciſſent, ne pueri in conſpectu patris crudeli mortis genere conſumerentur, ab obſidione diſceſſit.* Valerius Maxim. l. 5. c. 1.

Elihu ad Jobum. *Cave tibi, ne reſpicito ad iniqvitatem, ut hoc eligas præ afflictione.* Job 36. 21.

Notum eſt, Hobbeſium aliud ſtatuiſſe, Leviath. p. 1. cap. 14. & de Cive cap. 1. num. 4. 10. Scil. *Statum hominum naturalem eſſe bellum: voluntatem alios lædendi omnibus ineſſe naturaliter, naturamq; unicuiq; jus dediſſe in omnia, etiam in aliorum corpora:* qvod an ſingulare Malmesburienſis ſit, an ei cum Epicuro commune fuerit dogma, nondum liqvet.

Q. *An, ad mortem evitandam, alteri non poſſit mors inferri?*

Hoc, fateor, non paucos ſuſpenſos tenuit, an non ad vitæ ſuæ conſervationem, qvidlibet damni inferre licitum ſit? Nec rarò hujusmodi ſupponuntur caſus, qvamvis rarò eveniant. Titius

vi

Digitized by Google

ur divinâ cum Mævio è naufragio in inſulam, ab omnibus deſertam, tutò devehitur; ad cibum nihil eſt inventum; uterq; anthropophagus; alter, Mævius ſcil. præ Titio virium impos. Qvid facient? Mors ne Titio, cùm fortior ſit, expectanda? an non potiùs vis infirmiori inferenda? Hoc enim ſvadet natura, ne, cùm vitam ulterius poſſim protrahere, complicatis, ut ajunt, ulnis in proprium velim delabi interitum. Et malim qvidem, ut de ipſa vita aut corporis bono inſtituatur qvæſtio, qvàm de iis, qvarum donatricem vulgò agnoſcimus fortunam. Cùm enim in confeſſo ſit, ea aliqvando communia fuiſſe, nec leges conventionesqve (a) appareant, qvo-

(a) Spectandum eſt, qvæ mens eorum fuerit, qvi primi dominia ſingularia faciebant, qvæ credenda eſt talis fuiſſe, ut qvam minimum à naturali æqvitate receſſerit: hinc ſeqvitur in graviſſimâ neceſſitate reviviſcere jus illud priſtinum rebus utendi, tanqvam ſi communes manſiſſent, qvia in omnibus legibus humanis, ac proinde in lege dominii ſumma neceſſitas videtur excepta. *Grotiꝰ de Jure belli l. 2. c. 2. §. 6.*

qvousq; acqviſitum ex occupatione & in qvibus caſibus obtinere debet dominium, qvid damnum ſit ex ignorantia ejus, qvod proprium cenſeri debet, non facilè liqvebit? Qværatur igitur, an Titio natura ſvadeat, ut, ad ſuam conſervandam vitam, Mævium depaſcat, & tandem, an ſvadeat, honeſtum eſſe. In confeſſo eſt, nullum eſſe vitium, cujus ferè actus ex φιλαυτίᾳ & φιλονεικίᾳ cauſſam non habeat impulſivam, penitiſſimèq; inſitum ſemper aſſerui, ut qvoqvo modo bona noſtra etiã per damna & injurias tueamur: neq; ſemper, qvod in intimis præcordiis ſpirant, cogitant voluntqve fibræ, id mens ut honeſtum probat.

Concludo igitur, ad vitam tuendã, mortem alteri non poſſe inferri, imò neqve membrum diminui. Prima ratio eſt, ipſa æqvitatis & juſtitiæ, qvæ contrarium ſvadet, conſcientia, qvæ generaliter reum arguit qvomodolibet inno-

innocentes lædentem. Imò velim unicam hanc attexi, qvamvis contraria ſententia non paucis implexa abſurditatib9 videatur. Neq; enim, ubi conſiſtant, ſciunt. Si enim, ad vitam tuendam, in vitam alterius eſt ſæviendum, qvidni etiam, ut caveam, ne à trunco corporis omnia amputentur membra? Grande enim hoc malum; nec morti multò poſthabendum. Sin verò cavere poſſim, ne membra omnia amputentur per damnū alterius, cur non etiā ita cavere de membrorum dimidio potero? adeòqve deſcendi uſqve poterit, ut licitum cenſeatur, vel ad ſervandum digitulum, alii nocere. Hoc verò ſi qvis ut licitum & honeſtum probet, qvid impedit, qvò minùs ad prædium amplum vel tuendum vel acqvirendum bonos malo multem? Amplum enim prædiū magis apud pleroſqve, dominium regnaqve apud alios magis, qvàm parvum qvodqve membrū æſtimatur. Eòq; tandem deveniri eſt



Digitized by Google

neceſſe, ne qvidqvam inhoneſtum eam ſeqvatur, niſi ſi qvod ex commodo proprio ſvaderi non poſſit, maximaqve peribit prorſus vitiorũ ſeges, qvæ ut plurimum, ut ſuo loco eſt notatum, ex philautia ſolent enaſci.

N. 41. *An in actionibus φιλαυτίᾳ præferenda ſit gratitudo? ad q. 3. 21. per Conſ. ad 4, 5, 28, 39.*

Ariſtoteles: Δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς ἐπαρκεῖν. *Videntur autem filii parentib⁹ maximè res ad victum neceſſarias ſuppeditare debere, tanquam debitores: Pulchrius eſt iis, per quos ſumus, qvàm nobis ipſis his in rebus opitulari.* de Morib. ad Nichomach. lib. 9 c. 2.

En verò aurea planè ſunt, qvæ apud Philoſophum lib. eod. cap. 8. habentur. Concludit enim ad finem ferè capitis: Ἀληθὲς δὲ τὸ περὶ τοῦ σπουδαίου, καὶ τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν, καὶ τῆς πα-

τρί-

τρίδος κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν, κλ. *Quod autem de viro bono dicitur, cum multa & amicorum & patriæ cauſſa agere, etiamſi mors ei ſit oppetenda, verum eſt. Nam & pecuniæ, & honorum, & omniũ eorum bonorum, de quibus homines inter ſe decertare ſolent, jacturam faciet, ut ſibi ipſi honeſti poſſeſſionem comparet ac vindicet. Pauliſper enim magnâ voluptate potiri, quàm diu parvâ, & annum unum honeſtè vivere, quàm multos temerè, & ex arbitrio nutuq; fortunæ, multò malit: Unam deniq; actionem magnam atq; honeſtam multis & parvis anteponat. Atq; hoc iis, qui vel pro amicis, vel pro patria excedunt à vita, æquè contingit. Magnã igitur ſibi honeſtatẽ ſumunt atq; eligunt. Pecunias quinetiam libenter projecerint atq; profuderint, ut amici ampliores conſequantur. Amico enim pecunia, ipſi honeſtum quæritur. Majus autem bonum ſibi ipſi tribuit. Idem de honoribus & imperiis ſeu magiſtratibus ſentiendum eſt.*



Digitized by Google

*Hæc enim omnia amico cedet, quoniam hoc ei & honeſtum & laudabile eſt.*

Argumentum pro philautia apologeticum imprimis auſpicatur caput: Sibi, inqvit, qvisqve plurimùm eſt amicus, ergò ſibi à qvoqve plurimum eſſe tribuendum. Φασὶ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν φίλον, &c. *Aiunt, eum maximè amare oportere, qui maximè eſt amicus, at is maximè amicus eſt, qui, quem vult bonis ornatum eſſe, eum vult illius ipſius cauſſa ornatũ eſſe, etiamſi nemo ſciturus ſit,* (hunc ſc. illud velle) *Hæc autẽ inſunt in unoquoque erga ſeipſum maximè, & cætera etiã omnia, quibus amicus definitur. Supra* (a) *enim diximus omnia, quæ amicitiæ propria ſunt, à nobis ipſis profecta etiam ad alios permanare ac pervenire. Atque omnia proverbia conſentiunt, quale eſt illud,* μία ψυχὴ, καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, καὶ ἰσότης φιλότης, καὶ γόνυ κνήμης ἔγγιον. *hac enim omnia erga ſeipſum inſunt maximè. Sibi enim maximè quiſque amicus eſt; quò fit, ut maximè ſibi quiſque ſit di-*

li-

*ligendus.* Ariſtoteles diſtingvendum de vulgi argumento judicat. Summa reſponſionis huc redit: Qvod vir bonus optimè ſibi conſulit etiam, qvando res, ob qvas vulgò fit concertatio, amico cedit, ſibi autem ex honeſtè factis (qvæ ſec⁹ faciendo comparare non poſſit) hilarem & glorioſum poſſidet mentem; hoc eſt, parva omiſſa, qvæ ex reb⁹ externis provenit, magna ex beneſactorum conſcientia fruitur voluptate: hanc ſi qvi opibus poſtponunt, δικαίως τοῖς ἄγαν φιλαύτοις ὀνειδίζετ[αι].

Seneca: *Prodeſt gratum eſſe: ero tamen gratus, etiamſi noceat: qui gratus eſt, quid ſeqvitur? hæc res illi alios amicos, alia beneficia conciliet. Qvid ergo, ſi qvis offenſas ſibi concitaturus eſt? Gratus animus ipſâ virtute propoſiti ſui ſatis capitur.* de benef. lib. 4. cap. 20.

Plato ad Archytam ſcripſit: *Plato non ſibi ſoli ſe natum, ſed patriæ, ſed ſuis, ut perexigua pars ipſi relinqvatur.* Cic. de Fin. 2.

X 3 Qvin-

Qvinetiam de caritatibus, quæ ad *Φιλαυτίαν* accedunt proximè, non diſſimiliter honeſtum vulgo ſtatui videtur, eatenus & iisdem in caſibus gratitudinem *ϛοργῆς* in prolem & conſangvineis anteferri, qvatenus & qvibus in ſpeciebus ſui amori eadẽ præferatur. Qvid enim æqvius eſt, qvàm ut officia, qvæ philautiæ poſtpoſita invenimus, iis etiam poſtponantur, qvæ ipſa *Φιλαυτίᾳ* ſunt potiora?

Abſit enim, ut cogitemus, omnia ejusmodi eſſe beneficia, ut nefas ſit, iis non retribuere; abſit, ut negemus omnem prorſus *Φιλαυτίας* juſtam hac in cauſſa prælationem. Neqve enim cujuslibet intuitu beneficentiæ corporis ſtatim & fortunæ projicienda ſunt bona. Qvid igitur hoc in genere faciendum? Qvæ morum regula? Qvo pacto manifeſtum fiet, qvando tandem, qvibusqve in caſibus juſtum eſſe imprimis incipiet ad bona ſervanda, vili face-

re

re retributionem? Nihilne hac in re reliqvit natura? Oraculo ad tam vulgaris officii partem declarandam indigemus? Minimè gentium. En regulam, communi hominum conſenſu munitam, mihi ipſi intimè probatam, aliisqve qvamplurimis, qvorum hac in re ſciſcitabar aliqvando præcordia. Hoc ſcilic. par pari referre, ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι phraſi Apoſtolicâ & gentili, αὐτῷ τῷ μέτρῳ ἀποδοῦναι juxta Heſiodum, ἀντιπεράν apud Euripidem, & grande benefacientibus in proverbio ἀντιπελαργεῖν. Cùm enim, ut notat in adagii explicatione Eraſmus, reliqva animantia tantiſper amant agnoſcuntqve parentes, dum eorum egent ad nutritionem operâ, una ciconia parentes, ſenectâ defeſſos, viciſſim alit, & volandi impotentes humeris geſtat, amorem eâdem planè benè merentibus remetiens menſurâ. Hinc etiam Ἀντέρως inter Dæmonas ſuum ſibi vendicavit cultum, eâdem prorſus ra-

tione, qvâ Mnemoſyne, Nemeſis, Cupido à Mythologiæ operam navantibus dii facti. Hiſtoria eſt, qvod cum Cupido infans parum adoleſceret, Venus Themin deam eâ de re conſuluit, qvæ Veneri reſponſum tulit, Cupidini ἀντέρωτα neceſſarium eſſe, qvi rependat vices, ut mutuam utrinqve dent operam; cui Venus acqvieſcens ἀντέρωτα genuit, &c. Vid. Vincentium Chart. de imagin. deorum, cap. Cupido.

Summa igitur hæc videtur, eatenus bonis noſtris beneficii gratiâ cedendũ eſſe, qvatenus is rebus ſuis noſtrĩ ratione ceſſerit: Neqve me illius cauſſa ad incommodum teneri, qvẽm, temerè & gratis licet benefecerit, ad incommodũ tamen ſuum hoc facere noluiſſe conſtat. Nonne igitur, τὸ λῷον, nonne cumulatius retribuendum? Non ſapientum qvod facit Salmaſius ad fœnorationem divertam dicta. Qvid igitur? Nihil ſanè ulterius abſolutè à natura re-

qvi-

qviri, facilè aſſero, imò neqve ab autoribus citatis: Eâdem menſurâ, qvâ acceperis, reddere ſtinctè jubent, cumulationi verò ſub conditione, αἴκε δύνῃαι, ſi poſſis. Id verò poſſumus, qvod ſalvis rebus noſtris poſſumus, juxta juris adagium, qvod res familiaris fert. Qvis enim aliàs res ſuas non poſſit alienare, niſi poſſet? ſuæ certè non benè audiunt, ut in Rhet. advertit veterum in Philoſophiâ princeps habit⁹ Ariſtoteles. Non improbum eſt, imò planè liberale & munificum, cumulatius rependere, ad officii tamen integritatem (niſi ſine incom̃odo fieri poſſit) pertinere non videtur. Ita ut morum hæc & vivendi, qvod gratitudinem attinet, potior ſit norma, ut actus φιλαυτίας & affectus naturalis in prolem & cognatos eorum ſolùm poſtponamus cauſsâ, qvi noſtri ratione ſe aliqvando prolemqve ſuam & ſangvine conjunctos poſtpoſuerunt. Cæterùm ſi qvis aliunde, qvàm à bene-

volentia motus ſine damno ſuo plurimû benefecerit, curandum eſt, ut illi ſine damno tuo retribuas æqvaliter: ſin non poteris, facti impoſſibilitas alias qvacunqve, qvàm culpâ ſuâ factum, impotentem faciet excuſatum.

Hoc autem non leviter aut perfunctoriè animadverſum velim, veriſſimum ſinceræ benevolentiæ indicem eſſe, voluntariam ſui abnegationem, ex qva, tanqvam Lydio lapide, cujusmodi ſit affectus, *qvid fictum ſolidumve crepat*, diſtinctè percipimus. Neq; enim benevolentia ab eventu æſtimanda eſt, aut inſecuto nobis, ut contigit, bono. Sic enim inimici, ſæpiùs etiam nolentes inimicis benefaciunt. Sed ſciſcitanda mens eſt, ſiqve ex decreto alteri benefaciendi, non ex caſu fortuito, ſuum qvis poſtpoſuerit deſiderium, benevolus is proculdubio eſt, alterumqve ſibi, cujus gratiâ ſe abnegare voluit, ſi qvid ego rectè cenſeo, reddit obligatum. Et qvod ad

qvan-

qvantitatem attinet, in qvantum qvisq; magis alterius cauſſa ſe ſuaqve abnegaverit ſtudia, eò magis benevolâ mente eſſe dicimus, adeòqve alterum ex gratitudinis lege, qvæ par pari reddi vult, in tantum magis gratiarum ergò rependendum obligari, judicamus.

Hujus judicii fundamentum abundè videtur à Servatore comprobatum. Caſus eſt Marc. 12. 43, 44. Luc. 21. 1, 2, 3. &c. divites in Gazophylacium plurimum injecerant, vidua qvædam paupercula minuta æreola duo: qværitur, utra munifica magis & liberalis erogatio? Reſpondet Servator: Viduæ. Divites enim non ex neceſſario, ſed ſuperfluo & redundanti, qvod placuit, immiſerunt: Paupercula verò, etiam in penuria ſua, omnia, qvæ habuit (eſto duo tantùm fuiſſe æreola) etiam totum ſemel immiſit victum; ſeqve adeò in rei omnis inopiam vitæqve anguſtias conjecit. Summa rationis eſt, plus præſtâſſe

viduam, qvod divites minùs, vidua magis bona poſtpoſuiſſet ſua, ſeqve ipſam abnegâſſet.

Atqve hæc una eſt, qvæ mihi jam ſuppetit ratio, cur antiqvitus (cùm omnia illis imminerent malà, qvi Chriſtum profiterentur) hoc unicum in Scriptura integri & ſinceri ſpiritûs, tanqvã exactiſſimũ indubiumq; ponatur *ὁμολογεῖν, profiteri ſcilic. Jeſum Chriſtum in carnem veniſſe*, 1. Joh. 4, v. 2. *& eſſe Filium DEI* verſ. 15.

Ea enim ſeculi iſtius tempeſtas erat, ut in judicia deduci eos neceſſe eſſet, & in crucis periculum incurrere, qvi eam tuebantur profeſſionem, iisqve, qvibus ſeqvi Chriſtum animus erat, ſeipſos imprimis (qvod & Servator ipſe ſæpiùs præmonuit) non abnegare fuiſſet impoſſibile. Qviqve hunc articulum ſolum palàm ſunt profeſſi, ab ipſa in periculis fortitudine viciſſe mundum, foràs ejicere metum dicebantur, atqve ejus-

modi

modi alia paſſim nanciſcebantur magni animi præconia: mutato verò rerum ſtatu, & cùm jam tuta & utilis hujusmodi reddatur profeſſio, qvi ſeipſum inde ſolum dijudicaverit integrum, qvod Chriſtum, idqve ſine deprehenſa in ſe ſui abnegatione, profiteatur, miſerè ſibi & conſcientiæ ſuæ fucum fecerit.

**Num. 5.** *An prolis amori ſui amor præponendus ſit? ad q. 4. 28.*

Non ita ad prolem facti ſumus, ut ejus ratione noſtri obliviſceremur, aut curam ſeponeremus. Secus ſi ſe haberet res, qvamprimum vir qviſpiam mulieri maturus eſt, fœminave viri potens, peccaret certè, ſi non ſolicitarent, ambirentqve aut nuptias, aut aliud conjunctionis gen⁹ procreandi cauſsâ. Notum tamen eſt, maximam hominum partem nihil honeſtius cogitare, qvàm aut differre conjugia, aut ab iis omninò abſtinere. Qvotusqvisqve eſt hominum, qvi tàm citò eâve juventute veneri

indulget, qvamprimum eſt ad progeniē faciendam naturaliter idoneus? Neqve alia moræ redditur vulgò ratio, qvàm eum eſſe corporis, cum rei familiaris ſtatum, id ſui ingenium, ut ſine moleſtiâ liberorum qvæcunqve procreatio admitti non poſſit. Nullaqve juſtior abſtinentiæ apud ſapientiſſimos cenſetur cujuspiam cauſſa, qvàm hac in re ſui amor & cura: ita ut nullus reſtet dubitandi vel hoc argumento locus, φιλαυτίαν φιλοτεκνίᾳ eſſe potiorem. Qvid? nonne & Apoſtolus omnimodam continentiam à venere, hoc unico ab amore ſui ducto argumento, perſvadere videtur? 1. Cor. 7. *Velim*, inqvit, *omnes homines eſſe, ſicut ipſe ſum*. v. 7. Cur verò? qvia ſcil. *nupti afflictionem in carne ſunt habituri*. v. 28. Voluit autem magnus ille gentium Doctor, ſuos absqve ſolicitudine eſſe Corinthios, v. 32. qvod in nuptiis non ita facilè contingit. *Qui enim ducit uxorem, ſolicitus eſt de iis,*

qva

*qvæ ſunt mundi.* v. 33. Adeò, ut proprio cujusqve bono curam progeniei ab omnibus poſthabendam planè reſcribat.

Miſſa facio alia argumenta, qvale eſt ad probandum, communem hanc hominum prolepſin, hoc: Neminem uſqvam in rationalium genere comparuiſſe, qvi ea tempeſtate prolis ſeponere ſtudium inhoneſtum cenſuit, cùm id facere ſalutis propriæ intereſſet. Poſſit patri carior eſſe filii, qvàm vel ipſius vita: qvis verò eſt, qvi eâ deſtitui caritate improbitatis notat? Neqve enim ſi alterum ſibi erui oculum paſſus ſit Zeleucus, ne utroqve careret filius, juſtitiam hoc à patre exegiſſe, ipſe pater Zeleucus cenſuit. Verùm, qvod facilè potuit, indulgere aliqvid gnato placuit, nec beneficentiam ſuam nimis arctis juris naturæ vinculis coarctari. Fruſtrà autem hac in re plura. Hiſtoria eſt de naufrago, qvi in alto mari cum bina prole ſibi appenſa ad litus nare contenderat: Qvid

fit?

fit? Lubenter avidèqve ſuſtinet, qvoad oneri ſe imparem perſentiſceret parens; deîn alterum humero adhærentem decutit, & viſo adhuc, qvod de vita ipſe periclitaretur, ſimilem utriqve ſortem cæteris ſui tutelam præferens dimenſus eſt. Qviqve magis ſenatis, qvàm ſibi, indulgere ſunt comperti, hoc tamen non liberorum, ſed ſuâ cauſsâ, id factitârunt, ne ſcilicet ipſi honore & memoria nomineqve (qvæ maxima apud pleroſqve cenſentur bona) extinctâ prole aliqvando carerent. (q)

(q) Alia ratio affertur à Theologis, dum dicunt parentes eligere, mortem loco filiorum ſuſtinere, ſi ſcilicet æternæ damnationis periculum incurrant. Et ſic è duobus malis minimum eligunt. Plus enim eſt, filium in gehennam præcipitari, qvàm patrem ex hac vita decedere, cujusmodi exemplum habemus in Rege Davide, qvi audiens filium Abſolonem occiſum eſſe, tanto afficiebatur mœrore, ut à lacrymis & qverulis vocibus ſibi temperare haud poſſet, ſed exclamaret: O Abſolon, mi fili, utinam ego tuo loco mortem ſubire poſſem. 2. Sam. 18. v. 33.



Digitized by Google

**NUM. 6.** *Innocentia an gratitudo præferenda? ad q. 8;19.*

QVæritur, annon lædendus alter, ſi eo non læſo, non poſſint gratiæ benè merenti referri? Reſp. Non lædendum. Juri enim naturæ ſufficit benevolentiæ gratia, cùm benefaciendo retribuere qvis poſſit, idqve ſine innocentium detrimento: Debemus certè benè à nobis merentibus gratias, qvi eas reponere noluit ἔκλεψε θέμιςας: at præſtare beneficia univerſim non tenemur, gratum animum tenemur: Poſito verò hoc, tanqvam fundamento, qvod qvidem mihi aliisqve, ſi bonâ fide animi ſenſus expreſſerint, perſvadet natura ipſa, in agendis gratiis neminem ad benefaciendum teneri, niſi qvem penes fuerit, ſine innocentium detrimento benefacere: nulli occurrunt caſus hac in parte, ſibi invicē repugnantes: Nunqvam enim neceſſarium eſt futurum, Titius ut ingratus ſit, aut alterum lædat. Ingratus enim

juxta

Digitized by Google

juxta hypotheſin non eſt, qvi non benefacit, cùm benefacere ſine alterius norâ non poſſit.

Unicuiq; incumbit, ut grato animo ſit erga beneficum, grati verò animi ſigna tantiſper licet differre, donec ſine injuria qvisqve poſſit ſe gratum oſtendere. Injurius eſt, qvi perſeverat in injuſtitia, puta, ſi debitum non ſolverit. In ſignum gratitudinis imprimis offerre ſolebant veteres ſacrificia Creatori, Conſervatori & Redemptori DEO. Cùm ſimul & ſemel duabus actionibus ut qvis incumbat, ſit impoſſibile, qværitur, an prius curandum ſit, ut grato me animo erga Deum oſtendam, an ut fratri ſatisfacerem de damno dato? Reſpondet Servator: *Si munus tuum attuleris ad altare, & illic memineris, fratrem tuum habere aliqvid contra te: Omitte illic munus tuum coràm altari, & abi, primùm reconciliator fratri tuo, & tunc, ubi veneris, offer munus tuum.* Matth.

Matth. 5. v. 23. 24. Quod ſi damna vicino facta priùs ſunt reſarcienda, quàm gratia ſummo Deo pro infinitis beneficiis reddi debeat, certè gratia, homini debita, nullâ ratione innocentiæ præferenda videbitur.

Hic etiam ponitur caſus à Muſonio Philoſophorum inter acutiſſimos: *Nemo, inquit, illum inobedientem appellaverit, qui patrem avarum habens ab eo furari, aut depoſito fraudare quempiam juſſus, non exequitur imperata. An non putas, aliquos eſſe patres, qui filiis ſuis imperent? Ego certè quendam novi adeò ſceleratum, ut filii, quem formoſum habebat, pulcritudinem vendere auſus fuerit. Quod ſi hic adoleſcentulus à patre venditus, & miſſus ad turpe facinus contradixerit, neq; iverit, an potiùs, eum inobedientem, aut caſtum & ſobrium eſſe, dicemus? Itaq; ſive patris, ſive magiſtratus, ſeu Domini præceptis quis non obſequens fuerit, nequaquam inobediens eſt, uti etiam*

iam

Digitized by Google

*iam neque injuſtè, neque perperam facere. Verùm ille duntaxat immoriger eſt, qui benè honeſtèq; utiliterq; imperata negligit, & non obtemperat. Quamobrem & parentibus ſuis tum demum aliquis obedit, cùm ſponte facit, quæ ipſi rectè juſſerint.* Stobæus 5. 77.

Satis eſt etiam ſecundùm naturam inſitam hominibus juſtitiam, qvod habet Apollonius Tyanæus: ὁ τὴν δικαίαν ἀμοιβὴν τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς εὐνοίας ἀντάξιον ἀποδιδοὺς, οὐκ ἐξ ὧν κακῶς τινα δρᾷν ὀφείλει ταῦτα παρέχειν. *Euſeb. Præp. Ev. libr. 4. cap. 14.*

*Multi ſunt, qui cupidi ſplendoris & gloriæ, eripiunt aliis, quod aliis largiantur: Hiq; arbitrantur, ſe beneficos in amicos ſuos viſum iri, ſi locupletent eos quâcunq; ratione. Id autem tantum abeſt ab officio, ut nihil poſſit officio magis eſſe contrarium. Videndum eſt igitur, ut eâ liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. Quare L. Sylla & Caji*

*Caji Cæſaris pecuniarum translatio a juſtis dominis ad alienos, non debet liberalis videri.* Cicero 1. de Offic.

**Num. 7.** *Annon lædendus alter, ut aliis benefiat, vel liberis, conſangvineis, vel ignotis? ad q. 10, 11, 12, 25, 31, 42.*

Rectiſſimè videtur à Cicerone dictum: *Qvi aliis nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem ſunt injuſtitia, ac ſi ipſi in rem ſuam alienam convertant.* Offic. 1. Certè ſive liberi ſint, ſeu cognati, ſive ignoti, in confeſſo eſt, minorem ad eos, qvàm ad noſmet, eſſe obligationē. Si igitur procurando ignoti, aut prolis ſuæ bono qvis alii nocuerit, non minùs peccat, qvàm ſi ſuâ cauſsâ tantundem faceret.

**Num. 8.** *Qvod fides, qvomodocunqve data, directè contra expreſſum aliqvod naturæ dictamen, nullâ ratione obligare qvempiam poſſit.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc ſine controverſia naturæ eſt interdictum: Ne qvid paciſcamur directè contra qvæcunqve ipſius placita, ſi qvid ita pactum fuerit, ne ratum habeamus. Qvisqvis igitur promiſerit, ſe dehinc injuriis daturum operam, ingratum aut fædifragum fore, ſui curam omninò ſepoſiturum ἄστοργον εἶναι, regulam de vulgari caritate vili habiturũ, inutiliter promiſit, nec poteſt ſe ad exeqvenda hujusmodi promiſſa obligare. Qvid enim? Nihil cogitari poteſt ſtultius, qvàm à natura homini leges ita dari, ut facilimè per ejusmodi promiſſa tolli poſſint, & penitùs abrogari. Hæc ipſa eſt res, de qya qveri videtur Servator, Matth. 15. v. 5. & Marc. 7. Judæorum ſeniores judicio eſſe corruptos: *Deus*, inqvit, *mandavit, dicens: Honora patrem tuum & matrem. Vos autem dicitis: Qvicunq; dixerit patri aut matri, donum eſt, qvocunq; à me juvari poſſis, inſons erit: & neqvaqvam honorabit patrem*

*trem ejus aut matrem. Sic irritum feciſtis mandatum Dei per traditionem veſtram.* Abſurdæ eos arguit audaciæ, qvod aliqvid penes ſe eſſe, qvo mandata Dei tollerentur, crederent.

Formulæ hujus voti apud Grotium in Notis ad Matth. cap. 15. extant tales: 1. *Qvicqvid paravero, de illo non comedet pater meus qvicqvam*, ex Codice Nehardin & Maimonide. 2. *Sacrum erit, qvicqvid paravero in futurum ad os patris*, ex libro Caph. Nacal. 3. 3. *Qvicqvid paravero patri meo, ſacratum eſto; Qvi ſic vovit, non poteſt irritum facere votum*, ex R. Niſſim. *Freqvens enim fuit*, ut ibidem habet Añotator, *Judæis, ut non voto tantum, ſed & jurejurando ſe obſtringerent, ne huic aut illi benefacerent; qvod tum ex Hebræorum Magiſtris diſcimus, tum ex Philone, cujus hæc verba ſunt notatu ad hanc rem digna:* Εἰσὶ δ᾽ οἱ τὴν φύσιν ἄμικτοι καὶ ἀκοινώνητοι, δι᾽ ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγονότες, ἢ καὶ

ὑπὸ

ὑπὸ ὀργῆς, οἷα χαλεπῆς δεσποίνης ἐκβιασθέντες, ὅρκῳ τὴν ἀγριότητα πιστοῦνται τῶν ἠθῶν, οἵτινες οὔ φασιν ὁμοτραπέζου, ἢ ὁμορόφιον ἕξειν τὸν δεῖνα, ἢ πάλιν τῷ ΔΕΙΝΙ ΜΗ ΡΕΞΕΙΝ ΩΦΕΛΕΙΑΝ τινὰ, ἢ παρ' ἐκείνου τινὰ λήψεσθαι καὶ μέχρι τελευτῆς. *Quod ſi is, qvi tale votum nuncupaſſet, poſtea, immutatâ voluntate, largiri aliqvid vellet,* τῷ δεῖνι, *Sacerdotes, qvorum magna pars erant Phariſæi, rem ex voti lege ærario vindicabant. Notabile eſt, qvod Tyrii, cùm vetarent* τοὺς ξενικοὺς ὅρκους, τὸν ὅρκον καλούμενον κορβᾶν. Hæc Grotio autore.

Plenè qvid de ejusmodi votis, juramentis, vel fide qvoqvo modo pactâ, qvæ talem contineat cauſſam, ipſe ſentiat, explicat doctiſſimus juxta atqve optimus Sanderſonus de Jurament. obl. Præl. 3. §. 7. *Plurimos*, inqvit, *videas, qvos nullâ officii conſcientiâ ad rectè agendum compuleris, juramenti tamen re-*

li-

ligione itaque astrictos teneri, ut quod malo consilio juratum est, ad id ipsum (r) implendum pessimo errore se putent ex juramenti vinculo obligatos. Atqui apertâ ratione constat, nec ullum jusjurandum quodcunque illicitum est, ullam esse obligationem, nec non tantulam ullam vim accipere à juramento.

(s) Ejusmodi exemplum habemus in Jephtha, qui ob religionem filiam mactavit. Jud. 11. 30.

Sæpe plerique constringunt se jurisjurandi sacramento, ut cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, Sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderunt. Amb. 1. de Offic. 12.

Et juravit illicitè, & perseveravit injustè. &c. Bernh. Ep. 219.

Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. 22. 22. quæ. 4. c. in malis.

Et Sect. 8. *Si, inquit, quis juraret, accidere patrem, natum infantem exponere, adulteram dictis loco & horâ convenire; aut cum aliis conjuraret in societatem furti, latrocinii, fraudis, aut alterius cujusvis, quæ sunt peccata admissionis; vel si juraret, patrem senem & egenum non alere, pauperibus eleemosynas non erogare, &c. quæ sunt peccata omissionis,*



Digitized by Google

*adverſus præcepta ſecundæ Tabulæ. De his & iſtiuſmodi rebus, ſimpliciter & univerſim illicitis, ex omnium conſenſu itaque ſimpliciter & univerſim obtinet hypotheſis: Nullum eſſe poſſe ex voto, promiſſo, juramento, vel aliunde obligationem.* Hujuſmodi pacta, vota, promiſſiones turpe procul dubio cauſſam continentia, contra bonos mores ſunt; certe multo magis morum improbitate & turpitudine abundant hæc, quam quæ vulgo in jure contra bonos mores, & turpem cauſſam continentia dicuntur pacta, quæ tamen nullo modo ſunt obſervanda. ff. de pactis l. ſi unus. 27. §. 4. & l. alia. 14. §. 1. ff. ſoluto Matrim.

Imò leges ipſæ, quarum vigor in conventione conſenſus & pacto civium conſtat, contra naturæ ſeu præcepta ſummi Numinis factæ, nihil valent, nec pariunt qvamcunq; obligationem, juxta qvod in legibus noſtratibus imprimis Juriſconſulti ſtatuunt: *Si qvæ, inqvitunt, reperta ſit conſvetudo aliqva generalis,*

*vel ſit etiam ſtatutum* (id eſt conſtitutio autoritate Regis, Procerum, & plebis facta) *ſiat Legi DEI repugnans, puta, ſi cautum ſit, ne quis eleemoſynam quomodocunq; indigentibus erogaret, ſtatutum illud ſeu conſuetudo nulla eſſet.* Doctor and Student. lib. 1. cap. 6.

**Num. 9.** *An fides innocentiæ præferenda? ad qu. 7. 13.*

Promiſſis potiùs abrenunciare, quàm lædere innocentes, naturæ certè in hominum cordibus eſt reſcriptum. Quis conſpirationis Catilinariæ correos impietatis potuiſſet arguere, ſi à tàm immani facinore, etiam poſt fidem datam, deſciviſſent, & ſatorem ſartoremqve ſcelerum reliqviſſent deſtitutum? Si qvem eorum, qvi in vitam *Pauli* conjurati narrantur Act. 23. v. 21. pœnituiſſet inſtituti, ſuasqve ſibi ſangvine innoxio pollui manus noluiſſet, an à qvoqvam hoc ei [illegible]oneſtum cenſeretur, qvod recuſaverit parricidarum machinationibus

ulterius uti? Impiumne cenſebitur, latronibus confœderatam fidem reſcindere? A nemine, quantum ſcio, quod ita communi omnium judicio eſt παράδοξον, defenditur. Nec intereſt, an qui fidem dederit, ante eam initã ſciverit, ejus præſtationi ſecuturam injuſtitiam, an non ſciverit; Poſteriori, in ſpecie damnatur Herodis ſc. Tetrarchæ factum, cujus hiſtoria Matth. 14. extat: *Is ſaltatriculæ ex fratre nepti gratiã facturus, juravit ei ſe daturum, quicquid peteret: petiit illa rem iniquiſſimam; hominis innocentis & indemnati amputatum in patina caput. Rex fieri juſſit* διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους. *Eſto* (inquit Sanderſonus de juramenti obligatione præl. 3. Sect. 16.) *hoc nobis exemplum in cautelam; & meminerimus, juramentum ſic indefinitè prolatum, tacitâ ſuâ juſtâ exceptione tamen ſemper eſſe intelligendum.*

Num. 10. *An fides gratitudini præferenda? ad q. 14, 20.*

Digitized by Google

Imprimis hoc à natura cenſuimus præcipi, ne qvis paciſcatur qvicqvam directè, contra naturæ placitum qvodcunqve; adeò ſervari non oportebit hujusmodi pactum. *Hoc ſi modo mihi dederis, qvamvis in poſterum facilè potero gratũ me exhibere, nullº tamen exhibebo.*

Sin verò ita ineatur, ut pacto ſit conſeqvens hujusmodi indigentia, qvæ impedimentum eſt, ne gratias benè merenti poſſim retribuere; aut illa provideri potuit, aut non potuit indigentia. Si non poſſit, impoſſibilitas à peccato excuſat; atqve ad pactum conſiſtit obligatio; actusqve gratitudinis alia, ſi poſſit eſſe, captanda eſt occaſio. Si poſſit provideri, peccavit paciſcens, qvod præ negligentiâ ſuâ eò devenit res, ne poſſit in omnibus à ſe naturæ ſatisfieri; Manet tamen obligatio ad fidem juxta exigentiam pacti præſtandam. Ratio, cur credam, me in hoc caſu ſic obſtringi hæc eſt: qvod in omnibus, qvantum ex

hiſtoria aſſeqvor; gentibus habeatur rata, qvæ etiam his conſeqventib⁹ ſunt pacta; nec, exceptiones hujusmodi opponi, uſpiam legim⁹; Non debeo, qvod pactus ſum præſtare, qvoniam conſeqvens eſſet, patrem meum aut amicum indigere. Certè hujus alicubi in natura extaret exceptionis veſtigium, ſi beneficia amicorum conventiones qvascunqve irritas facerent.

Sed qvomodo à peccato liberabitur, qvi ſuam ita diminuit potentiam? Reſp. non per violationem juris ejus, qvi cum contrahente bonâ fide contraxit. Neq; enim illi incumbebat, malas ex alterius parte perpendere conſeqventias: ſed per ſatisfactionē ſi fieri poſſit: ſin minus, peccato, ex negligentia orto, adhuc continebitur.

**Num. II.** *An ſui amori præferenda ſit fides? ad qv. 2. 13.*

Nihil certè philautiæ poſtpoſita valere poſſunt pacta, nulli in vita communi

[illegible] iuſiurandi forma re, cùm poſteà quis gau-deat eâdem libertate, in rebus ſuis procu-randis, explendisque deſideriis, quâ ante pactam fidem poterat, adhuc poſſit: nec cuiquam deficere exceptionem eſſet poſſibile, cùm hæc ſufficeret aliter pla-cere. Non reddam, inquiet Titius, mutuum, quia uſui mihi eſt; Precium tibi pro empto numerare nolo, retinen-dis enim pecuniis delector; Quod pro-miſi nullum unquam effectũ dabo, quip-pe incommodum eſt, ut commodi ce-dat oportet fidem. Longè aliter pro-fectò in definiendo honeſto à gentili-bus eſt judicatum. *Fides* (ut ſuprà Se-neca) *nullo corrumpitur premio: Ure, inquit, cæde, occide, non prodam.* Ep. 88.

*Ad Carthaginem rediit Regulus, cum neq; ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem, atq; exquiſita ſupplicia, proficiſci, quod fidem ſervandam putabat.* Cicero Offic. 3. & de Germanis relatum eſt, eos vincula ſervitutemq; pati potiùs, quàm

fidei violationem. Marcus Antoninus, Μὴ τιμήσῃς, præcipit, ποτὲ ὡς συμφέρον σεαυτοῦ, ὃ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίστιν παραβῆναι, τὴν αἰδῶ ἐγκαταλιπεῖν. κ.λ. *Nihil unquam precio pro utili habeas, quod te cogat, ut fidem fallas, modestiam deseras, &c.* lib. 3. § 7.

Sandersoni prælect. 2. Sect. 3. de juramenti obligat. in illud Pſalmi 15. 1. 4. *Quis habitabit in tabernaculo Domini? Qui juravit in malum; & non mutabit: id est,* inquit, *qui, postquam se juramento obligavit, mavult, vel etiam magno suo damno præstare, quod juravit, quam ullius temporalis commodi intuitu ā dat[illegible] fidem violare.*

**Num. 12. *An caritati in prolem, consanguineos, & obvenientes quosque præferenda ſit fides?*** qu. 16. 17. 18. 26. 32.

Quæ ſi philautiæ præferenda ſit, multò magis caritati in prolem, aut [illegible] vulgus, anteferri debet; nec à quopiam

quan-

qvantum ſcio, extat qvicqvam hac in re controverſum.

**Num. 13.** *Qvid in iis caſibus agendum ſit, cùm per fidem reſciſſam nulli ex una parte noxa fiat, ex altera vel gratitudini ſuive amori, vel ei, qva vulgaris dicitur, caritati, vel omnibus ſimul conſultum eſſe poſſit.*

Reſpondeo: In hujusmodi caſibus, ubi præſumitur non eſſe noxam, agi debere cum contrahente ad reſcindendam fidem, qvem, credibile eſt, actus illos, qvi ſuâ nihil interſunt, non difficulter remiſſurum: Imò contra naturam peccat (qvæ jubet, ut aliis alii in indifferentibus negotiis, & moleſtiam non creantibus, inſerviamus) eo revera exiſtente rerum ſtatu, ſi remittere detrectaret. Verùm non ita nimium faciles ſimus, oportet, in hac præſumtione ſcilicet non committi noxam. Sanè unusqvisqve, qvid ſua ſibi interſit, optimè cognoſce-



Digitized by Google

re, rectè judicatur: adeòqve etiam remittenda ſit obligatio, qvâ qvis ſibi devincitur, rectiſſimè diſcernere: ita ut nihil conſultius eſſe poſſit, qvàm ab eo ipſo remiſſionem datam expectare, etiam proprio conſenſu obſignatam, aut ſaltem firmiſſimis rationibus creditam.

Nec aliâ ratione admitto illud Tullii Offic. 1. ubi dicit, *ea non ſervanda eſſe promiſſa, qva tibi magis ſunt inutilia, qvàm ei, cui promiſeris commoda.* Ita qvippe interpretor: Non ſtatim eſſe hæc ſervanda, verùm agendum imprimis de remiſſione, ut ſi qvo modo fieri poſſit ad æqvalitatem (ut ajunt JureConſulti) omnia reducantur. Neqve enim, niſi ex præſuppoſita remiſſione, tolli ex pacto obligationem, adhuc conſtat.

Num. 14. *Caritas in conſangvineos, à prole diverſos, qvo ordine inter cætera naturæ placita habeatur.* Ad qv. 5. 11. 17. 23. 29. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.

Si amori liberorum, & à liberis deſcendentium naturaliter, hoc officium poſtponatur, iis etiam, quæ amore liberorum potiora ſunt, poſtponi illud eſt neceſſe.

In hoc autem non Jureconſulti ſolùm, (qvod tamē hi unanimiter faciunt) ſed & tota conſentit hominum, qvod ſciam, natio, & uſus Rerumpublicarum confirmat, conſangvineos proli, deſcendenti ſcilicet lineæ, debere natura inſtigante poſthaberi. Teſtimonia, quæ ſuprà exiſtentiæ, obligationis hujus astruendæ, inſerviunt, ordinem etiam poſitum naturæ eſſe conſentaneum, uberrimè demonſtrant.

Præponi autē vulgari caritati hanc, qvæ in propinqvos eſt, exinde elucet, qvod alias in nihilum hæc redigeretur obligatio. Cognati enim ſi poſthabendi fuerint, vel etiam ſi ſimul cum [illegible] [illegible] [illegible] poterit

interpretari, habebitur mihi Oedipus. In ſucceſſionibus autem ab inteſtato apud Græcos, Romanos, & omnes, quod ſciam, gentes potior eſt, eratqve antiqvitus conſangvineorum, etiam non deſcendentium, qvàm vulgi conditio. Conſangvineos autem voco propinqvos ejusdem ſangvinis.

Num. 15. *Quod proli præ ignotis benefaciendum ſit.* ad q. 30. 35.

Qvod talis in filios στοργὴ, qvæ fa-[illegible]dè eos vulgo præferat, in omnium ſine hæſitatione animis ſit, &, ut honeſtiſſima, approbetur, nemo unqvam dubitavit, & ex uſu ſucceſſionum ab inteſtato, & teſtimoniis citatis poſſit confirmari; imò neqve ii, quibus in ſcirpo nodum quærere eſt conſuetum, hic hærere videntur; quæſtionibus igitur 30æ & & 35tæ determinandis longâ commentatione non eſt opus.

Num. 16. *An vulgaris liberalitas [illegible] poſtponenda ſit.* ad q. 34.

Poſt-

Poſtponi vulgarem liberalitatem deberi ſui amori, intelligi ſatis poteſt ex tradita ubiqve limitatione, communicandum ſcilicet eſſe in iis, qvæ accipienti ſunt utilia, danti non moleſta; atqve ex illis, qvæ vulgò ſolent fieri, inſtantiis, lumen nempè dare de lumine, non prohibere aqvam profluentem, erranti monſtrare viam, &c.

## Caput XIII

# De Comparatione ſingularium cum ſemetipſis placitorum.

**Num. 1** *Placitum de innocentia primum, qvartumq́ de ſui amore, nullam pati ſecum comparationem.*

QVi nec Titium nec Mævium lædere debet, fruſtra, cui parcendū magis, aut inter alios ſit præferendus, [illegible] contingere poſſe,

poſſe, ut impoſſibile ſit, aliter fieri, quàm ut à ſe aut Titius aut Mævius læſus. Cui enim in proclivi eſt mori, non difficulter is poſſit actiones ita regere & procurare, ne cujuspiam innocentis rem deteriorem reddat.

Cùmqve ſingula nullam patiantur cum ſeipſis comparationem: ideo cùm de ſui amore qvæſtio ſit, inſtitui nulla ratione poteſt, niſi qviſpiam rationem, qvâ ſeipſum ſibi vel anteferre, vel poſthabere, poſſit, cognoverit.

Num. 2. *Ad placitum de fide.*

§. 1. Q. *An prius pactum ſemper præferendum ſit?*

Niſi prius pactum ſemper potius ſit, penes unumqvemqve foret obligationes qvascunqve civiles, per contrarias denuò pactiones, ad libitum diſſolvere; qvo nihil unqvam abſurdius cogitari posſit. Qvod de juramento dixit Sanderſonus: *Habere eſt ſibi* [illegible] [illegible]

item

*itatem deſtructivam, & poſſe inducere novam obligationem, ubi nulla fuit, vel confirmare eam, quæ præfuit, ſed non poſſe tollere eam, quam invenit, aut aliam ei repugnantem ſuperinducere;* prius & potius contractibus pactisque conventis, quàm juramento convenit. Ex juramento enim obligatio non naſcitur, ſed factæ per fidem datam obligationi exinde fit, quod ſolenniter & explicitè Deus teſtis & vindex facti conſtituitur. Et ratio, quam ſolers optimè reddit Theologus, contractibus ad amusſim convenit. *Ratio,* inquit, *eſt, quia per omnem obligationem jus alteri accreſcit. Quisquis enim obligatur, alteri obligatur; & iniquiſſimum videtur, ut per tertium, actum puta, pactum vel juramentum unius, lædatur jus alterius, ſine ipſius conſenſu,* Sanderſ. Prælect. 2. §. 11. Et apud omnes paſſim eſt receptum, neminem quicquam promittere debere priori alicui promiſſo contradictorium.

rium. Actus autem, contra juſtitiam perpetratus, novum jus perpetranti non acquirit. Omnes enim per æque leges hoc abſurdiſſimum judicârunt, ut quis (s) ex delicto ſuo conditionem ſuam meliorem faceret. Quæſtio autem, quâ ratione etiam coagendum ſit, qui bona fide, & ſine prioris pacti ſuſpicione, perverſe paciſcenti credidit, & fidem ejus eſt ſecutus, ita ut de rebus ſuis ſic diſpoſuerit, quo ex non præſtitâ obligatione neceſſe ſit, eum damnum incurrere. Reſp. Neq; fidem imprimis læſam poſtponi deberi, nec iniqua conditio bonæ fidei promiſſario inferri. Qvatenus enim Titio nocitum ſit, quòd promiſſa ſtare non poterit Mævius, eatenus Mævius ad damna innocenti reſarcienda, ut in cæteris noxæ ſpeciebus, certiſſimè teneri videtur.

(s) l. 1. pr. ff. de dol. mal.

§. 2. Hinc fit, quod cùm lex communis omnium conventio ſit, pactum ad contrarium non valeat, *Ait Prætor:*

Pacto

Recta convenit, quandoq́ dolo malo, neq;
adverſus leges, plebiſcita, ſenatusconſulta,
edicta Principum; neq; quo eorum fraus
fiat facta erunt, ſervabo, ff. de pactis l. 7.
§. 7. Et generaliter, inquit, quoties pa-
ctum à jure communi remotum eſt, ſer-
vari hoc non oportet. Et Marcellus ſcri-
bit; ſi ſtipulatio ſit interpoſita de his, pro
quibus paciſci non licet, ſervanda non eſt,
ſed omninò reſcindenda. dict. l. 7. §. 16.
Ejuſmodi pactorum ſpecies omnes re-
cenſere longum eſſet. Illud tamen inter
[illegible]
[illegible]
privatâ pactione tolluntur. Item ne illa
quidem pacta ſervanda ſunt, ne ultra as do-
[illegible] Quia inter-
[illegible]
[illegible] jus civile impugnatur. Et ſi con-
venerit, ne ob impenſas neceſſarias agere-
tur, pactum non eſt ſervandum; quia
tales impenſæ dotem ipſo jure minuunt. ff.
de pactis dotalibus l. 5. [illegible]

da

*[illegible] jus [illegible] possessio[illegible] mulieri [illegible] dotis [illegible] fuit.* ff. [illegible] l. 14. Adde ſpeciem juris elegantem [illegible] cod. l. 17. Atilicinus. Non [illegible] igitur dotalium pactorum diviſio, quam [illegible] tulit, l. 12. §. 1. Paulus. *Ex pactis [illegible] quæ conveniunt [illegible] ante nuptias, vel poſt nuptias, [illegible] ad [illegible] rem pertinent; alia adjuncta [illegible] ſpectant: quemadmodum [illegible] [illegible] non ſemper [illegible]* [illegible]

*[illegible] fieri [illegible].* [illegible]

Cùmque inter omnes conſtet, fragile eſſe, & infirmum [illegible] conſilium, multorum [illegible] poſitum [illegible] captionibus. ff. *de minorib. l. 1.* Voluit lex, eos pactis ſtare cogerentur. Si igitur XXV. annis minor, emerit aliquid, aliud vendiderit, ſi [illegible] vel acceperit [illegible] pecuniam, ex [illegible] [illegible]



Digitized by Google

[illegible] in ſuum præjudicium non obligetur. ff. eodem Lait Pretor 7. [illegible] verum ei ſp[illegible] Prætor ſtatuit, [illegible] oportet.

Si item convenerit, ne omninò in ſocietate bonorum diviſio fieret, hanc tamen conventionem firmam manere [illegible] lex, utpote ſibi contrariam: ipſa quippe lex ſtatuit, commune eſſe dividendum. ff. de communi dividendo l. 14. [illegible] 2. & §. 4.

Lex juſſit, ne nudâ conventione [illegible] transferretur, adeoq; promiſſiones, utpote ſine cauſſa, exiſtentes, temerarias haberi. Cùm proinde communiter placitum fuerit, ne hujusmodi obtinerent pacta, ex conſenſu fit, ne poſſint obligare: qui conſenſus cùm [illegible] fuerit, jure potior meritò cenſetur.

(t) Licet nuda pactio obligationem non [illegible], parit tamen exceptionem. l. 7. § 4. ff. de pact.

Multæ ſunt cauſſæ, cur Legumla-tores juris arbitrii talibus in caſibus, vel tali

tali modo atqve ratione, prorſus omnino fieri, & facta vim obtinere vetuerint: Neqve tamen nobis ſemper eſt neceſſe, cauſſas has habere (u) perſpectas. Prohibita enim eſſe ſufficit. Omniumqve jam, ex qvo facta eſt publica conſtitutio, una hæc eſt ratio, cur obligatoria non ſint, qvod conſentire neqvivimus in ea, cum legibus, id eſt, conventioni civium communi ſint contraria, in qva noſter etiam rectè implicari conſenſus creditur.

(u) Nam non omnium, qvæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. l. 20. ff. de Lege.

## Num. 3. *Ad placitum de gratitudine.*

§. 1. Impoſſibilitas, rependendi benevolentiæ officia minùs benevolo, niſi per omiſſionem retributionis faciendæ magis benevolo, ſuadet, ne eâ manente impoſſibilitate, ei, qvi minùs erat benevolus retributio fiat: ſin dividi poſſint bene-

Digitized by Google

benevolentiæ officia, maximè benevolo plurimum rependi debet.

Servator. Petrus. Duo erant debitores cuidam creditori: Alter qvingentos debebat denarios, alter verò qvinqvaginta. Creditor utrisqve, cùm ſolvendo non eſſent, totum æs remiſit. Qværitur, uter horum plus diliget? Reſpondit Simon: *Iſte certè, cui plus gratiæ eſt remiſſum.* Approbavit Dominus reſponſum, & in muliere peccatrice idê contigiſſe affirmat: *Multum ſcil. eam dilexiſſe, qvòd multa ei fuerint gratis condonata.* Luc. 7. v. 41. &c. En gradum obligationis à magnitudine beneficii æſtimatum.

Cicero, *Acceptorum beneficiorum ſunt delectus habendi, nec dubium, quin maximo cuiq; plurimum debeatur; in quo tamen imprimis, quo quisque ſtudio, benevolentia, fecerit, ponderandum.* Addit enim Cicero: *Temerè collata non æquè eſſe magna habenda, ac quæ conſideratè & conſtanter deferuntur.* Offic. 1.

Mu-

Musonius. Nobilis extat circa hanc exceptionem caſus apud Muſonium: *Pater*, inqvit, *tuus Philoſophia tibi interdicit; at Jupiter communis hominum deûmq; pater jubet ac hortatur. Præceptum enim & lex ejus jubet, hominem juſtum eſſe, probum, beneficum, temperantem, magnanimum; dolores ac voluptates ſuperare, ab omni invidia, fraude, inſidiisq; purum eſſe: in ſumma, bonum eſſe hominem, lex divina præcipit; bonum autem & Philoſophum eſſe, non differunt. Ergò cùm patri obediendo hominem ſecuturus ſis, philoſophiam [illegible] Jovem, ſine dubio philoſophandum [illegible] potiùs, quàm non.*

§. 2. Animadvertendum hîc etiam, qvod ſuprà concluſi, magnitudinem Benevolentiæ æſtimari debere ex eo, qvod qvis amici cauſſa ſeipſum abnegaverit. Qvi enim ex hoc genere ſunt amici, à his qvibuſcunqve, ſine diſpendio aut periculo ſuo, benefacientibus [illegible]

[illegible]pendi. Potiores autem in hac claſſe ſunt, qvi in majoribus damnis & periculis ſuorum [illegible].

In ſecunda claſſe, ubi non tam ami[illegible], qvàm beneficium, ejusqve moles in examen venit, & poſt ſui amorem incipit officium, illius potior eſt conditio, qvi me pluribus amicum bonis & majoribus [illegible]; vel, qvod eodem recidit, [illegible] vel debita remi[illegible].

§. 3. Impoſſibilitas rependendi beneficia [illegible] benevolo, niſi gratiæ potiori debitæ aliqvandiu differantur, jus facit, ut potiori amico debita retributio ſeu ἀντίχαρις aliqvandiu procraſtinetur, ſi modò poſteà debitum reddi poſſit, ἀντίδωρον.

Titium, puta amicum jam ſtatim, niſi ei ſuccurretur, in extremo vitæ eſſe periculo, tueri amicum potes; ſed cum alios habeas intimiores, qværitur annon [illegible] benefacientibus

ſibi uaſit retribuendum, Titio [illegible] jam extremum periclitante poſthabito? Reſp. Cicero 1. de Offic. *In referenda gratia, ſi cetera paria ſunt, hoc maximè officii eſſe, ut quiſq; maximè opis indigeat, ita ei potiſſimùm opitulari; quod contra fit à pleriſq;, à quo enim plurimum ſperant, etiamſi ille his non egeat, tamen ei potiſſimùm inſerviunt.* Et ratio eſt, quod modum beneficiorum gratiarum [illegible] rum non definiit natura, reddendas [illegible] men definiit.

## Num. 4. *Ad placitum de Primogenitura.*

### §. 1. *An hic natura ſtat, quod liberorum alii aliis præferantur?*

Nulla (w) omninò eſt; quantum jam ſcio, ratio, nulla argumenti vis, quâ probari poſſit, majores natu liberos cæteris præferri deberi. Eſto hæc apud nos jam ex Normanica victoria conſuetudo, eſto communis Lex: ut neque [illegible], nec [illegible] id

jogit. Qvod ad affectum attinet, nihil certius, qvàm parentes ſæpiùs juniores, poſthabitis majoribus, maximè deperire, & teneriori eſſe in eos amore. Solem negat, hoc qvisqvis inficiatur. Ratio unica, cur ſumma rerum in uno locaretur, eſt nominis & familiæ honeſtior conſervatio. Non jam qvàm honorificum ſit, ut è liberis alii dominium gerant, alii mendicent, diſputo; aſſero potiùs, famam generis & familiæ honeſtatem æqvè defenſam fore, ſi junior aut medius, aut qvisqvam à ſeniore alter, ad hæreditatem ex aſſe proveniret, multò autem facilius & certius, ſi majoris ſpei juvenis eò dignitatis & rei familiaris provehatur. Qvid enim cum ratione ſperari poterit, ſi qvando prodigum aut ſtultum contigerit, ob nativitatis prærogativam, ſortiri, qvod nimis crebrò contigit, hæreditatem? Conſidit etiam ex ſeniorum, qvâ tales prælatione meriti honor & reſpectus; nemo

parentes demereri anxiè contendet, cùm mercedem neqveat non deſperare; Nullum habebit locum proverbialis illa apud nos parænesis: **Do beſt and have beſt** / *Faxis potiora, potiora habeſſis:* ſi alia ferè non ſpectetur, qvàm fortuitæ nativitatis prioritas. Nemo certè, niſi cui mentem exemit Jupiter, in naturam peccâſſe Romanos credet, qvibus in uſu erat, ut par fieret liberorum conditio. Admittebantur enim ex æqvo in parentis inteſtati bona, ut patet legenti, qvæ hac de re in Inſtitutis Novellisqve & Doctoribus loca luce ſunt clariora. Hæc autem ipſa conſvetudo, qvæ per tot annos apud nos obtinuit, ita revera ſine ratione veteribus Cantii incolis videbatur, ut eouſqve recuſatum ſit conqveſtoris dominium, donec hoc iis indultum eſt, ut ſuo jure deinceps, ut priùs uterentur, qvo jus erat, ut ad filios ex æqvo ſecundùm capita deveniret hæreditas; qvo etiam jure magna Cantii



Digitized by Google

pars ad hunc usqve diem, ſine admiſſione ſeniorum in terras defuncti, utitur, idqve ſine omni læſæ conſcientiæ ſcrupulo. Jureconſulti noſtrates iſtum ſuccedendi modum Gabel-Kinde nuncupârunt. *In agro Cantii* (ut habet Littletonus titulo de Villenage lib. 2. Sect. 210. *Ubi terra & tenementa jure* Gabel-Kinde *tenentur juxta conſvetudinem & uſum, memoriam omnem hominum excedentem, proles maſculá hæreditatem in æqvas partes diviſam, poſſidet. Qvam quidem conſvetudinem obtinere par eſt, cum rationi conſentanea ſit. Unusqvisq́ enim poſtgenitorum non minùs eſt generoſus, qvàm major natu filius, aliusq́ forſan in majus conſcenderet decus & familiæ honorem ſi qvid illi à majoribus fuerit relictum: ſin ſecus, credibile eſt, minus eum fore auctum.* Ratio à Coko Comentatore in locū ex Poëta apponitur: *Haud facilè emergunt, qvorum virtutibus obſtat*

*Res anguſta domi.* Nec in Can-

tio duntaxat ſub ditione Britannica ob-
tinuit hic mos, verùm & aliis Angliæ locis, in Wallia item & Hibernia; ut videre eſt titulo **Parceners by Cuſtom.** Littletonus cum Coko Sect. 265. Qvid? & non nihili eſt faciendũ, qvod apud illos etiam, qvi majores natu maſculos cæteris præferre conſvêrunt, fœminis primogenitis non ita ſit conſultum, qvarum omnes ex æqvo cohæredes lex fore conſtituit, & breve (qvod vocant) de partitione faciendâ hac in cauſſa ſubminiſtrat, niſi ſpeciali loci alicujus jure à generali derogetur. Porrò ſi ex qvorundam conſvetudine jus naturæ poſſet argui, erit ratio, cur juniores cæteris præferantur. In qvibusdam enim etiam apud nos oppidis, ut notat Littletonus; ſi qvis prole maſculâ numeroſâ exiſtens moriatur, junior natu filius tenementa omnia jure hæreditario poſſidebit, qvæ in illo oppido patris aliqvando erant per vim conſvetudinis

**Burg**

Burg Engliſch nuncupatæ. Littletonus tenures Sect. 165. and. 211.

(w) Contrarium apparet ex dicto Jacobi Gen. 49. v. 3. ubi Rubenum vocat principium virium & roboris, cui innituntur antiqviſſimæ conſvetudines, nec non lex divina. Deut. 21. v. 15. 16. Nam extra controverſiam eſt, primos partus omnium animalium præſtare reliqvis, ob puritatem ſeminis, qvod decreſcentibus viribus corporis in ſenibus debiliſſimum fieri ſolet. Teſte enim experientiâ filii in ſenectute utriusqve parentis geniti plerumq; ſtupidiores ac debiliores evadunt primigeniis. Præſertim autem hoc locum habet in matribus trigeſimum ætatis annum egreſſis, qvæ vel ex maximè vegetis viris ſuſcipiunt liberos imbecilliores: contrà verò viri ſeniores ex junioribus fœminis pulcriores & aptiores liberos ſuſcipere ſolent. Propterea Deus T. O. M. in Veteri Teſtamento primigenios, nullo reſpectu habito ad patrem, ſed ad ſolam matrem, ſibi vindicavit. Exod. 13. v. 2. & 12. Matres enim fœcundiſſimæ, creſcente ætate, indies de fœcunditate remittunt adeò, ut circa annum 45. hodiè communiter omnem concipiendi facultatem amittant, non obſtantibus paucis qvibusdam contrariis exemplis. Qvod autem interdum minores natu ſapientiores & pulcriores evadunt, qvàm natu maximi, ex inæqvalitate diætæ oritur. Sæpè enim juvenes heluando



Digitized by Google

naturam ita corrumpunt, ut ineptiſſimi fiant ad generationẽ, & ob hanc cauſſam imbecillos ab initio gignant liberos, poſteà verò in matrimonio conſtituti, vitæ genus corrigentes, ſalubrius conſeqvantur temperamentum, & ſaniores generent liberos, qvod exemplis probare conſulto ſuperſedemus, videri poterit Huartus loco ſuprà laudato.

## Num. 5. *Ad placitum de ϛοργαῖς in conſangvineos.*

### §. 1. *Qvòd homini liberum ſit, deficiente lineâ deſcendente, qvemlibet cognatorum cuilibet præferre.*

Naturam humanam ita liqvet eſſe comparatam, ut prolem & à prole *de*ſcendentes magnifaciant, cæterisq; ſive cognatis ſive agnatis (niſi per *accidens* aliud præ ingratitudine ab iis demeritum ſit) ſemper præponant.

In cæteris, ut verum fatear, nulla mihi ex natura ſuppetit regula, cur *aliũ* alii ſangvinis ratione præferam. Nihil freqventius occurrit, qvàm ut fratrum filii ipſis præponantur fratribus, qvàm ut nepos filii, filio. Nunc fœminarum nunc

Digitized by Google

nunc marium potior in legatis conditio. E conſobrinis huic magnam rei familiaris partem, illi ne hilum dari, qvotidiani eſt uſus. Qvid plura? Nihil eſt hujusmodi, qvod non ſine omni ſcrupulo facere pro arbitrio videntur homines,

Summa igitur eſt, conſangvineos vulgo, niſi permagna comperiatur in neceſſitatibus inæqvalitas, ſemper in beneficiis præferri: Eos tamen inter ſe, (Gnatos, *Et natos natorum & qvi naſcentur ab illis*, excipio prorſus) non tantum ſangvinis ratione habere diſcriminis, ut dignum ſit, qvod à natura obſervetur, ut aliorum, aliis poſtpoſitis, potior fiat conditio. Si qvem autem, qvod utplurimùm contingit, ut ei præ cæteris benefiat, eligimus, is eſt, aut qvi ex propria in nos benevolentia maximè de nobis meruit, aut, cui credibile eſt beneficium, qvòd bonus, & ſapiens, & frugi ſit, maximè fore proficuum, aut



Digitized by Google

per qvem alteri alicui aliâ fortaſſe ratione naturæ placito poſſimus ſatisfacere.

*§. 2. Propinqvorum non deſcendentium an alii aliis ordinis aut gradûs ratione præferendi?*

Hoc moris inter Romanos fuiſſe, ut propinqvi iis præferrentur, qvi nullâ ejusmodi neceſſitudine erant conjuncti, inde conſtat, qvod ubi nulla extabat voluntas teſtatoris, ex inteſtato ad propinqvos devolvebatur hæreditas.

Cùm autem prope innumerus aliqvando ſit conſangvineorum numerus, variiqve tam cognationis, qvam agnationis gradus, uter alii ſit præferendus, vel an omnes ex æqvo jaceant, ita ut par ſit, omnium è naturâ conditio, meritò dubitatur.

Satis dilucidum eſt, qvod habet Imperator inſt. de grad. cognationum §. ult. *Repetitis*, inqvit, *omnibus, quæ tradidimus, apparet, non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pa-*

riter

*viter ad hæreditatem vocari; eoq́ amplius, ne eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe. Cùm enim prima cauſſa ſit ſuorum hæredum, & eorum, quos inter ſuos numeramus: apparet, pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem eſſe, quàm fratrem aut patrem matremve defuncti: cùm alioqvin pater qvidem & mater primum cognationis gradum obtineant, frater verò ſecundum, pronepos autem ſit tertio cognationis gradu, & abnepos qvarto, amotis qvoq; ſuis hæredibus, agnatus, qui integrum jus habet agnationis, etiamſi longiſſimo gradu ſit, plerumq; potior habetur, qvàm proximior cognatus; nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel matertera præfertur.*

Grotius de Jure belli lib. 2. cap. 7. §. 10. cùm ſtatuiſſet, hæreditatem ſecundùm naturæ jus ad proximum generis pertinere, §. proximo, neceſſe habuit, ſic ad hunc modum interpretari:

*Hæc, quæ diximus, quanquam naturali æquitati maximè ſunt conſentanea: non ſunt tamen jure naturæ neceſſaria, ac proinde ex diverſis cauſſis, voluntatem humanam moventibus, variari ſolent, pactis, legibus, moribus. Qvi ſubitionem in locum nonnullis gradibus admittunt; in aliis non-admittunt: alibi diſtingvunt, unde bona veniant, alibi id inſuper habent. Eſt ubi primogeniti plus poſtgenitis ferunt, ut apud Hebræos; eſt ubi inter ſe æqvantur: Eſt ubi agnatorum habetur ratio; eſt ubi cognati qvilibet cum agnatis tantundem ferunt: Etiam ſexus alicubi momentum habet, alicubi non habet; & alibi cognationis ratio habetur intra propiores gradus, alibi longiùs extenditur, &c.*

## Num. 6. *Ad placitum de humanitate.*

*§. 1.* Si plures occurrant egentes, æqvè omnes ignoti, neqve poſſit qvis ſingulis opem ferre, eorum maximè indigen-

gentibus ſuccurri par eſt. Sin æqvè etiam comperiantur indigi, nihil, qvod naturam attinet, intereſt, qvibus ſe benigniorem exhibeat. Ciceronis etiam eſt illud: *In collocando beneficio, ſi cætera paria ſint, hoc maximè officii eſt, ut, qvo quis maximè opis indigeat, ei potiſſimum opitulari.* de Offic. 1.

§. 2. Si qvi obveniunt opum aut operis indigi, qvorum alii aliis ſint honeſtioris vitæ & meliorum morum, ipſa probitas, qvi eâ utuntur, cæteris reddit potiores. Qvod enim homini probo benefit, humani generis cedit bono: omnia qvippe ad fines à natura inſtitutos, qvæ ſua ſunt, diſponit. Homini compertæ neqvitiæ, ſi qvicqvam erogandum ſit, eo fine conferri debet, ut ad bonam frugem reducatur, & cavendum eſt, ne ineptis ad hanc rem utamur mediis, ne de collatis bonis arma ſibi comparet improbus in moratiores convertenda, aut qvoqve modo in illicitis nec hone-



Digitized by Google

ſtis expenſis abutatur erogatis. Si ignotus occurrat, nec adſint turpitudinis tecmeria, adhibenda eſt (cùm non difficile ſit adjumentū dare) humana charitas. Sæpius fiet, ut probum juvet; ſin minùs, ſpecioſa tamen eſt virtus & magneti ſimile qviddam poſſidere videtur. Terreos enim hominum animos ad ſe allicit, & pulcris ſæpiùs exemplaribus conſpecta, qvos non invenit, fecit meliores.

Num. 7. *Ut ſecundùm virtutem perfectiſſimam & morum integritatem vivatur, qvæ cura adhibenda.*

Reſcribit optimè ad Atticum Cicero lib. 13. Ep. 20. *Curandum eſſe, atqvi hoc in omni vita* (non per vices ſolùm & intervalla) *qvemqve à recta conſcientia transverſum ungvem non oportere diſcedere;* & ſi difficiles poſiti hîc, qvoties ſui amori occurrunt, videantur caſus, majori idcircò diligentiâ providere virum

nem bonum decet, ne omninò in eas conjiciatur angustias, qvibus exeqvi aliud ſine alio omiſſo non poſſit officium. Dubitat qvis, qvid faciendum ei, qvi vitam ſuam tueri neqvit, niſi per necem vicino inferendam. Prudens igitur eo magis cavebit, ne omninò in hunc deveniat ſtatum. Stultus enim, qvisqvis ſe in eum conjecit, & imprudentiæ pœnas merito luit, ſi ab occurrente dejiciatur. Nec facilè qvemqvam Tyrannus ſine damno ſuo in hanc neceſſitatem poſſit cogere. Sin cogatur qvis, ſtabile qvid patietur priſtinis in Eccleſiâ doctrinæ Chriſtianæ teſtibus, qvi juſſi ſe polluere turpiter, aut ignis incurrere tormenta, pœnam magis, qvàm peccatum eligebant. In hoc incumbat prudens, ne eo labatur, qvo ſtatu poſitus non poſſit ſibi, aut ſuis, aut ignotis benefacere, ſine innocentium incommodo, fidei violatione, aut ingratitudinis actibus, omniaqve officia juſto ordine ſine

cujuſcunq; omiſſione exeqvi. Sed ſtudeat, ſe in ea rerum ſtatione defendere, qva poſſit plurimis maximèqve amicis, proli item & conſangvineis ſangvineq; disjunctis ſine alterius officii omiſſione prodeſſe.

Cui verò præ ſua negligentia deeſt opportunitas ad act⁹ aliqvos ſecundùm hæc naturæ placita exercendos, in culpâ is eſt, qvod non eam adhibuit, qvæ maximè erat poſſibilis, diligentiam, ne facultas ei deficeret ad illud agendū, qvod natura ut pulcrum & decorum ſvadet.

*Hecatonem Rhodium diſcipulum Panatii video*, inqvit Cicero, *in iis libris, qvos de Officiis ſcripſit, Q. Tuberoni dicere: Sapientis eſſe, nihil contra mores, leges, inſtituta facientem, habere rationem rei familiaris. Neq; enim ſolùm nobis divites eſſe volumus, ſed liberis, propinqvis, amicis, maximèq; Reipublica.* Cicero de Offic. 3.

*Innocentia ſola optimam in poſterum* *ſpem*

Digitized by Google

*ſpem animo præbet unicum vitæ ſolamen, vir ſanæ mentis, quid imprimis pecunias eſſe utiles, judicabit, ut qvicqvid vel Deo voverit, vel homini promiſerit, aliterve debuerit, impleat, neqve ob paupertatem adducatur, aut mentiri cuiqvam, aut ullâ in re defraudare. Pecuniæ namq́ referendæ ſunt ad juſtitiam, juſtitia ad vitæ alterius præmium.* Hæc habet à Platone excerpta ex plurimis gravibusqve præceptis Marſil. Ficin. in dialogum 1. Platonis de Republ. Et Apoſtoli præceptũ ad Theſſalonicenſes eſt 1. Theſſal. 4. v. 10. 11. *In amore fraterno magis magisq; abundate, & ambitioſè contendite qvieti eſſe & res agere veſtras operantes propriis manibus, ut vos geratis εὐσχημόνως erga exteros, & nullius indigeatis.* Voluit Apoſtolus ſuos ab omni pleonexia, & injuria immunes v. 4. 5. 6. 12. ne autem ad injurias provocarentur, illud ſvaſit, ut ex propria induſtria eum ſibi compararent ſtatum, qvo nullius in-

indigerent, ut eo melius piè & honeſtè vivi ab eis poſſit.

## CAP. XIV.

# QVIBUS MODIS tollitur obligatio.

Num. 1. *De generibus modorum, qvib' tollitur obligatio: Quod ſolutio debiti primus modus ſit.*

QVod de verborum obligatione verè aureum Pomponius ſcripſit ff. de ſolutionib. & liberat. l. verborum 107. id omni obligationi accommodatiſſimum cenſui, eam ſcilic. *naturaliter, aut civiliter* perimi poſſe.

1. *Naturaliter veluti ſolutione*, cùm naturalis fiat præſtatio debiti, *aut natâ ſolutionis impoſſibilitate, veluti cùm res, quæ præſtari debuit, ſine culpâ debitoris, in rebus humanis eſſe deſiit.*

2. *Civiliter ut acceptilatione*, & cæteris modis, qvorum vis potiſſimùm in re-

Digitized by Google

remiſſione voluntaria, aliqvo ſaltem modo ſignificata, conſiſtit. Sed cum verâ ſolutione obligationem tolli, nemo unqvam contradixit; fruſtrà ratio, autoritas, & juris uſus urgeretur, niſi qvis velit, ut eum imitaret Juriſconſultum, qvi plurimis paginis multâ tàm olei, qvàm operæ, impenſâ ex teſtimoniis Juris civilis, & Canonici probare, mortem eſſe omnibus communem, nec evitari poſſe, contendit.

**Num. 2.** *Qvod impoſſibilitas facti modus etiam ſit, qvo tollitur ad factum obligatio, judicia Juris-Conſultorum & Gentilium.*

2. Sententia Juris-Conſultorum communis eſt, nullâ eum culpâ eſſe implicitum, qvi non liberâ voluntate, ſed ex coactione qvicqvam perpetravit; nec qvenqvam teneri ad ea præſtanda, qvæ ipſi ſunt impoſſibilia: idqve poſitis in jure caſibus liqvidò conſtat. Lex eſt: (a) Si

([a]) Si dominus ſciat, ſervum ſuum noxam committere, tenetur in ſolidum, id eſt, ad plenam & integram totius litis æſtimationem. ([b]) Senatusconſulto Silaniano cautum erat, ut dominis ſubvenirent ſervi. ([c]) at neqve lex vult dominum teneri ad præſtandam litis æſtimationem, ſi qvando penes eum non ſit, ut factum prohiberet, nec ([d]) Senatusconſultum ſervum obligat ad tuendum dominum, cùm ad id minimè valuerit. Hinc natæ Juris, qvæ ad hos & cæteros qvoscunq; hujusmodi caſus extenduntur, Regulæ: ([e]) *Culpâ caret, qvi ſcit, ſed prohibere non poteſt.* ([f]) *Nullum crimen patitur is, qvi non prohibet, cùm prohibere non poſſit.* Hinc natum etiam jus

(a) l. 2. ff. de noxa lib.
(b) ff. de Sen. Silan. l. 1.
(c) ff. de nox. act. l. 4. in delictis serv. &, Bronchorſt in ff. de reg. jur. l. 50.
(d) ff. de SCto Silan. l. ſi qvis 3. in princip. Decius de reg. juris in l. 50.
(e) ff. de reg. jur. l. 50.
(f) ff. eod. leg. 109.

Digitized by Google

jus de furioſis, amore correptis, ebriis, dormientibus, infantibus, irâ commotis, qvi omnes licet atrociora facinora commiſerint: eatenus tamen pœnâ immunes ſunt, qvatenus actiones eorum involuntariæ ſunt repertæ, & ex neceſſitate morbi aut naturæ dimanantes. (g) Furioſus igitur qvi leges latas animadvertere non potuit, nec ita compos mentis erat, ut prudenter ſe in actionibus gereret, ſi nullis, lucidis, qvod ajunt, intervallis uteretur, qvibus poſſit legem recognoſcere, & animum actionesqve ad amuſſim hanc conformare, ſtulta licet, imò alias injuſta, impia, horrida perpetraverit, licet (h) paterno ſangvine manus imbuiſſet (ita ut ordinariè, poſt virgarum verbera, culeo, viperâ, & cæteris, ad notabilem parricidæ pœnam ex-

(g) ff. ad l. ſed & ſi qvemcunq; 5. §. 2. & l. Divus 14. ff. de officio præſid. & in c. aliqvos 15. q. 1. Et Andreas Gailus pract. 1. obſerv. lib. 2. obſerv. no. §. 20.

(h) l. pœna parricidii 9. §. 2. ff. ad L. Pompon. de parricid.

Digitized by Google

exqviſitis, dignus cenſeretur) impunitus tamen jure fuit. Nec legem videtur eum violâſſe, qvæ furioſis non eſt lata; nec poſſe injuriam facere, ut & ipſa (i) legis verba præ ſe ferunt. 1. Si autem lucida habeat intervalla, ut poſſit aliqva perficere eorum, qvæ lex juſſit, (k) eatenus tenetur, qvatenus potuit, & non præſtitit; eatenus excuſatur, qvatenus non potuit, qvæ non præſtitit. De amore correptis, ſi corrivales morte multaverint, ita à (l) Doctiſſimis ſancitur: Ne homicidii rei ſtatuantur, qvi violento animi motu, non deliberatâ animi voluntate, qvi paſſione, cui reſiſti non potuit, non electione eos occiderint. Hac ex parte verò, judicia amore correptis rariùs favent, qvia rariores ſunt caſus, in qvibus paſſio deliberationem

(i) l. illud relatum 3. §. 1. ff. de injuriis.

(k) Jaſon. in l. patre furioſo num. 39. ff. de his, qvæ ſunt ſui vel al. juris.

(l) Jul. Clarus in d. §. fin. q. 60. num 10. & Tiraqvel. in tr. de pœnis cauſſa 4. per totam ut citat And. Gailus, ubi ſum. pra §. 23.

Digitized by Google

nem non ſinat. De ebrio ſic ſtatuit lex: (m) Si qvis non ex propoſito aut de induſtria, ſed vini ignoratâ vi deceptus inebrietur, & ita hac ratione mente cadat, & nulla ſuperſit deliberandi facultas, aut rectum vitæ gerendæ conſilium, hominem licet occiderit, pœnâ tamen ordinariâ non punietur, qvia non potuit rebus ſic ſtantibus ſibi moderari. (n) Dormiens item ſi homicidium commiſerit, non tamen pœna homicidii plectitur, cùm huic malo prævenire non poſſit. Idem eâdem ratione de (o) infante occiſore obtinet, & de viro, (p) injuriâ & contumeliâ ſubitâ in iræ violentiam provocato. Qvin & cæteri ſimiliter

(m) ff. de re militari l. 6. omne delictum. §. qvi ſe 7. Gailus ubi ſuprà §. 24.

(n) Tiraqvel. cauſſa 5. per totum Bart. in l. ut vim ff. de juſt. & jure, & Gailus ubi ſupra §. 30.

(o) l. infans 12. ff. ad L. Cornel. de ſic. Gailus. 5. §. 31.

(p) Dd. in l. ſi non convitii. 5. C. de injuriis & Gail. ubi ſup. §. 31.

liter omnes, qvacunqve actione deprehenſi, ob impotentiam naturæ natam, non acqviſitam, eatenus excuſantur, qvatenus malum hoc impedire impotes reperti ſunt. Et generaliter hæ obtinent juris Regulæ: (q) *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.* (r) *Ea, qvæ dari impoſſibilia ſunt, vel qvæ in rerum natura non ſunt, pro non adjectis habentur.* (s) *In ultimis voluntatibus adjecta conditio impoſſibilis non vitiat actũ, ſed ipſa conditio vitiatur, & pro nõ adjecta habetur, ſalva manente inſtitutione aut legato.* Qvippe regula eſt: *Qvod nullius eſſe poteſt, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.* In ſtipulationibus idem obtinet: Nam ut habet Ulpianus: (t) *Si homo mortuus eſt, ſiſti non poteſt, imò neq; punitur, qvi non ſiſtit. Pœna enim rei impoſ-*

(q) ff. de reg. juris leg. 185.

(r) ff. eodem l. 135.

(s) Bronchorſt in reg. juris leg. 185. l. 1. ff. de Condit. inſtit. l. 3. ff. de Cond. & Dem. §. 10. inſt. de Hæred. inſt.

(t) ff. de Verb. obl. l. 69.

(u) Vultejus Juriſpr. Rom. lib. 2, cap. 8.

Digitized by Google

*poſſibili non committitur.* ([a]) Et in conditione ob cauſſam dati: *Si ſub cauſſa aliquid detur impoſſibili, conditio habetur pro non ſcriptâ, atq; adeò datum condici non poteſt.*

A Wingato etiam Municipalis apud nos juris hæ recenſentur Regulæ: *Ultra poſſe non eſt eſſe.* Max. 23. *Lex non cogit ad impoſſibilia, ſed impotentia excuſat legem.* Max. 156. *In actionibus veniam facit lex, ubi faciendis adfuit neceſſitas.* Max. 110. Tract of the reaſon of the Common Law.

Hinc fit, quod officia ferè ſub conditione poſſibilitatis ſolent ab Autoribus præcipi. ([a]) *Qui non defendit alium cùm poteſt, tàm eſt in vitio, quàm ſi parentes, patriam aut amicos deſerat.* ([b]) *Qui non vetat peccare, cùm poſſit, jubet.* ([c]) Δυναμένῳ δὲ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν, ὧν ἔπαθε. *Illi, qui poteſt, hoc incumbit, ut pro dignitate acceptorum re-*

(a) Cicero 1. Offic.
(b) Senec. in Troa.
(c) Ariſt. Ethic. l. 8. c. 13.

*retribuat.* (d) Cui ſimile illud Ciceronis: *Non reddere bono viro non licet, ſi modo id facere poſſit* [illegible].

Ariſtoteles malitiam omnem, omneqve peccatum voluntarium, concludit, nec à coactione naturæ aut fortunæ provenire. Hoc enim pro indubitatæ veritatis axiomate apud eum ſupponitur: Nihil eorum, qvæ prohiberi non poſſunt, eſſe culpandum. Argumentationem, qvemadmodum ipſe eam expreſſit, licet paulò ſit prolixior, attexam: ὅσων πράξεων ἄνθρωπός ἐστιν ἀρχὴ καὶ κύριος, φανερὸν ὅτι ἐνδέχεται γίνεσθαι καὶ μή, καὶ ὅτι ἐφ' αὑτῷ ταῦτ' ἐστι γίνεσθαι καὶ μή, ὧν γε κύριός ἐστι τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ εἶναι· ὅσα δ' ἐφ' αὑτῷ ἐστι ποιεῖν, ἢ μὴ ποιεῖν, αἴτιος τούτων οὗτός ἐστι, καὶ ὅσων αἴτιος ἐφ' αὑτῷ. Ἐπεὶ δ' ἥ τε ἀρετὴ καὶ ἡ κακία, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν ἔργα, τὰ μὲν ἐπαινετὰ, τὰ δὲ ψεκτὰ, (ψέγεται γὰρ καὶ ἐπαινεῖται οὐ διὰ τὰ ἐξ ἀνάγκης,

(d) Cicero de Offic. libr. 1.

ἀνάγκης, ἢ τύχης ἢ φύσεως ὑπάρχον-
τα, ἀλλ' ὅσων αὐτοὶ αἴτιοί ἐσμεν, ὅσων
γὰρ ἄλλος αἴτιος ἐκεῖνος, καὶ τὸν ψόγον, καὶ
τὸν ἔπαινον ἔχει) δῆλον ὅτι ἡ ἀρετὴ καὶ κα-
κία περὶ ταῦτ' ἐστιν, ὧν αὐτὸς αἴτιος καὶ
ἀρχὴ τῶν πράξεων. ληπτέον ἄρα, ποίων
αὐτὸς αἴτιος καὶ ἀρχὴ πράξεων. πάν-
τες μὲν δὴ ὁμολογοῦμεν, ὅσα μὲν ἑκούσια
καὶ κατὰ προαίρεσιν τὴν ἑκάστου ἐκεῖνον αἴ-
τιον εἶναι, ὅσα δὲ ἀκούσια οὐκ αὐτὸν αἴ-
τιον. *Quarumcunque actionum homo principium ac dominus conſtituitur, ea patet poſſe fieri, & poſſe non fieri, & quod in illius ſit poteſtate, ut fiant vel non fiant, ut puta, quorum ipſe dominus eſt, ut ſint, vel ut non ſint: Et illorum, quotquot ſunt in ejus poteſtate, ut faciat, vel non faciat, cauſſa is eſt; & quorumcunq; eſt cauſſa, ea in ipſius (ſunt) poteſtate. Quoniam igitur virtus & vitium, &, quæ ab illis ſunt effecta, alia quidẽ laude digna ſunt, alia vituperatione, (Vituperantur autem & laudantur, non propter ea, quæ ex ne-*

*neceſſitate, aut fortuna, aut natura exiſtunt, ſed propter ea, quorum ipſi nos cauſſa exiſtimus. Quorum verò alius quis eſt cauſſa, ille & vituperium & laudem habet) manifeſtum eſt, quòd virtus & vitium verſetur circa eas actiones, quarum quisq; eſt cauſſa & principiū. Quocirca deſpiciendum, qualium actionum ipſe (homo) eſt cauſſa & principium. Omnes enim confitemur, quot ſunt voluntaria, & ſecundùm cujusq; electionem facta, illorum quemq; eſſe cauſſam, quot verò involuntaria, illorum non eum eſſe cauſſam.* Ariſtoteles negat, hominem earum actionum eſſe cauſſam, qvas non impedire potuit, in qvibus nulla erat electio, aut voluntas, qvasqve penes ſe non habuit, ut faceret, vel manus contineret. Et in concluſione libri illud ſibi aſſumit, qvod τὰ ἀκούσια αἰσχρὰ καὶ κακὰ, οὐ ψεκτὰ, οὐδὲ τυγχάνει ἐπαινετὰ, ἀλλὰ τὰ ἑκούσια· ὅτι πάντας ἐπαινοῦμεν καὶ ψέγομεν

Ariſt. Eudemior. l. 2. cap. ultim. ad fin.

Digitized by Google

*γομδρ εἰς τὴν προαίρεσιν βλέποντες μᾶλλον, ἢ εἰς τὰ ἔργα. Involuntaria mala licet & turpia (alias) non ſunt vituperio digna, neq; bona laudes merentur, ſed voluntaria (bona:) Adhac omnes laudamus & vituperam⁹, electionē magis conſiderantes, qvàm effecta.* Tandem objectionem ſolvit, qvæ proponi poterat hoc modo: Cur igitur ſententiam non fert judex ſecundùm affectum & voluntatem, ſed actum, ſi voluntas ſola in reatu ſit, & in tantum qvisqve nocens, in qvantum voluntas à recto defecerit? Διὰ τὸ, inqvit, ὐ ῥάδιον εἶναι ἰδεῖν τὴν προαίρεσιν ὁποία τις, διὰ ταῦτα ἐκ τῶν ἔργων ἀναγκαζόμεθα κρίνειν ὁποῖός τις. *Qvia non facilè eſt, electionem, cujusmodi ſit, perſpicere, idcircò ex operibus judicari, qualis qvisq; ſit, neceſſum habemus.*

Num. 3. *De impoſſibilitate conditionatâ.*

De ſimplici impoſſibilitate dictis

attexere etiam aliqvid de impoſſibilitate conditionata, opportunũ erit, qvamvis ſuprà in Capite de Officiorum Comparatione, qvicqvid hîc dixero, confirmatum jam eſt. Regulas tamen attexere non gravabimur.

1. Tollitur obligatio ad operationes juxta ſecundum naturæ placitũ faciendas, ſi impoſſibile ſit, eas præſtari, niſi per violationem primi.

2. Tollitur obligatio ad operationes tertii placiti, ſi impoſſibile ſit, eas præſtari, niſi per violationem primi vel ſecundi.

3. Tollitur obligatio ad actus, juxta qvartum placitum efformandos, qvoties præſtari neqveunt, niſi per violationem primi, ſecundi, vel tertii.

4. Tollitur obligatio ad qvintum naturæ placitum, qvoties obſervari non poſſit ſine violatione primi, ſecundi, tertii, vel qvarti.

5. Tollitur obligatio ad operationes juxta

juxta ſextum, ſi non poſſit præſtari aliàs, qvàm per violatum primum, ſecundum, tertium, qvartum, vel qvintum naturæ placitum.

6. Tollitur obligatio ad actiones qvascunqve ſecundùm ſeptimum naturæ placitum, qvoties præſtari & exeqvi neqveunt, niſi per violationem ſuperiùs poſitorum.

7. Et qvoties comparatio fit in eodem placito, ubi dignius indigniori officit, ut utrumqve præſtari neqveat officium, ea impoſſibilitas efficit, ne ad indignius eo inſtanti exeqvendum teneatur: Sed de his uberiùs, diſtinctiùs & confirmatiùs in ſuperioribus Capitibus eſt dictum.

Num. 4. *Qvod tertia exceptio ſeu excuſationis vel obligationem auferendi modus generalis ſit renunciatio, vel juris remiſſio facta ab iis, qvorum intereſt obligatio.*



Digitized by Google

Si omnes, qvorum intereſt, ut is præſtetur actus, qvi ex obligatione debetur, in illud conſentiant, ne præſtetur, non injuſtus cenſetur, qvi non præſtitit. Non enim ampliùs debetur jus, cui jam eſt renunciatum. Innocentis jus diximus, ut à nemine lædatur; Emtoris, ut, qvod emit, poſſit poſſidere; Patris, ut alimoniam à liberis accipiat; Meiipſius, ut me tuear & defendam, &c. Nihil autem magis rationi naturali eſt conſentaneum, ut inqviunt JCti, qvàm ut voluntas domini, res ſuas in alium transferre volentis, habeatur rata. Neqve jura minùs poſſunt, qvàm res ipſæ corporales alienari. Jus Titio eſt, ut aëre utatur libero, etiam ex vicini prædio, veluti cùm ſervitus ei imponitur. Tunc enim hoc adeptus videtur Titius, ne jus ſit vicino, ſe invito, altius ædificare, atqve ita minuere lumina ædificiorum ejus. *ff. de Servit. prædiorum urban. l. luminum 4.* Vel ſi aream ad con-

cul-

culcationem fructuum ædificaverit, jus habere poſſit, ut vento ex proximi prædiis utatur libero, & nemini liceat vel ædificando, arboresve ſerendo, vel tale aliqvid aggrediendo ventum illum prævertere. *l. cum talis. 14. §. 1. Cod. de Servit.* Qvis tamen injuſtum dicet, ut contra fiat, cùm Titius jus ſuum remiſerit? Hæreditates, uſus, uſusfructus, qvæ res incorporales & jura de Imperatore audiunt. *Inſt. de reb. corporalib. & incorporalib.* recuſari tamen ita & remitti poſſunt, ut aliis juſtè accedant. Ita etiam & in omni jure ſe habet res, cujus è natura eſt origo. Jus indemnitatis, ita enim loqvar, remittere innocens poteſt; idqve crebrò fit, qvoties abſolutum & ſupremum dominium conſtituitur, qvæ & αὐτοκρατὴς & ἀνυπεύθυνος βασιλεία audit. Subditi enim omnes hoc Principi ſine omni conditione, ejusve viciſſim obligatione jus remittunt, fortunas, vitasqve ſuas ejus bonitati dicant.

an voluntati, non fidei (neqve enim παμβασιλεὺς fidem ſubditis viciſſim dat) committunt. Qvi, ſi innocentem malo voluerit afficere, non qvidem de injuria qveri poterit, cùm jus, qvod pri⁹ competebat, ne à Principe damnum pateretur, remiſerit. Imò etiam in Rep. publ. mixti dominii hoc aliqvando contingit, aut ſaltem nihil impedit, qvò minùs poſſit contingere. Si enim à legitimo Parliamento lata fuerit lex, ſi qvis LL. Doctor Londinum petierit, capitale eſto: non injuſtè ſe morte mulctari cauſſari poteſt. Ratio eſt, qvòd conſenſu ſuo legiſlativam potentiam Parliamento confirmavit. Et plurimæ certè ſunt in omni Republicâ leges, qvarum rigor non aliàs, qvàm ex conſenſu hoc (Lex enim omnis eſt populi pactũ) poſſit defendi. Licentia apud Spartiatas data, imò & apud Ægyptios (ut ſuprà memoratum) ut res ab innocente vicino ſurreptæ, ſi modò leges de furto fa-

cto

cto obſerventur, lucro furum adeòqve innocentium damno cederent. Non igitur qveri de injuria poſſunt, qvibus amiſſæ res, cùm ex communi hoc contractu fiat. Fidejuſſores criminum, & pœnarum alienarum ſuſceptores, imò obſides ipſi omnes innocui, ex pacto ſolum capitis evadunt rei. Zaleucus injuriam non eſt paſſus, cùm altero ſe carere oculo voluerit. Sinenſes non patiuntur, qvoties terga in verbera & pœnam vendentes eam, qvam alias non meruêre, ſentiunt. Generalis omnium hæc eſt ratio: Qvod *volenti non fiat injuria:* (a) qvodqve de remiſſione per novationem dicit Ulpianus *ff. de novat. l. 1.* non minùs de pura remiſſione naturaliter obtinet. *Illud*, inqvit, *non intereſt, qvalis præceſſit obligatio, utrum naturalis, an civilis, an honoraria; utrū verbis, an re, an conſenſu: qvaliscunqve igitur obligatio ſit, novari verbis poteſt.* Qværitur apud Juſtinianum, an *ſi qvis*

 *con-*

Digitized by Google

*conſcribendo inſtrumento, ſeſe confeſſus fuerit, non uſurum fore præſcriptione, eâ tamen uti poſſit?* Reſpondet Imperator, *eum, qui hoc pactus eſt, non debere adverſus ſuam conventionem venire. Si enim & ipſo prætoris edicto pacta conventa, quæ neq; contra leges, neq; dolo malo inita ſunt, omnimodo obſervanda ſunt, quare & in hac cauſſa pacta non valeant, cùm alia ſit regula juris antiqui: Omnes licentiam habere his, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare?* Cod. de pactis. leg. ſi qvis in conſcribendo 29. Qvam regulam, mutatis paulum ſolummodò verborum apicibus, ſic Julianus profert: *Unicuiq; licet contemnere hæc, quæ pro ſe introducta ſunt.* ff. de minorib. leg. ſi judex 41. Triphoninus idem agnoſcit jus. *Cuiq; enim licere* pronunciat, *ſui juris perſecutionem, aut ſpem futuræ perceptionis, deteriorem conſtituere* ff. de pactis l. 46. ad finem.

Liqvidiſſimum eſt, qvod habet Impe-

perator de modo auferendi obligationem ex contractu Inſt. qvibus modis tollitur obligat. §. ult. *Eæ obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contrariâ voluntate diſſolvuntur. Nam ſi Titius & Sejus inter ſe conſenſerint, ut fundum Tuſculanum emptum Sejus haberet centum aureis; deinde re nondum ſecutâ* (id eſt, neqve precio ſoluto, neqve fundo tradito) *placuerit inter eos, ut diſcederetur ab ea emptione & venditione, invicem liberantur. Idem eſt in conductione & locatione & in omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendunt.*

Per conſenſum etiam qvot tolli ſolebant obligationum genera, ex vi acceptilationis Aqvilianæ videri poteſt: *Qvicquid enim mihi ex qvacunq; cauſſa (contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi, aliove quopiam modo) Titium dare, facere oportet, oportebitve, præſens, in diemve, (aut ſub conditione) quarumcunque rerum mihi cum Titio actio eſt:*

 (ſive

ſive ſit cum eo, tanqvam filio pro alimonia, ſive cum venditore pro re empta, aliâve ex cauſſa, nihil intereſt) *qvacunq; adverſus eum mihi petitio, vel adverſus eum perſecutio eſt, eritve, qvodve Titius meum habet, tenet, poſſidet, dolove malo fecit, qvò minus poſſideat*, illud, inqvam, totum poſſum per Aqvilianam ſtipulationem remittere, ut videre eſt, ex formula remiſſionis *Inſt. eod. §. 2.* Remiſſio autem per hanc acceptilationem nihil minùs, qvàm ſolutionem reqvirebat. Definitur enim imaginaria ſolutio, *Inſtit. eod. §. 1.* & ficta crebrò apud JCtos audit. Notabile enim ſatis eſt, qvod habet Ulpianus ff. de acceptilatione l. ſi accepto 19. §. 1. *Inter acceptilationem & Apochā hoc intereſt, qvod acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit, Apocha non alias, qvàm ſi pecunia ſoluta ſit.* Hinc annotat Gothofredus in locum: *Acceptilationi non poſſe opponi exceptionem pecuniæ non numeratæ:* Formula igitur

illa

illa inſt. qvibus modis tollitur §. 1. *Habesne acceptum? Habeo:* vel Græcè ἔχεις λαβὼν δυνάμια τόσα; ἔχω λαβὼν, idem ſonat, atqve ſi qvis dixerit: Perinde habeo, ac ſi accepiſſem abs te, verâ ſolutione: de qva formulæ interpretatione, niſi nullus reſtaret dubitandi locus, ex alterius formulæ comparatione confirmari poterat. Extat autem ff. de acceptilatione l. 7. Sane: *Accepta facis decē?* ille reſpondet: *Facio:* Qvin & juris apud nos municipalis hæ apud Wingatum ſtatuuntur Regulæ: *Conſenſus tollit errorem.* Max. 121. *Qvilibet poteſt renunciare juri, per ſe introducto.* 123. *Volenti non fit injuria.* 122. *Omnis ratihabitio retrotrahitur, & mandato ſeu licentiæ æqviparatur.* 124. **Tract of the reaſon of the Common Law.** Tractatus de ratione ſtatûs.

Ariſtoteles de Moribus lib. 5. c. 11. definit ita injuriam: Ἀδικεῖν εἶναι τὸ βλάπτειν παρὰ τὴν τοῦ πάσχοντος βούλησιν. Βλά-



Digitized by Google

πτεται μὲν ἄν τις ἑκὼν, ἀδικεῖται δ᾽ οὐδεὶς ἑκών. *Injuriâ afficere idem eſſe, atq; lædere contra læſi voluntatem. Damno enim afficitur qvis etiam ſponte ſuâ (ſeu volens damnum, qvod patitur;) Nemo autem volens injuriâ afficitur.* Exempla etiam habet Philoſophus, qvibus confirmetur Axiôma: primũ de incontinenti, qvi qvamvis ſibi nocuerit præ mala electione, nondum tamen injuſtus cenſebitur. Secundum de Glauco apud Homerum: χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων permutante, aut qvocunqve alio modo, qvi qvamvis prodigâ largitione aut pacto rem familiarem bonaqve ſua poſſit diminuere, nihilo magis tamen injurius ſit, qvòd ἐφ᾽ αὐτῷ ἐστι τὸ διδόναι, *in ejus ſit poteſtate, qvi dat, dare vel non dare, prout libuerit:* (a) Concludit igitur περὶ μὲν ἂν τὸ ἀδικεῖσθαι, ὅτι οὐχ ἑκούσιον δῆλον.

(a) Idem dicitur Matth. 20. v. 15.

Crellius Eth. Ariſt. part. 2. cap. 18.

Ari-

Ariſtotelem κατὰ πόδα ferè ſeqvitur. Volenti enim poſſe fieri injuriam negat, *qvia hoc ipſo injuria revera eſſe deſineret. Nam eo ipſo, dum hic vult damnum perpeti ab altero, de jure ſuo remittit, ac ſic alter nihil revera contra jus ipſius facit. Injuria eſt damnum, à ſciente prudente illatum, tum demum, cum nolenti etiam illatum ſit.* Et qvæſt. 3. concludit: Neminem ſibi ipſi poſſe facere injuriam, hac ratione, *qvia qvisqvis ſibi damnum infert, volens infert; qvisqvis autem patitur, nolens patitur, adeóq; ſimul eſſet nolens & volens.*

Eademqve ferè commentatus eſt Gaſſendus ad moralem Philoſophiam Epicuri *in pag. 88. lib. 10. Laërt.* ubi egregium etiam illud Ariſtotelis *Eth. lib. 5. cap. 12.* citat, & ſic transferre voluit: *Si qvis in rerum diſtributione minus accipiat, qvàm ſi debeatur, ut viri moderati ſolent facere, non poſſe eum qveri, factam ſibi injuriam (& commutans qui-*

dem

*dem præſertim jacturam cum gloria, aut cum eo, qvod honeſtum eſt ſimpliciter) ὥςε οὐκ ἀδικεῖται ἀλλὰ βλάπτεται, adeò, ut non injuriâ, ſed damno ſolùm afficiatur.*

Num. 5. *Qvo pacto fieri poſſit, ut qvi naturaliter juri poſſit renunciare, ita tamen civiliter obligetur, ut illud non facere valeat?*

Certè ex conventione ſeu contractu illud fieri poſſet; cùmq; lex ſe habeat, ut civium contractus, ex ipſa lege. Ita ſe vivo penes Titium eſt, ut poſſit jura ſua remittere, & res in alium transferre; nihil tamen impedit, qvo minùs ex conſenſu conventio fiat, ne illa remittantur. Si qvis igitur promiſerit, ſe juri non eſſe renunciaturum, neqvit is invito promiſſario à promiſſo recedere: Qvodqve conventum eſt, partes utraſqve ex promiſſo obligat. Qvæ-

ſtio

ſito proinde, cur juxta leges civiles ratione qvalibet, & caſibus qvibuscunq; paciſci non liceat, nec in pactis poſſimus rebus noſtris renunciare, reſpondendum, conſeqventer eſt rationem eſſe, qvod lege prohibeamur, qvæ prima civiū intelligitur conventio impediens, ne poſterius pactum qvodammodo ratum fiat. De pactis enim ſuprà obſervatum eſt, prius tempore jure eſſe potius.

Notabile nihilominus ſatis eſt, eas ipſas, qvas reperimus in Jure civili, prohibitiones, in Jure naturali ſuum habere, magnâ ſaltem ex parte, fundamentū, vel ſcil. qvia, qvi ſupponitur renuncians, mente caret, adeòqve curatore egeat, ut res ſuas gerat; vel qvia ex renunciatione alteri continget detrimentum; vel alias contra bonos mores eorumq; virtutes directè pugnet, ut ſi qvis ideò ſua renunciaret, ne cogeretur, in parentes eſſe gratus: cujus rei fidem facere poſſit

ſit vel unica illa Bartoli hac in re diſtinctio: ad l. ſi qvis. num. 3. C. de pactis.

*Aut, inqvit, eſt Jus publicum, & ei non poteſt quis renunciare; aut eſt Jus privatum, cui quis vult renunciare: & tunc quandoq; illud continet privatam utilitatem renunciantis & publicā ſimul; quandoq; continet utilitatē renunciantis & cujusdam alterius privati; quandoq; continet utilitatem renunciantis tantùm.*

*Primo caſu, ſi qvidem utilitas privata poteſt ſeparari à publica, valet renunciatio, quantum ad privatam utilitatem, quantum ad publicam non; ſi non poteſt ſeparari, non valet.*

*Secundo caſu, cùm continet utilitatem renunciantis & tertii, & tunc idem eſt; qui, ſiqvidem poſſunt ſeparari, valet quantum ad præjudicium renunciantis, non quantum ad præjudicium tertii.*

*Tertio caſu, quando continet privatam utilitatem tantùm, tùm quandoq; illud eſt introductum ſpecialiter in favo-*

rem

Digitized by Google

*rem renunciantis, quando principaliter in odium alterius & ſecundariò redundat in favorem renunciantis. Primo caſu ſi quidem favor eſt introductus propter renunciantis (puta minoris) imbecillitatem, renunciatio non valet: Si verò introductum eſt aliàs, quàm propter imbecillitatem ejus, tunc, ſi quidem talis renunciatio eſſet contra bonos mores, vel inducit aliqvem ad delinqvendum, non valet: Sed ſi non eſſet contra bonos mores, nec induceret ad delinqvendum, tunc renunciatio valet. Secundo caſu, quando jus illud principaliter eſt inductum in odium alterius, tunc ſiqvidem renunciatio eſt cauſſa, cur illud odium ceſſet, valebit: Renunciatio aliàs non valeret.*

**Num. 6.** *Qvòd ex hoc principio volenti non fieri injuriam, minùs rectè ab Hobbeſio concludatur, nullam eſſe poſſe injuſtam legẽ.*

Aſſerit Malmesburienſis, *de libert. & neceſſ.* atqve alibi non infreqventer, nullam

nullam eſſe poſſe injuſtam legem: qvia qvisqve cenſetur conſenſu ſuo legem ſibi, cui obſervandæ tenetur, conſtituere; adeòqve impoſſibile eſſe, ut juſta lex non ſit futura, niſi qvis ſibi poſſit ipſi eſſe injurius. Non inficiari audemus, civiles leges, juxta qvod à Demoſthene eſt dictum, civium eſſe pacta, rectèq; Ariſtotelem ad Alexandrum reſcripſiſſe: Νόμος ἐστὶ λόγος ὡρισμένος καθ' ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως μηνύων, ὡς δεῖ πράττειν ἕκαστα, Rhet. lib. cap. 1. modò vox illa ἕκαστα ita limitetur, ne juri naturæ à jure civili fiat præjudicium. Neminem ſibi ipſi injurium propriè dici poſſe, & nos aſſerimus; at qvid impedit, qvò minùs ejuſmodi ineatur pactum, qvo aliis à paciſcentibus inferatur noxa? Sic Senatusconſulto, ſcito populi, Principis placito, aut aliâ forte ratione inter Romanos ſtatutum extare poſſet, jus fore reſcribens civi Romano Sinenſes, Scythas, Tartaros, ad libitum & arbi-

Digitized by Google

bitrium, ſine qvocunqve meriti intuitu, occidere & jugulare; & mille aliàs rationes ſunt, qvibus paciſci cives poſſint in exterorum præjudicium nihil iniqvi merentium. Hujusmodi ſcita neqve diffiteor, civiles dici poſſe leges; neqve juſtas eſſe, conſentio. Nam neqve extendi debet pacti ultrà paciſcentes obligatio, neqve exteros, in ſuum detrimentum conſenſiſſe, credi par eſt; neqve deniqve cogitare fas eſt, Dei Optimi Maximi humano cordi inſcriptum, ſeu naturæ jus, jure civili vel pactionibus qvibuscunqve poſſe perimi.

Num. 7. *Qvomodo alii etiam modi, qvibus obligationes Jure civili aut municipali tolli ſoleant, ſuprà deſcriptis modis generalibus unicè videantur inniti, tanqvam veris fundamentis, qvibus ſi deſtituerentur, nihil haberent, qvo æqvitatem ſuam tueri poſſint.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

I. Ex nata ſolvendi impoſſibilitate his rationibus tollitur obligatio jure civili.

1. Per capitis diminutionem maximam & mediam. (a) Qvî enim ſolvere poteſt, qvi omnibus ita exuitur bonis, ut non poſſit in poſſeſſiones, niſi ex poſtliminio redire?

(a) Pertinet hoc edictum ad eas capitis deminutiones, qvæ ſalvâ civitate contingunt, cæterum ſive amiſſionem civitatis, ſive libertatis amiſſionem, contingat capitis deminutio, ceſſabit edictum, neqve poſſunt hi penitùs conveniri: l 2. pr. ff. de cap. minut. Eas autem obligationes, qvæ naturalem præſtationem habere intelliguntur, palàm eſt, capitis deminutione non perire, qvia civilis ratio naturalia jura corrumpere non poteſt. l. 8. ff. eod.

2. Per interitum ſpeciei debitæ. (b) Ipſa enim, qvæ interiit res, præſtari non poteſt; ſin per culpam debitoris intereat ſpecies, qvatenus præſtari poteſt, reſtabit adhuc obligatio, qvippe ſuccedet in locum præſtationis ſpeciei, præſtatio æſtimationis.



Digitized by Google

(b) Si res legata ſine facto hæredis perierit, legatario decedit. §. 16. Inſt. de legat. l. 20. §. 1. ff. de legat. 1. l. 47. §. f. ff. eod. §. 1. Inſt. de inutil. ſtipul.

3. Per exemtionem (c) rei, qvæ præſtari debuit, ex commercio hominum.

(c) Commercium eſt emendi vendendiqve invicem jus. Ulp. fragm. tit. 19. §. 5. Illarum rerum commercium non eſt, qvæ diſtrahi non ſolent. l. 39. § f ff. de leg. 1. Tollitur autem obligatio, ſi ſine facto obligati exemta ſit. § 2. Inſt. de inutil. ſtipul. Si enim promiſſor in mora fuit, nihilominus tenetur. l. 91. §. 1. ff. de Verb. oblig.

4. Per ceſſionem (d) bonorum & juris ſui. Nihil enim, qvod ſolvat, habet, qvi jus omne ſuum abdicavit.

(d) Qvi bonis ceſſit, ne qvidem ab aliis, qvibus debet, poteſt inqvietari. l. 4. §. 1. ff. de ceſſ. bonorum.

5. Per confuſionem. Confundi enim obligatio dicitur, qvoties debitor creditori, vel creditor debitori hæres exiſtit, vel unus utriqve. Jus verò tale: Si hæres pro parte ſit, obligatio pro ea tantùm parte jure confuſionis tollitur, pro

pro qva defunĉto ſucceditur *L. cùm à matre, 14. C. de rei vindicatione, l. 6. C. de hæred. act.* Sin ex aſſe, omnis obligatio tollitur, ſi modò hæreditatem retineat. Impoſſibile enim eſt, ut idem cum ſeipſo agat, vel ſibi ipſi ſolvat. Cùm igitur in omni confuſione idem fiat, perſona, qvæ debet ſolvere, & cui oportet ſolvi, ut tollatur obligatio & actio, eſt neceſſe. (e)

(e) Huc qvoqve referri poteſt conſolidatio, qvando uſufructuarius proprietatem acqvirit, §. 3. Inſt. de uſufr.

II. Ex remiſſione per conſenſum tollitur obligatio jure civili.

1. Per acceptilationem.

2. Per pactum; de qvibus ſuprà in teſtimoniis ad remiſſionem ſpectantibus.

3. Per novationem. Ea enim fit, cùm ex conſenſu prior tollitur aliqvatenus, vel omninò, & nova conſtituitur obligatio. Sic enim Ulpianus ff. de novat. l. 1. *Novatio eſt prioris debiti in*

*aliam*

Digitized by Google

*aliam obligationem, vel naturalem vel civilem, transfuſio atq; translatio: Hoc eſt, cum ex præcedenti cauſſa ita nova conſtituatur, ut prior perimatur. Novatio enim à novo nomen accipit, &c.* Atqve huic coincidit delegatio.

4. Per tranſactionem. In ea enim reqviritur, ut res ſit dubia, & is, qvi creditorem ſe dixit & is, qui debitorem ſe negat, aliqvid ex jure ſuo per conſenſum remittat.

5. Per liberationem in Teſtamento legatam, veluti ſi voluntas creditoris, de remittendo debitori obligationem, ſatis indicata fuerit. *l. 1. ff. de liberat. legat.*

6. Per compenſationem, in qua hujusmodi ſupponitur contractus: Remitto decem libras, qvibus ſolvendis tu mihi obligaris, ſi modò ipſe remittes decem libras, qvibus ego ſolvendis tibi obligor. Conſenſus verbis contrahentium vel literis ſignificari poſſit: verùm

ſi non alias, ſaltem per primarium illum conſenſum legi datum, ex qva talis ſtabilitur per compenſationem modus ſolutionis. *tot. tit. ff. de compenſ.*

7. Per longi temporis præſcriptionem, ex qva non alia ratione tollitur obligatio, qvàm ex conſenſu primario ad legem, qvæ non ſinit obligationes ultrà certum tempus protrahi.

8. Ita etiam per obſiationem & obſignationem rei debitæ. Hoc enim oportet modo contentᵘˢ ſit creditor, cùm legi conſenſerit, qvæ tali ſolutione creditores jubet eſſe contentos. *l. 9. Cod. de ſolut. l. 39. ff. eod. l. 7. §. 2. ff. de minor.*

9. Neqve aliter per jusjurandum ſolutio contingit, niſi qvia voluit lex, ſi contigat, creditore juramentum deferente, debitorem jurare, ſe non debere, ut creditor agens repelleretur; cui legi conſenſiſſe præſumitur, qvotqvot non exleges ſe cenſeri volunt, & juramento, liti dijudicandæ deferendo, con-

ſen-

Digitized by Google

*ſentiunt, l. 27. & 28. pr. & §. ult. ff. de jurejurand.*

10. Per exceptionem rei judicatæ. Lege enim, in qva communis implicatur populi conſenſus, cautum eſt, ut ſingulis controverſiis ſingulæ actiones, unumq; judicati finis ſufficeret, niſi ſi qvis errore deceptus ſit. Aliter enim modus litium multiplicatus ſummam atq; inexplicabilem faceret difficultatem, maximè ſi diverſa pronunciarentur. *l. ſingulis. 6. ff. de exceptione rei judic.*

Notandum verò, poſſe contingere, ſicut actu etiam jure civili ſæpiùs contigit, ut coincidant hi modi, vel pro tota obligatione tollenda, vel pro aliqva ejus parte. Impoſſibile enim eſt, cùm in eandem perſonam jus ſtipulantis promittentisqve devenit, ut ſolutio fiat, vel actio intendatur, ut ſuprà oſtendimus: conſens⁹ tamen populi Romani aliqvid etiam contulit ad hanc obligationem tollendam. Hinc dicit Pomponius *ff.*



Digitized by Google

*de ſolution. l. verborum 107.* hac ratione civiliter eam tolli.

Nec importunè ad hoc remiſſionis caput reducuntur caſus, qvibus ex humanæ naturæ cognitione interpretamur, homines ea velle, quæ ipſorum interſunt, qvamvis alia voluntatis ſigna, qvàm comunis naturæ ſenſus, non adfuerint expreſſa.

Cicero, *Incidunt ſæpè tempora, cùm ea, quæ maximè videntur digna eſſe juſto homine, commutantur fiuntq́ contraria, ut: Non reddere depoſitum, etiamne furioſo facere promiſſum, quæq́ pertinent ad veritatem & ad fidem, ea interdum negare, & non ſervare, fit juſtum, poteſt etiam accidere; promiſſum aliqvod, & conventum, ut id effici ſit inutile, vel ei, cui promiſſum ſit, vel ei, qui promiſerit. Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt, quæ iis ſunt, qvibus promiſeris, inutilia. Off. 1.* Ratio eſt, qvod communis ſit præſumtio, unumqvemqve velle ea remittere, qvæ perfecta ſibi forent pernicioſa.

Cap.

## Cap. XV.

# De RESTITUTIONE ſeu noxarum, ex naturæ placitis non obſervatis natarum, reparatione.

Num. 1. *Si cujus peccato contra hæc naturæ placita vel per damnũ datum, fidem læſam, retributionem omiſſam, affectuum naturalium vel humanitatis neglectum & incuriam, vel contemtum alteri⁹ cujuspiam, fiat deterior conditio, tenetur peccans, id agere, ut damnum paſſus in priſtinum reſtituatur ſtatum, & ne quid ex ipſius culpa alteri cedat malè, procurare.*

M*Aleficium*, inqvit Grotius, *hic appellamus culpam omnem, ſive in faciendo, ſive in non faciendo, pugnantem*

*cum eo, quod aut homines communiter, aut pro ratione certa qualitatis facere debent. Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur, ſi damnum datum ſit, nempè ut id reſarciatur. Damnum fortè à demendo dictum eſt τὸ ἔλαττον, cùm quis minus habet ſuo, ſive illud ſuum ipſi competit ex mera natura, ſive accedente facto humano, puta dominio, aut pacto, ſive ex lege:* Grotius de jure belli lib. 2. cap. 17. §. 1. 2. Atque hæc quidem optimè, niſi quod videatur innuere, jus eorum, quæ dominio aut lege competunt, nobis aliud eſſe, quàm quod ex pacto, tanquam fundamento, profluat.

Ad Macedonium, de reſtitutione facienda, ſic Auguſtinus Ep. 54. reſcribit: *Quod autem in Epiſtola tua ſequitur, ubi dicis, verum nunc, ut mores noſtri ſunt, & ſceleris pœnam cupiant homines ſibi relaxari, & id, propter quod ſcelus admiſſum eſt, poſſidere, peſſimum hominum genus commemoras, cui pœni-*

*tendi*

*tendi medicina omninò non prodeſt. Si enim res aliena, propter quam peccatum eſt, cùm reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur: Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* Et infrà, *qui contra jus ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppreſſionibus, invaſionibus abſtulerit, reddenda potiùs, quàm donanda, cenſemus, Zacchæi exemplo.* Nec temerè rejiciendum, quod à Theologis quibusdam in Zacchæi hiſtoriâ obſervatum eſt; Salvatorem non priùs ſalutarem ejus ſtatum prædicâſſe, quàm audiiſſet hanc factam publicè ſponſionem: *Dimidium rerum mearum do pauperibus, & ſi quid abſtuli, quadruplum ejus reddo.* Et acutè quidem videtur ab Auguſtino animadverſum, eos non reverà *μετανοεῖν*, ſed fingere ſolùm pœnitentiam, qui in reparandis noxis hærent. Quotquot enim nolunt, à ſe reſtitui aut reſarciri damna, adhuc permanere volunt,

lunt, & continuari nec auferri ab immeritis noxam, & libenter ſuſtinent ſe, qvod animitùs ad juſtitiam converſi non faciunt, in vicinos injurios. In legibus de religione, apud Ciceronem de legib. 2. ſic præcipit Marcus: *Impius ne audeto placare donis iram deorum; ſanctè vota reddunto.* Et in Comment. ad legem infrà poſitam Platonem citat, qvi vetat, qvâ ſit mente futurus Deus, dubitare, cùm vir nemo bonus ab improbo ſe donari velit. Certè præ omnibus vulgatiſſimum hoc de religione præceptum, ἔρδειν ἱερὰ ἀγνῶς ϰ̀ καθαρῶς. Ἔργ. καὶ Ἡμερ. βιϐ. α. apud Heſiodum; qvæ qvidem ita ſoleo ego interpretari: Nefas eſſe injurium, anteqvam juſtus coram hominibus ſit, id eſt, damnum datum reparaverit, adeòqve ſatisfecerit, veniam rogare, aut placare niti deos. Cæteroqvin nemini officium hoc incumberet, cùm extet nullus ſimpliciter aut juſtus aut pius; atqve, hoc

qvi-

quidem ſenſu Servatoris juſſum accipe-
re, eſt expeditum. Tamen enim ad ſacra
ἱλαςήρια, quàm εὐχαριςήρια videtur
id pertinere: *Si munus tuum attuleris
ad altare, & illic memineris, fratrem
tuum habere aliquid contra te, omitte il-
lic munus tuum coram altari, & abi, pri-
mùm reconciliator fratri tuo, & tunc, ubi
veneris, offer munus tuum*, Matth. 5.
v. 23. 24. Qvantum enim momenti
huic reſtitutionis officio coram DEO
inſit, ex luculentiſſimo apud Ezechie-
lem textu ipſe per Spiritum ſuum teſta-
tur Deus: *Si, inqvit, improbus à pecca-
to reverſus exercuerit judicium & juſti-
tiam, pignus item reſtituerit, & rapinam
reddiderit, in ſtatutis vitæ ambulaverit,
non faciendo iniqvitatem omninò, vivet,
non morietur*. Ezech. 33. v. 15.

Num. 2. *Qvod damni reparatio ſub
Lege Moſaica ab iis, qvi in a-
lios noxæ cauſſa viſi ſunt, exi-
gebatur, S. S. autoritas.*

 *Qvum,*

*Qvum, altercantibus hominibus, percuſſit unus alterum lapide aut pugno, ita ut non mortuus ſit, ſed decumbat in lecto: Si ſurgens ambulaverit foras, nixus ſcipione ſuo, tum impunis erit percuſſor:* (qvantum ad pœnam capitalem) *tantummodo ceſſationem ejus* (id eſt, qvantum ejus interfuiſſet, à qvotidiano opere non ceſsâſſe) *reddito & plenam curationem ejus præſtato.* Exod. 21. v. 18. 19.

*Si retexerit foveam quis, aut foderit, deinde illam non operuerit; adeòque occiderit illuc bos aut aſinus, dominus illa* (*ſcilic. foveæ auctor*) *pecuniam reſtituito domino illius* (*ſcil. bovis*) Exod. cap. 21. verſ. 33. 34.

*Si quis miſerit pecus ſuum, ut paſcat in agro alterius, optimo agri ſui, & optimo vineæ ſuæ rependito. Si egreſſus ignis invenerit ſpinas, abſumaturq; meta frumenti, aut ipſa ſeges, aut aliquis ager, omnino damnum reparet is, qui fecit, ut incendium eſſet.* Exod. 22. v. 5. 6.

Quum

*Quum quiſpiam peccaverit & fefellerit falſitate contra Jehovam, mentiens contra proximum ſuum, de depoſito, aut de ſocietate, aut de rapto, aut de dolo, quo fraudaverit contra proximum ſuum: ſeu invenerit rem amiſſam mentitus erit de illa; aut juraverit de mendacio, de aliqua re ex omnibus, quas facere poteſt homo peccando in iis: Tum erit, quia peccavit & reus eſt, ut reſtituat rapinam ipſam, quam rapuit, aut ipſam rem dolo intervertam, aut depoſitum ipſum, quod apud ſe depoſitum fuerat, aut ipſam rem amiſſam, quam invenit, aut de quacunque juraverit per mendacium, rependat illud, quanti fuerit, & quintam ejus ſuperaddito ei: ei, cujus eſt, dato illud in die oblationis pro peccato. Ita expiabit eum Sacerdos, &c.* Levitic. c. 5. & 6. ad initium. Adeoque cavit Deus, ne quis ex culpa ſua lucrum caperet, ut jus fore decreverit, deficiente perſonâ, cujus reſtitutio jure affinitatis erat facienda; eam tamen eo caſu nihilo-

 hilo-

nihilominus deberi præſtari. Sacerdotem enim voluit perſonam læſi ſuſtinere, juxta qvod Num. c. 5. v. 8. extat præceptum: *Reſtituatur Jehovæ reatus cum quinta ſuperabundantia.*

**Num. 3.** *De actionibus ſeu formis à jure præſtitutis, juxta qvas noxæ, ex non præſtitis obligationibus ortæ, reparari, & damna inde, tàm publicè, qvàm privatim data, reſarciri jure civili conſveverunt.*

Audivi ſæpiùs à viris jure tàm civili, qvàm municipali conſultiſſimis, ſi non integrum jus: potiſſimam tamen ejus partem in actionibus deſcribendis, permittendis, prohibendis, limitandis verſari. Actiones autem nihil aliud eſſe, qvàm petitiones ſecundùm jura inſtitutas, qvibus res ſuas & bona aptè recuperant læſi, & injuriam facientes ad damna, ex non præſtitis obligationibus

nata,

Digitized by Google

nata, reſarcienda aſſignuntur. Qvemadmodum igitur civiles ſuprà citatæ obligationes naturalibus viſæ ſunt conformes: ita etiam tituli de actionibus ipſi naturam ſeqvi videntur, qvæ noxas, injuriâ qvæcunqve aut ἀκουσίως factas, voluit reparari; Qvod non meliùs oſtendi poſſit, qvàm ſi ſingulæ inducantur condictiones, qvibus noxas, per violationē ſingulorū naturæ præceptorū factas, reparari, & bona atqve intereſſe de integro reſtitui, jure civili eſt conſtitutum.

§. 1. *De actionibus ex præcepto de innocentiâ.*

Ex peccato, contra naturæ de innocentia præceptum, maxima oritur condictionum earum pars, qvæ ex dictis in jure, ſive delictis veris, ſive qvaſi-delictis emanare viſæ ſunt. Qvod enim ex hujusmodi delinqventium actibus fiat damnum, ſuprà à me puto ſatis eſſe declaratum.

Actiones igitur (f) ad hoc caput pertinent; De hæreſi, ſchiſmate, apo-

[illegible] ex Imperatorum conſtitutioni-
bus; de ſacrilegio ex l. Julia; de ſepul-
cro violato; de crimine læſæ majeſta-
tis, & ambitu ex L. Julia; condictio i-
tem peculatûs reſiduorum, & annonæ
flagellatæ ex L. item Julia; plagiatus
ex L. Fabia; homicidii ex L. Corneliâ;
parricidii ex L. Pompejâ. Huc etiam
pertinet condictio de receptatione &
illicitis collegiis, de prævaricatione, de
calumnia ex L. Remmia; de concuſſio-
ne ex edicto de calumniatoribus; de
raptu ex L. Julia, ex qva L. de ſtupro &
adulterio etiam agitur; ob expilatam
hæreditatem ex Senatusconſulto & O-
ratione D. Marci; Repetundarum ex
L. Julia.

(f) Actionis vocabulum hic nimis latè & im-
propriè ſumit, dum accuſationes qvoqve ſub
eo comprehendit, cùm tamen publica judicia
neqve per actiones ordinentur, neqve omninò
qvicqvam ſimile habeant cum cæteris judiciis,
qvæ ex contractu vel delicto privato naſcun-
tur. Magna enim diverſitas eſt eorum & in
inſtituendo, & in exercendo. pr. Inſt. de publ.
judic.

Hinc

Digitized by Google

Hinc condictio furtiva, hinc ſervi corrupti actio, & ex illata injuria, tum civilis, qvàm criminalis; hinc de vi bonorum raptorum, de damno, injuria dato, item actio alibi corrupti, & per vim exemti. vid. Vulcejum *Jurisp. Rom. l. 2. cap. 19.* Qvibus addi poſſunt condictiones ex delictis impropriis, qvas in condendo ſyſtemate juris habemus recenſitas. *lib. eod. cap. 20.*

Hic etiam rectè fundamentum ſunt nactæ actionum ex interdictis plurimæ, ſicut ex interdicto: Ne qvid in loco ſacro fiat: Ne qvid in via publica itinereve publico, qvo ea via idve iter deterius ſit vel fiat: Ne qvid in flumine publico ripâve ejus fiat, qvo deterior ſtatio vel navigatio reddatur: Ne qvid fiat in cloacâ publicâ, & ſi qvid in ea factum erit, qvo uſus ejus deterior ſit, ut reſtituatur: De arboribus cædendis: De reficiendo rivo, ne vis fiat: De fonte, lacu, piſcinâ, puteo, reficiendis, ne vis fiat,

&c.

Digitized by Google

& cæteris ferè omnes ex interdictis actiones.

§. 2. *De actionibus ex placitorum fide.*

Longum eſſet, conditiones omnes recenſere ex fide ortas, in quibus Vultejus à Capite 7. ad decimum octavum ſingulas vel leviter perſtringendo eſt occupatus. Earum ſeries illic videri poſſit. Aliæ etiam ſunt actiones, quæ in fide originem poſſint nanciſci. Ita ex interdictis, veluti Salviano de præcario, de ſuperficiebus, de migrando, & aliæ forſan nonnullæ. Quot enim ex cauſis fides data juxta leges falli poſſit, tot dari actiones (ne quis ex culpa ſua meliorem ſibi redderet conditionem) voluit Lex.

Et notandum videtur, quòd multæ licet conditiones, quæ ex contractu & quaſi contractu veniant, in jure iis contradiſtinguantur, in quibus ex delicto ſeu maleficio dari actio dicitur: Naturam tamen rerum hanc diſtinctionem

rigi-

rigidè non exigere. In utrisqve enim æqvè videtur delictum. *Grave* qvippe *eſt, fidem fallere*, ſicut & grave ingratitudinis aut injuriæ eſſe reum. Neq; qvæ dicta eſt ex contractu conditio, priùs conceditur, qvàm à fide fuerit receſſũ, ejusqve contigerit violatio. Mitius igitur à lege, & clementius aliqvantùm, cum fidei temeratoribus agi qvis dixerit, qvibus in ſimplũ ſolum utplurimùm (dolum enim in depoſiti cauſſa excipio) erat condemnatio.

### §.3. *De actionibus ex [illegible] de gratitudine.*

De actionibus ingrati. Cujacius in expoſit. Novel. 78. de total. inſtrum. & manumiſſ. *Ingrati*, inqvit, *in jure duæ tantùm ſunt actiones, adverſus donatarium, & adverſus manumiſſum: nam adverſos alios actionibus ingrati, ut qvodam loco Seneca ait, ne fora qvidem ſufficerent.* De actione ingrati adverſus manumiſſum *v. tot. tit. Cod. de libertis & eorum lib. Novel. 78. cap. 2. &c.*

De

De actione adverſus donatarium

*v. Inſt. de donationibus §. 2. verſ. ſciendum. C. de revocandis donationib. l. 1. item l. 9. & 10.*

Actionibus his ingrati annumerari etiam poſſet ea, quæ parenti competit, per querelam de inofficioſo teſtamento adverſus filium, qui, cum defuerint in linea deſcendenti hæredes, in teſtatione, officii incurius, parentes præterit. *ff. de inofficioſo teſtamento l. 1. & l. 15.* Item *inſtit. eodem §. 1.* & alibi in jure paſſim.

*§. 4. Ex placito de philautia nullæ dantur actiones.*

1. Ex ſolius philautiæ cauſſa nulla juſta dari cuiqvam potuit actio. Nemo enim eſt, qvi, ubi ſui ſolius vertitur commodum, non poſſit ſecum diſpenſare, &, qvod ſibi debetur, remittere.

2. Nec opus eſt, ut eo metu cogamur, qva nos affectuum vis maxime propellit impetu.

*§. 6. De actionibus ex naturali affectu profluentibus.*

1. Huc

1. Huc pertinet actio de ſodomia ſive ſit extraordinaria, ſive ad L. Juliam pertineat. En L. Pulcram C. ad L. Juliam de adult. L. 31. *Cùm vir nubit, ut fœmina viris paritura* (ita enim legendum duxi) *quid cupiatur? Ubi ſexus perdidit locum, ubi ſcelus id, quod non proficit ſcire, ubi venus mutatur in alteram formam, ubi amor quæritur, nec videtur, jubemus inſurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel futuri ſunt rei.*

2. Actio etiam & pœna expoſiti à parente infantis hinc poſſit deduci, de qva freqvens in jure mentio.

3. Actio per qverelam inofficioſi Teſtamenti, qvæ liberis datur, qvi ſine cauſſa exhæredantur, aut in Teſtamenti factione omittuntur. *ff. de inofficioſo Teſtamento Inſtit. eod. Codice eod.*

4. Actiones etiam ex ſimilitudine illius, qvæ fit per qverelam inofficioſi Te-

Digitized by Google

Teſtamenti, in jure habentur: 1. ex inofficioſa donatione, cùm liberi per parentum liberalem nimis donationem, dum in vivis erant, factam debito eorũ ſubſidio, id eſt, legitimâ portione privantur. *Cod. de inofficioſis donat.* 2. Ex inofficioſis dotibus; & competit, cùm mater in fraudem liberorum, id eſt, ut eos debitis emolumentis ſpoliet, omnia ſua bona, vel magnam eorum partem, ſecundo marito dat. *Cod. de inoff. dotib.*

§. 7. *De actionibus ex placito de humanitate ſeu caritate in vulgus debitâ.*

1. Ex hoc placito vix dantur, qvæ numerari poſſint, ex jure actiones. De minimis legem non cavere, ipſa de ſe fatetur lex. (g)

(g) Communiter qvidem dicitur: *Minima non curat prætor*, ſed proverbium hoc cum limitatione accipiendum eſt: ſi ſcilicet fiat in præjudicium majoris cauſſæ, per l. 54. ff. de judic. Alias Gallinarum qvoqve curas habent Leges. §. Gallinarum. 16. Inſt. de Rer. Divis. & Nov. 69. c. 1. §. 1.

In hoc tamen placito non temerè qvis dixerit, originem habere actionem ex interdicto, ne vis ei fiat, qvi viâ utitur publicâ itinereve publico. *ff. de locis & itineribus public.*

2. Ne vis fiat, qvò minùs qvis in flumine publico navim, ratem agere, qvòve minùs per ripam onerare, exonerare liceat; item ut per lacum, foſſam, ſtagnum, navigare publicum liceat, *ff. ut in flumine publico.*

3. Ex interdicto de glande legenda. *ff. de glande legendâ.*

4. Ne qvis impediat, qvò minùs qvis ex publico flumine aqvam ducat: ex l. *Qvò minùs 2. ff. de Fluminib.*

Num. 3. *De ratione obligationis ad pœnas ſubeundas, & qvomodo alicui jus competat, eas, qvas debet improbus, pœnas exigere; ubi probatur, rationem hanc naturalem eſſe, & maximè genuinam, qvod aliàs fieri non*

Digitized by Google

*non poſſit, ne cui ex alterius culpa ſit malè, nec ita procurari, ut publica res in eundem reſtitueretur ſtatum, quo ante malo exemplo commiſſa facinora homines fruebantur. De civili etiam ad pœnas ſubeundas obligatione.*

Hic noxæ meritò cenſetur reus, qvisqvis, qvamvis eam immediatè non intulerit, cauſſas tamen ſic ad noxam inſtruxit, ut probabiliter poſſint nocere. Unusqvisqve proſpero ſemper fortunæ ſecundatus Favonico improbus, non ſolùm per ſe nocet, verùm, qvod magni certè faciendum, exempli ſuiipſius magnetiſmo alios ad nocendum prolectat:

*- - - - -. Dociles imitandis*

*Turpibus ac pravis omnes ſumus - -*

Fœcundum eſt felix ſcelus, latiusq; ferè in hominum animos ejus ſerpit contages, qvàm peſtis inter corpora. Neqve qvi-

Digitized by Google

qvidem, ex tàm infauſta vitiorum propagatione, ſimplex emergit damnum, aliud qvippe ipſi ad maleficium corrupto accidit, vel ſi plures ſint (ut ſemper ferè ſupponi par eſt) ipſis qvotqvot ſunt omnibus: qvippe qvi corrumpuntur, privantur volupi è benefactorum memoria mentis ſtatu, qva priùs frui poterant, neqve habent, qvò tanta animi voluptas in jam innovatâ vivendi ratione compenſetur. Deinde & aliud eſt iis illatum damnum, qvi qvotidiè lædi ſolent ex jam corruptorum maleficiis. Ponamus igitur felicem aliqvandiu (ſi diis placet) maleficum. Fiet, ut, qvamvis de induſtria illud non procuret, plures ſibi ſimiles ex facinorum pulcrè ſuccedentium contemplatione ipſe reddat. Nova autem proles κακοῦ κόρακος κακὸν ὠὸν exemplar ſeqvitur, eodem utitur genio, & injuriarum ſtudiis exercetur. Si igitur maleféceris, & in cauſſa fueris, cur alii ad vitia eâdem ſe componerent ratio-

ratione, illud imprimis agendum eſt, ut ipſe peccare deſinas, deinde ut cæteris à te læſis damna repares, & animos ad injuſtè agendũ, qvos feciſti promptos, in bonam reducas frugem, & humaniora componas ſtudia. Sola, qvantum ſcio, expedita eſt ratio, & felix machina, ad demoliendum improbè ſuſceptum conſilium, ut apprehenſio grandioris alicujus mali, qvàm qvod injuriæ lucro poſſit compenſari, & certo conſecuturi deliberanti objiciatur. Hoc appoſitiſſimum ingenium hominis excogitavit remedium, ut à notha illa, qvam ex delictis capiunt, voluptate iimpii jam facti velle recedere cogantur. Aut igitur neceſſe eſt futurum, ut, qvi malo ſuo exemplo alios in ſcelus provocârunt, ſe grandiori aliqvo malo affici ſinant, nec pœnas detrectent, ut ita priùs ſeducti in frugem redeant; aut neceſſe erit, ut damna non reparent jam facta, ſed lædere alios adhuc perſiſtant, ipſi licet ſcelere ulce-

ulteriori proprias manus non contami-
nent. Qvid enim? venenoſam jam e-
miſerunt contagiem, qvæ niſi reſtingva-
tur (qvo autem alio modo reſtingvi poſ-
ſit, neſcio) ipſa per ſe jam nocet, nec de-
ſinunt eſſe injuriarum rei, niſi emanata
hæc ex ipſis ſcelerũ effluvia reſtingvant.
Æqvum igitur eſt, ut, qvi injuriis alios
impetebant, per propriam etiam da-
mnum, ne in infinitum ab ipſis cœptum
derivatumqve excurreret nefas, com-
munitati conſulerent, ipſiqve ſuppoſitis
luerent crimina, qvàm ut his innocen-
tium ſocietates diſtraherentur.

Atqve hæc qvidem eſt naturalis,
qvantum ipſe aſſeqvor, ratio, qvâ ita ob-
ligatur homo, ut pœnam ſubire debeat.

Civilis eſt ex conſenſu ad Legem,
qvæ hujuſmodi pœnam exigit: qvam
ego ita civilem dixero, ut in natura, ſicut
cæteri contractus, fundari minimè ne-
gem: hac autem vel ſeveriſſimas, qvæ
ſubditis ſoncivibus irrogantur, pœnas

juſtificari poſſe, arbitror. Suppoſito, qvod pati debeat, ſi qværatur, qvomodo nobis exigendi pœnas jus competat, breviter reſpondemus: Jus habere unumqvemqve ſecundum naturæ leges ad illud, qvod natura non vetuit. Nihil autem ob ea vetari, jam ſupponimus, niſi qvod hic à me deſcriptis qvodammodo repugnet placitis; nulli autem repugnare, qui injuria inferendâ communis, per omnem mundi legum beneficiis, contemtorem damno afficit. Ex hoc jure, propter occiſum fratrem; ſeu ve ea propter maledictum, argumentatur adverſus ſeipſum Cainus: *Jam, inqvit, eò res devenit; ut ab obviamiente qvopiam occidi* (impune) *poſſim*: Gen. 4. v. 14.

Num. 4. *De pœnarum in Jure civili gradibus ex Inſt. de actionibus* §. 21. 22. 23. 24. 25. & *ratione actionum ultra ſimplū conceptarum; de obligationi-*

*item*

*item civili ad pœnas quascunque juxta leges ſubeundas.*

§. 21. *Omnes actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum vel in quadruplum: ulterius autem nulla actio extenditur.*

§. 22. *In ſimplum agitur, veluti ex ſtipulatione & mutui datione, ex emto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quamplurimis cauſis, cujusmo*di actiones perſequendæ rei ſolius cauſa comparatæ ſunt, ſine omni reſpectu ad pœnam, ex qua publicè morum corruptioni conſulitur. In ſimplo autem intelligitur omne intereſſe actoris, ſeu ab obligatione non receſſiſſe, quicquid ſcilicet huc circumſtantiis [illegible] abfuturum, quod aliàs non abfuiſſet. Tantum quippe ſimplo damnatus pendit, quantum ſufficere poſſit ad æſtimandum, ut res in eum [illegible] reducatur, quæ initio contractus adhuc ſi integra fuiſſet [illegible] obligatione manſiſſe credibile.

 §. 23.

§. 23. *In duplum agimus, veluti furti nec manifeſti, damni injuria, ex lege Aquilia, depoſiti ex quibusdam cauſſis; item ſervi corrupti: quæ competit in eum, cujus hortatu conſilióve ſervus alienus fugerit, aut contumax adverſus dominum factus ſit, aut luxurioſè vivere cœperit, aut deniq; quolibet modo deterior factus ſit. In qua actione etiam æſtimatio earum rerum, quas fugiendo ſervus abſtulerit, deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum eſt.*

§. 24. *Tripli verò agimus, cùm quidam majorem verâ æſtimatione quantitatem in libello conventionis inſerunt, ut ex hac cauſſa viatores, id eſt, executores litium, ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent. Tunc enim id, quod propter eorum cauſſam damnum paſſus fuerit reus, in triplum ab actore conſequetur, ut in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, connumeretur.*

§. 25. *Quadrupli autem agitur, vel-*

uti

*rei furti manifeſti; item de eo, quod me-*
*tûs cauſſa factum ſit, deque ea pecunia,*
*quæ in hoc data ſit, ut is, cui datur, calu-*
*mniæ cauſſa negotium alicui faceret, vel*
*non faceret. Item ex lege condictitia con-*
*ſtitutio oritur, in quadruplũ condemna-*
*tionem iis imponens executoribus litium,*
*qui contra noſtræ conſtitutionis normam*
*à reis quicquam exegerint.*

Notandum, quod in actionibus o-
mnibus, in quibus ultra ſimplum conde-
mnatio fiebat, quicquid ultra à lege re-
quirebatur, ad reſtitutionem integrita-
tis morum pertinebat, modo ſupradicto
faciendam, & pœnæ nomine exigi ſole-
bat, ut videre eſt *§. 18. Inſt. eod.* Pœna
enim in emendationem hominum con-
ſtituitur. *ff. de pœnis l. 20. Planè*, inquit
Hopperus, *liquet, originem pœnarum à*
*diſciplina eſſe, & ad ejus, qui punitur e-*
*mendationem, exemplumq; aliorum, &*
*malum de medio tollendum, pertinere.* de
vera Jurisprud. lib. 12. tit. 7. quo pacto
judicia publica peragantur.

Legiſlatorum, qvantum ad pœnas attinet, opus eſt & negotium, ut finem earum reſpiciant, & tantum à reo præſtandum allocent, qvantum ad damna reparanda poſſit ſufficere. Cùm enim incommodum viſum eſt, unumqvemq; ſibi ultra fore judicem, qvid qvantumq; pœnæ, ab alio ob maleficium exigere, & qvousqve iræ ultionique indulgere poſſit, ex communi civium conſenſu arbitri ſunt facti, qui, qvantum pœnæ ad qvælibet detrimenta integrè reſarcienda ſatis ſiat, determinatè ſtatuunt.

Horum igitur placitis ſi qvid durius aut remiſſius, vel in cujuspiam præjudicium, conſtitutum fuerit. Lex tamen eſt, id eſt, conventio publica, adeò, qve injuſta eſſe neqvit, civium ſive contrahentium reſpectu, qvi jura ſua remittere juſtè cenſentur. Obligatur enim unusqviſqve paciſcens (totius autem civitatis pactio eſſe intelligitur) ſi non ex primâ naturæ exigentia, qvæ ſatisfactionem

nem ſequirit, ſaltem ex pacto ad pœnam ſubeundas, in quo tamen ſeſe qui juri ſuo renunciaſſe non reſtiſſane credimur.

Num. 5. *Qua ratione fiat, quod mala exempla Reipublicæ adeo grande afferant detrimentum.*

Maxima humani generis pars in fortunæ, quæ vocant, bona vel corporis voluptates videtur propendere: Hi, divites dum ſe fieri volunt, & citò fieri, adeo ſoli negotiis implicantur, ut non vacet de eo, quod prudentia vel honeſtas ferat, ſerio cogitare. Et quamvis non ſint ex proprio neqvam, facile tamen exemplis aliorum, in neqvitias deducuntur. Cum enim careat non exercitata eorum ratio, nec ſtatim judicium ferant, qvid verum ſit, qvid honeſtum, & qvid utile, malunt alios ſibi proponere vitæ duces; & qvemadmodum medicinæ ignari, valetudinaria ſibi corpora aliis mandant curanda, & potius eligunt, aliorum ope uti, qvàm ſibi-ipſis propi-

 nare

nare pharmaca: utqve agricolis fundos locent colendos, qvi ipſi agriculturam neſciunt, aut ſaltem eos in cultura imitantur: Ita qvidem vulgus hominum, dum aliis in rebus occupantur, ita ut ad veritatem è puteo effodiendam, aut qvid ſit honeſtum, dijudicandum, parum ſit otii, ea credunt veriſſima, ea tanqvam honeſtiſſima peragunt, qvæ aut credere videntur, aut facere ſolent ii, qvos ob ſapientiam, aut juſtitiam ſuſcipiunt.

Alii ſunt his multò neqviores, qvi nec penſi qvicqvam habent, qvid verum aut honeſtum ſit, qvidve, qvi nomen honeſtatis & ſapientiæ ſtudio dederunt, dictent: ſolum illud audiunt, illud curant, qvid velit is, qvem intuentur ſummum principem, potentiſſimum virum. Si is juſtitiam elegerit, huic debetur, qvòd cæteri non ſint injuſti: ſin ſe ad impietatem converterit, totus hic homuncionum corrumpitur ſtatim cœtus.

Hinc

Hinc illa Ciceronis de leg. lib. 3. *Ut cupiditatibus Principum & vitiis infici ſolet tota Civitas, ſic emendari & corrigi continentiâ.* Neqve enim tantum mali eſt peccare Principes, (qvanqvam & hoc magnum per ſe malum) qvantum illud, qvod immenſam hominum vim peſſimis exemplis ſæpiùs in perniciem allectent. Nam licet videre, ſi qvis velit replicare memoriam temporũ, qvaleſcunqve ſummi civitatis viri fuerunt, talem ipſam civitatem fuiſſe, &, qvæcunqve mutatio morum in Principibus extitit, eandem in populo ſecutam eſſe. *Nemo,* inqvit Seneca, *errat uni ſibi, dementiam ſpargit in proximos, accipitque viciſſim: & ideò in ſingulis vitia populi ſunt, quia ea populus dedit: didicitq, quisq, deteriora, deinde docuit,* &c. ibid.

Porrò vix, aut ne vix alicubi terrarum ſunt adeò potentiæ, ſapientiæ aut honeſtatis (ad ſpeciem ſaltem) indigi,

ut ii à nullis earum omnium, aut alicujus ſaltem earum gratiâ non ſuſpiciatur. Qvod ad potentiam attinet, alta eſt dignitatum ſcala, in qva, dum ab imo ad ſuperiora contendimus, qvi unico tantùm gradu diſtant ab infimis, ab iis honoribus tamen & omni blandimentorum genere afficiuntur. A qvibuscunqve enim commodi aliqvid lucelliqve proventuri ſpes eſt, his omne genus ſervitii vulgò exhibemus, & ad horum mores nos componimus; juxta qvod Martialis ludit:

*Capto tuam (pudet heu) ſed capto, Maxime, cœnam:*
*Tu captas alias, &c.*

Et qvod ad ſapientiam & honeſtatem attinet, vix qvidem dantur adeò moribus improbi, aut mente bardi, qvi à nullis in honore ſint, & ſpectatu digni habeantur. Illud eſt aliqvorum ſcelus, ut nihil generoſo aut magno dignum æſtiment, niſi qvod impium. Ea aliqvo-

rum

Digitized by Google

tum amentia, & infantile judicium, ut vel Chorœbum deperëant. Neq; enim omnes ſumma ſeqvuntur aut ingenia, aut judicia; ſimiæ ferè ab utero naſcimur, & qvodcunqve intuemur, imitari facilè ſtudemus. Vulgaria potiùs, qvàm rationi conſentanea vulgum ducere, nemo ignorat, qui vitam humanam contemplatur; ut non mirum ſit, magnum eſſe incommodum, qvod à malo exemplo proficiſcitur. Imò, ipſe Deus videtur hac ratione exigere pœnas, & ad σκάνδαλα maximè proſpicere. Dicit enim *ſe miſſurum ultimo die Angelos ſuos, ut colligant è regno ipſius ſcandala, & improbè agentes in ignem mittant*. Sic Matth. 18. v. 6. 7. & c. 13. v. 41. & Juvenalis, hoc ſceleribus accidere pernicioſiſſimum, notat, qvod exemplo malo committantur. *Deteriores enim ſunt, qui vitam moresqve hominum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt*. Greg. 6. q. 1. ex merito §. deteriores.

Num. 6. *Dogmatum Hobbeſii de jure pœna, tàm irroganda, quàm remittenda, animadverſio, & cum hypotheſi noſtra de obligatione ad pœnas eorundem collatio.*

Peculiarem Hobbeſius hanc naturæ legem ponit, *oportere unumqvemque omnibus pœnitentiam agentibus peccata condonare, ſi modò de noxa futura caveant, & veniam petant*, Leviath. pag. 1. cap. 15.

Nobis (ea noſtra eſt Hypotheſis) non licet eſſe tantâ clementiâ, aut eâ uti, niſi ſaltem velit, illam de futura noxa cautionem tàm ad alios, à ſe corruptos, qvàm ſeipſum, extendi, & damna jam facta aliqvo modo reſarciri faciat. Neqve enim ſufficit, ut ipſi, qvi primò comperiebantur injuſti, ab ea injuria deſiſtant, verùm hoc etiam reqviritur, ut cauſſæ ſint, qvo alii, ad noxam eorum impulſi exemplo, noxii eſſe ceſſent; & damna

damna ſi qvo modo fieri poſſit, reparentur, nec priusqvam hoc fiat, obligationi ſatisfactum judicare audem*. Autor verò, ut jus aliqvod pœnæ exigendæ ſtabiliat, ad grandiſonã illam & κυρίαν δόξαν, in qva omne ſtupendi illius in re politica ædificii onus recumbit, recurrere neceſſe habet. pag. 2. cap. 28. *Jus eſſe originale, quod unicuiq; competebat ante civitatis conſtitutionem, quo ſcilicet alium quemq; ſibi ſubdere, eum lædere, & auferre è medio felicitatis ſuæ cauſſa poſſit.* *Hoc enim jus in Principe*, aſſerit, *non poſſe eſſe diminutum, quia nequit Princeps dominium in ſe recipere, & ſe interim in aliquo ad ſubditos obligare; quippe ita infirmum nimis conſtitueretur dominium, & magna naſceretur ad natura*, & qvem vocat, *belli ſtatum proclivitas*; qvod ut fiat, judicat ipſe abſurdum: Hoc cùm ſecus ſtatuamus, ut ex integra hypotheſi videre eſt, cùmq; nullum unqvam, cujusmodi eſt ab ipſo



Digitized by Google

cõmentum, naturæ jus, in natura aliud advertamus; qvo ſcilicet alter ab alio, etiam ſine crimine ſuo, lædi poſſit: conſentaneum rationi eſt, ut fundamentum illud, cui irrogandæ pœnæ apud autorem jus incumbit, fictũ utpote & imaginarium, infirmum & debile judicemus.

Alia autem perqvam multa poſita à Philoſopho paradoxa deprehendere qvis poſſit, inde nata, qvod aut non adverteret, aut ſaltem non aſſentiret veræ obligationis ad pœnam rationi: Cujusmodi eſt illud Leviathan part. 2. cap. 21. *Si qva hominum multitudo capitale aliqvod admiſerunt facinus, unde à Rege de vita metuunt, jus habent & libertatem combinationes facere, ſibi invicem ſuccurrere, & mutuam opem ferre. Vitas enim ſolùm defendunt ſuas, quod tam noxiis, qvàm ab innocuis, fieri eſt licitum. Injuſtè certè primò in facinore contra officium patrando fecerunt: Hoſtilitas au-*

tem

*tum & pugna conſeqvens, qvamvis eo inſtituta, ut injuſtè factum defendatur, non novus eſt injuſtitiæ actus, imò ſi ad defenſionem perſonarum ſuſcepta ſit, non omnino eſt injuſta.* Certè prætermiſſo, qvod qvi hoc factitant, plerumqve contra pactam fidem cum Civitate, cujus ſunt municipes, bella moliantur, ulterius etiam dici poſſit, qvòd primam illam obligationem nihili faciant, qva tenemur alios non lædere innocentes. Qvippe cauſſæ læſionis ſunt, qvæ alios ad noxam diſponunt qvocunqve modo, aut provocant. Proſperum ac felix ſcelus eos, qvi aliàs naturam ſeqverentur, & innocentes forent, in malum exacuit, & qvamvis in multis ipſa forſan innocentiæ pulcritudo poſſit prævalere, ne qvicqvam ab eis ſecus fiat, qvàm qvod illa præceperit: in aliis tamen ita injuriæ per exempla propagatur contages, ut non priùs deſinat, qvàm infelicitas peccantium innoteſcat. Si igitur conſcien-

tia

tia judicet, noxam innocentibus non eſſe inferendam, & res continuò geſtæ notum faciant, facinoroſos aliàs non poſſe evitare pœnæ illationem, continuationem, perennationem, qvàm per ſubmiſſionem ad pœnas: neceſſe eſt, ut his ſe ſubmittant, aut aliud agant, qvàm qvod mens & conſcientia dictavit faciendum.

## Num. 7. *De jure belli.*

Cauſſæ belli duplices, vel ut qvis qvem tueatur ab injuria, cùm ſigna ſint aperta alicujus malitiæ, & nefarii contra aliqva naturæ placita conatus, qvo alter nocere poſſit. Signa autem cùm nondum ſatis ſint expreſſa, ſi in graviori periculo is, de qvo eſt ſuſpicio, cautionem dare detrectaverit, ipſa hæc æqva poſtulantis rejectio, juſtæqve conditionis recuſatio, ſigni erit vice maximè manifeſti, ut ſuprà in capite de innocentia eſt viſum.

Secunda verò, & uſu magis recepta,

belli cauſſa eſt ad damnum, ex non præſtitâ obligatione, plenè reparandum. Si damnum, in morum læſione maxima ex parte conſiſtens, reſpiciatur, pœnæ nomine venit: Si in re, generali voce damni reparatio dicitur.

Qvâ ratione pœnam jam ſub Capite ſeparationis pono, (ſecus atq; Grotius *lib. 2. de jure belli cap. 1. num. 2.* facit) facilè videbit, qvi, qvod ſcripſi de cauſſis obligationis ad pœnam, dignabitur animadvertere.

Sanè qvot ex cauſſis deteriorari alicujus conditio poteſt, per violationem placitorum naturalium (qvæ qvalia ſint, jam vidimus) tot ex cauſſis juſtè oritur bellum: idqve, vel ad cavendum, ne fiat injuria, vel ad factam refarciendam.

In qvæſtione, qvi licitè poſſint bellum gerere, libenter *Grotium* ſeqvor. Communis qvippe hic videtur ſenſus: Nemini naturaliter hoc eſſe interdictũ, ut in juſto bello alterius cauſſa ſuis viri-

bus

bus decernat. Alteri quippe prodeſſe non modò licitum, ſed & honeſtum eſſe Recte, qui de Officiis ſcripſerunt, ajunt: nihil eſſe utilius homini homine altero. Solon docuerat, beatas fore Reſpublicas, in quibus alienas injurias quiſque ſuas exiſtimaret. Et ad anteradictum vinculum ſufficit humana naturæ communio, quod ab homine enim nihil humani alienum eſt. Menandri dictum eſt:

*Injuriarum ſi improbis ulciſcendo*
*Reponeremus ultionem ſinguli,*
*Nobis pati quas fieri non poſſe alteri,*
*Inter nos juſtitiæ conſpirantes vindices,*
*Non prævaleret innocentiæ impetu*
*Audax malorum, qui nunc inſtat*
*undique*
*Juſtaſque pœnas, quum intentus ipſe vi-*
*deret,*
*Aut nulli penitus eſſent, aut pauci*
*admodum.*

Democriti verò hoc: ἀδικουμένοισι τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ μὴ παρίε-

τὸ ἄλλο γὰρ τοῦτο δίκαιον. Quod ſic explicat Lactantius; *Deus qui cæteris animalibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurſu & periculo tutiora generavit. Hominem verò quia nudum fragilemque formavit, ut eum ſapientiâ potiùs inſtrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraque omnia pericula & accipiat & præſtet auxilium.* De jure belli libr. 1. cap. 5.

## Cap. XVI.

# De Numinis Placatione.

Num. 1. *Quòd naturali ratione veriſimile ſit, Deum peccatis contra hæc placita admiſſis, offendi, non tamen eſſe implacabilem; & ſuppoſito, quòd placabilis ſit, hominum intereſſe, ut offenſum placent.*

Quod

Quod ab omnibus gentibus obſervatum eſt, id non niſi à Deo ſancitum eſſe, dicendum, antiqvitùs dicebat Socrates. Xenophon *lib. 4. de factis & dictis Socratis.* Nec Socrates ſolùm, ſed & ſapientes omnes idem advertebant, naturæ ſcil. autorem ea fabricâſſe, qvæ omni naturæ univerſaliter conveniunt. Qvod niſi conceſſum ſit, unde originem ſuam communes ἔννοιαι deducant, non facilè erit exiſtimare.

Apud omnes peræqvè gentes honeſtæ, & juſtæ, homineqve rationali dignæ cenſentur, ſecundùm recenſita naturæ placita, actiones inſtitutæ; ideòqve à Deo noſtro Conditore, nec aliunde profectos eſſe communes hos de honeſtate ſenſûs, & in animo nobis connatas prolepſes, credi conſentaneum eſt.

Naturam Deumve nihil facere fruſtrà ſentiunt, qvotqvot ſapientiam ἐν τῷ θεῷ locant. Amentium enim eſt, aut

eorum

eorum ſaltem, qvi ingenio utuntur levi & inani nimis, nullâ de cauſſa, nullo fine, nulli9 rei intuitu actiones in ſe ſuſcipere. Et qvotqvot qvoqvo modo definiunt ſapientiam, in eo maximè conſiſtere divinam hanc virtutem, dicunt, qvòd media optima atqve expedita, ad optimos fines aſſeqvendos, proponat.

Fines omnes rerum affabrè fictarum ex aptitudine ad uſum ſpecialem dijudicamus, indeqve (ut priùs obſervatum) nares odoratui, lingvam loqvelæ, aures auditui comparatas à natura, facilè opinamur; proinde conſcientiam pariter, ejusq; dictamina, anticipationesq; de Deo (qvale illud à Comico eleganter expreſſum:

*Eſt profectò Deus, qvi, quæ nos gerimus, auditq; & videt ---*
*Benè merenti benè profuerit, malè merenti par fuerit;)*

judicia item de felicitate bonorum, & de improborum pœnis, in futurâ vitâ,

ſuſpi-

ſuſpi[illegible] divinâ providentiâ eſſe comparata, & nobis indita eo fine, ut à neqvitiis & injuriis deterreamur, & potius, ut ad virtutem moratam, vitæque honeſtatem, faciliùs deducamur, ſi non certum, maximè videtur veriſimile. Quippe ſicut nares odoratui, & lingva loqvelæ, ita notiones hæ ad mores, ſecundùm virtutem efformandos, faciunt.

Dato igitur, veriſimile eſſe, ſi non indubium, Deum Optimum Maximum hoc fine notiones has mentibus indidiſſe, conſeqvens erit, ut voluiſſe cenſeatur, illud fieri, qvod ex iis mediis intenderat, noluiſſe contrarium; eòsq;, qui creatis, inſtitutis, & gratis conceſſis ad præſtitutum finem, mediis uti nolunt, ea nolle, qvæ Deus voluit, adeòq; ſummo Numini contraniti, & ſe oppoſuiſſe.

Entia autem, quorum perſpectæ nobis naturæ ſunt, omnia, qvibus ſenſus ineſt, graviùs ferunt rebelles, & ſibi

con-

contranitentes, qvàm qvos intuentur obſeqvio, cultu & honore, propter collata beneficia, humiliter ſtudioſèqve inſervientes. Et qvibuscunq; potentiæ magnitudine, ultra communem ſortem, elevatis, Hectoris illud apud Homerum convenit.

*Δυσμένων δέ τι παῖδες ἐμῷ μένεϊ ἀντιόωσι.* Mala inferunt inimicis plurimi: Nemo ad amuſſim bonus hoſtes perinde, & ſuos, benevolentiæ & amoris officiis amplectitur.

Deum hac in re diſſimilis eſſe naturæ, cæterisqve entium generibus anomalon, nihil eſt, qvod arguat: præſertim cùm nulli entium ſpeciei hoc vitio vertatur, ſed ad rationalis alicubi naturæ virtutem & perfectionem ſpectet; Nec ratio compareat, cur non ſummo Enti eadem perſonarum acceptio, & in beneficiorum elocatione, ſecundùm merita & demerita, diſtinctio virtuti etiam & perfectioni ſit.

Rationi igitur conſentaneum eſt, ne ii, qvi averruncata mala, ſibiqve volunt proſpera omnia, per Dei bonitatem & potentiam procurata, id faciant, qvo offendatur Deus.

Et ſi contingat offenſum eſſe, & ſtudium adhuc maneat, ut potentiâ ejus in procurandis bonis, & malis arcendis protelandisqve, utamur, neceſſe erit, ut ſtudeamus, Deum iterum placare, & in pacem demulcere, & qvoqvo modo, ſi fieri poſſit, & implacabilis is non ſit, in amicitiam iterum demereri. Ratio eſt, qvia ex ſuprà recenſitis ſupponimus, credere Deum offenſum offendentibus minùs favere: placatum autem offenſam remittere, & perinde ſe exhibere benignum, ac ſi nulla uſpiam offenſâ fuiſſet laceſſitus. Neq; facilè fieri poſſit, ut implacabilis & nullâ exorandus ratione ſupponatur Deus. Inter perfectiones enim & virtutes miſericordia, clementia, placabilitas, in omnium entium ordinibus cenſentur:



Digitized by Google

*Quò quisque eſt major, magis eſt placabilis ira,*

Ovid. de Triſt. libr. 3. Eleg. 5. & Cicero: *Nihil eſt laudabilius*, inqvit, *nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementiâ.* de Offic. 1. Nemo igitur eò impudentiæ venit, ut offendi poſſe, placari non poſſe, dixerit. Summi Numinis imperveſtigabilis eſt eſſentia, & à diſtincta Divinarum virtutum & perfectionũ attributarum comprehenſione immenſum diſtamus: at nec explicari, nec animo concipi poſſit, qvâ mente in totum humanum genus futurus ſit Deus, ſi expiari peccata, aut Numen ſuum placari non ſinat. Seqveretur qvippe, eam eſſe ſummi Numinis perfectionem, ut ſemper, ut cum omnibus univerſim hominibus qvaſi bellum gerat, (Nemo enim eſt, qvi Divinæ mentis præſcripta ſemper ſecutum ſe, Deumqve proinde nunqvam offendiſſe, auſit aſſerere) ut nulli parcat, in nul-

lum è noſtro genere clementiam exerceat, aliosq; edat actus, qvàm qvales ab odio iráq; excandeſcentib⁹ ſolent proficiſci.

**Num. 2.** *Qvòd Numen placabile à gentibus cogitatum ſit, & de placationis facienda uſu, Ethnicorum teſtimonia.*

Qvo crediti ingenio apud Ethnicos dii ex pulcella Floræ, apud Ovidium, oratione optimè conſtat, ubi de ludorum origine diſſerit, libr. 5. Faſtor. v. 297.

*Nos qvoq; tangit honos: feſtis gaudemus & aris,*
*Turbaq; cœleſtes ambitioſa ſum⁹.*
*Sæpè Deos aliqvis peccando fecit iniquos:*
*Et pro delictis hoſtia blanda fuit.*
*Sæpè Jovem vidi, cùm jam ſua mittere vellet*
*Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum:*

*At*

*Aut ſi negligimur, magnis injuria pœnis*
*Solvitur, & juſtum præterit iræ modum.*
*Reſpice Theſtiaden, flammis abſentibus arſit:*
*Cauſſa eſt, quod Phœbes ara ſine igne fuit.*
*Reſpice Tantaliden, eadem dea tela tenebat:*
*Virgo eſt, & ſpretos bis tamen ulta focos.*
*Hippolyte infelix, velles coluiſſe Dionem,*
*Cum conſternatis diriperêris equis.*
*Longa referre mora eſt, collecta oblivia damnis:*
*Me quoque Romani præteriêre patres.*
*Excidit officium triſti mihi; nulla tuebar*
*Rura, nec in precio fertilis hortus erat.*



Digitized by Google

*Convenêre patres, & ſi bene floreat annus,*
*Numinibus noſtris annua feſta vovent.*

*Annuimus voto: &c.*

Freqventia item in antiqvis ejuſmodi extant præcepta, qvale illud Heſiodium:

- - - - Ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν·
Ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θυέεσί τε ἱλάσκεσθαι,
Ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην, καὶ θυμὸν ἔχωσι, i. e. facere ſacra, &c.

De officiis Sacerdotum recenſeri merentur, qvæ habet Cicero de Legib. 2. huc ſpectantia. Lex eſt:

*Quæ quoq; Divo decora grataq; ſint hoſtiæ providento; diſcunto ignari à publicis Sacerdotibus. Eorum autem duo ſunto genera: unum quod præſit cærimoniis & ſacris: alterum quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita, cùm Senatus populusq; adſciverit. Interpretes autem Jovis Opt. Max. publici*

Digitized by Google

*ci augures ſignis & auſpiciis poſteà vidento; diſciplinam tenento. Sacerdotes vineta, virgetaq; & ſalutem populi auguranto; Divorum iras providento, iisq; parento; cæliq; fulgura regionibus ratis temperanto; urbemq; & agros, & templa liberata & effata habento; quæq; augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit, irrita infectaq; ſunto -- Bella diſceptando; prodigia, portenta ad Etruſcos & haruſpices, ſi Senatus juſſerit, deferunto; Etruriaq; principes diſciplinam docento; quibus divis creverint, procuranto; iidemq; fulgura atq; obſita pianto -- Sacrum commiſſum, quod neq; expiari poterit, impie commiſſum eſt: quod expiari poterit, publici Sacerdotes expianto.*

Et lex qvidem de Sacerdotibus, eorumqve muniis, ſic habet: qvæ qvidem, ſi Ciceronem audiamus, *Romanis moribus, legibus Numæ, optimæqve cuiq; Reipublicæ ſtat conſentanea.* Gloſſa ibidem ſeqvitur: *Deſcriptio,* inqvit Marcus, *Sa-*

 cer-

*cerdotum nullum juſta religionis genus prætermittit. Nam ſunt ad placandos deos alii conſtituti, qui ſacris præſint ſolemnibus: ad interpretanda alii prædicta vatum.*

Nec freqventius qvicqvam occurrit celebratum, qvàm deorum clementia, neqve alia qvacunqve virtute apud Oratores juxta & Poëtas diis comparantur principes viri, qvàm ex placabilitate & clementia. *Sola deos*, inqvit Claudianus, *æquat clementia nobis*. Et ad Cæſarem Ovid.

*Hoc tecum commune deis: quod utrique rogati*
*Supplicib⁹ veſtris ferre ſoletis opẽ.*
*Nam, quid erit, quare ſolito dignemur honore*
*Numina, ſi demas, velle juvare deos?*
*Jupiter oranti ſurdas ſi præbeat aures,*
*Victima pro templis cur cadit?*

Et vitio indulgentis apud Juvenalem eſt illud: -- *Ex-*

*— — Execrabile Numen*
*Fortaſſe experiar; ſolet his ignoſcere. —*
Atque infinita alia ſunt ejusmodi.

Num. 3. *Humaniores iratum Numen placandi ritus, qui tamen ipſi inepti nimis cuiquam, ſecundùm naturam facienti judicium, poſſint videri, & tantùm non ridiculi.*

Satis venuſtum Horatii illud eſt ad Phidi'en, ad placandos deos præſcriptum. Carm. lib. 3. Ode 23.

*Cœlo ſupinas ſi tuleris manus,*
*Naſcente Lunâ, ruſtica Phidile,*
*Si thure placâris & hornâ*
*Fruge Lares avidâq; porcâ:*
*Nec peſtilentem ſentiet Africum*
*Fœcunda vitis, nec ſterilem ſeges*
*Rubiginem, nec dulces alumni*
*Pomifero grave tempus anno.*

Et non minùs celebrem placaminis faciendi rationem habet Cicero Oratione in L. Catilinam. 3.

*Memoria, inquit, Quirites, tenetis, Cottâ & Torquato Conſulibus, complures in Capitolio turres de cœlo eſſe percuſſas, cum & ſimulacra deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatua veterum hominum dejecta, & legum æra liquefacta. Tactus eſt etiam ille, qui hanc urbem condidit Romulus: Quem inauratum in Capitolio parvum, atq; lactantem, uberibus lupinis inhiantem, fuiſſe meminiſtis. Quo quidem tempore cùm haruſpices ex tota Etruria conveniſſent, cædes atq; incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domeſticum, & totius Urbis atq; Imperii occaſum appropinquare, dixerunt, niſi dii immortales, omni ratione placati, ſuo numine propè fata ipſa flexiſſent. Itaq; illorum reſponſis tunc & ludi decem per dies facti ſunt, neque ulla res, quæ ad placandum deos pertineret, prætermiſſa eſt. Iidemq; (haruſpices) juſſerunt, ſimulacrum Jovis facere majus, & in excelſo collocare, & contra atq;*

ante

*antè fuerat, in Orientem convertere, atq; illud ita collocandum, COſſ. ipſi ſtatuerunt.*

Qvomodo infeſta Romanis Flora, per Floralia inſtituta, in gratiam iterum & pacem rediit, ſuprà ex Faſtis Ovidii attigimus.

Eximium eſt Apollinis, à Porphyrio memoriæ proditum, de ſacrificiis oraculum, qvomodo deorum qviqve placandi ſint, pulcrè præcipiens ita, ut nihil immane aut tetrum edicto contineatur. Verſuum ſeriem repetere longum eſſet. Extant apud Euſebium *de Præp. Evangelii lib. 4. cap. 9.* Summa eſt, deos aliqvos eſſe ſubterraneos, alios terræ incolas, ac ſubterraneos qvidem inferos, qvemadmodum & terræ incolas, terreſtres proptereà dominatos. Jubet igitur, victimas qvadrupedes, eaſqve nigri coloris, omnibus ex æqvo immolari: diſſimilem tamen ſacrificii ritum eſſe vult. Terreſtribus enim, hoſtiam

altari impoſitam, jugulari præcipit: ſubterraneis autem in fovea, ſic nimirùm, ut cadaver integrum terrâ qvaſi ſepultum obruatur. Aëriis autem numinibus immolandas volucres, totasq; flammis concremandas, earumqve ſangvinem circum altare fundendum eſſe, monet: at marinis, ut volucres qvidem, ſed qvæ atro colore ſint, ac medios in fluctus vivæ adhuc ſpirantesqve projiciantur.

Virgilius Anchiſen inducit mactantem:

*Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcer Apollo,*
*Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.* Æneid. 3.

Ad hoc caput omnia etiam referri debent Luſtralia. Benè enim de ſatisfactione cap. 6, animadvertit Grotius: *Luſtrum latinum literâ unâ interpoſitâ à Græco* λύτρου *derivari. Luſtrare ergò urbem eſt, eam à pœna liberare per luſtrum,*

Digitized by Google

*ſtrum, id eſt, pœnam ſuccedaneam, quod & piaculum dicitur. Sic ex gentium opinione Decii luſtrârunt Romanum exercitum, Thebas olim Menaceus, de quo mater apud Papinium:*

*Luſtralemne feris ego te, puer inclyte, Thebis,*
*Devotumq; caput, vilis ceu mater alebam?*

Romæ cùm publica fiebant Luſtralia, omnes Centuriæ & Eqvites in campum Martium convocabantur, ubi ſue, ove, & tauro cæſis immolare ſolebant: hoc Luſtrum, ut inqvit Livius, eſt dictum. *Decad. lib. 2.*

De privatis habemus in Catone exemplum, qvi ita expiare familiam conſvevit: Primò per oblationem petitionis hujusmodi: *Mars pater, te precor qvæſoq;, uti ſies volens & propitius mihi, domoq; familiæq; noſtra, uti tu morbos viſos inviſosq;, viduertatem, vaſtitudinemqve, calamitates, & intemperias prohi-*

*hoſtiis, ſubſequentes, adverſumque, &c.* *Deinde pro more mactatio ſit agni, vituli & porci; & ſi hæc non viſa ſunt ſufficere, alius additur, cum hac formula porcus: Mars pater, quod tibi illoc porco neque ſatisfactum eſt, te hoc porco piaculo.* Cato de re ruſt. cap. 141.

Non diſſimile apud Zoſimum, *hiſt. lib. 2.* Valens quidam Valeſius iratos ſibi ſentiebat deos, liberos quippe ægritudine multaverant, & fulmine ſacrorum percuſſerant lucum. Quid ergò faciendum ſtatuit? Προσαγαγὼν τῇ ἑστίᾳ, δύο τελείας ἀντὶ τῶν παίδων ὑπισχνεῖτο ἑαυτοῦ τε, καὶ τῶν παίδων μητρὸς.

Num. 4. *Crudeles, qui inter gentes Deum placandi obtinuerunt ritus, exemplis variis, ex hiſtoria petitis, declarati.*

Non opus eſt, ut ipſe novæ exemplorum collectioni inſudem. Jam collecta vel transſcribere fortè nimium videri poſſit.

Ramus

Ramus in libro de Moribus Gallorum vet. ſingularia hæc ex variis autoribus nobis de ἀνθρωποθυσία exempla in manus tradidit: Qvod *Galli captivos ſacrificabant diis*: (ex Diodoro.) Qvod *religionis cauſſa, Gallorum quotquot affecti erant gravioribus morbis, quiq; in præliis periculisq; verſabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut ſe ſaltem immolaturos vovebant: Ratio, quod, pro vita hominis niſi vita hominis reddatur, non poſſe deorum immortalium Numen placari, arbitrarentur.* (ex Cæſaris Comment.)

*Eorum quippe alii immani magnitudine ſimulacra habuerunt, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complere conſueverunt, quibus circumventi flammis exanimabantur homines*; (ut idem Cæſar.)

*Inſtruebant ligneum Coloſſum fœno contextum, in eoq; pecudes, & omnis generis beſtias, utque homines concremabant.*



bant.

*bant.* (hæc Strabo, aliiqve de iisdem ſimilia.) Tandem autor ipſe: *e Æroetas*, inqvit, *hæc gentium communia, vel potiùs gentilium dæmonum propria. Sic enim qvondam humanis hoſtiis litabant ferè gentes omnes. Livius poſt Cannenſem pugnam ſcribit, tales hoſtias Romæ fuiſſe. Interim aut ex Fatalibus libris ſacrificia aliqvot extraordinaria facta, inter qvæ Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro boario, ſub terra vivi demiſſi ſunt in locum ibi ſaxo conſeptum, ibi ante hoſtiis humanis minimè Romano ſacro imbutum.* Hæc Livius. *Neq; jam Arabes, Thraces, Scythas, Ægyptios, Græcosq; ad iſtam fidem memorem. Cùm etiam Dionyſius Halicarnaſſeus primo libro antiqvitatum Romanorum doceat, Jovem & Apollinem, qvoniam decima naſcentium hominum non immolaretur, univerſæ Italiæ graviſſimas clades impertâſſe. Diodorus viceſimo hiſtoriæ libro, Saturni ſtatuam & ſacrificia hujusmo-*

*illi, narrat Carthagine, dum adhuc inco-lumis ſtaret, fuiſſe. Dicebant autem, ait, Saturnum illis iratum fuiſſe, quoniam primi ipſi excellentiores ex filiis ſuis ſacrificabant: Poſteà verò, clàm emtis infantibus atq; educatis, liberorum loco immolabant. Cumq; diligenti factâ inquiſitione multos ex ſuppoſitis invenirentur ſacrificatos, facilè animis induxerunt, ut crederent, ad obſidionem urbis hoſtes idcircò divinitùs miſſos fuiſſe, quoniam priſcos deorum honores non ſervarent. Itaq; deos placare ſtudentes, ducentos ex nobiliſſimis adoleſcentibus publicè ſacrificârunt; trecenti verò alii, quoniam ſe ſuſpectos eſſe videbant, ſponte ſe ei adiderunt, &c.* Ramus ibid. pag. 97. 98.

Rex Moabitarum tempore Joſaphati Regis Judæ ad incitas redactus, iratum Numen immolatione filii ſui primigenii placare tentat, 4. Reg. 3. v. 27.

Memorabilis item hiſtoria in myſtico ad ſacra Biblia commentatio habet: *Etſi omnes fuerunt deinceps Idololatri-*

*ea in ipſâ Urbe Jeruſalem:* *Moleci ita conſtructus fuit extrà urbem in loco ſeparato. Quomodo Molec erat factus? Imago erat, habens faciem vituli, manus expanſas, inſtar hominis manus aperientis, ut ab alio aliquid excipiat. Extrinſecus excavata ſeptem illi extructa erant ſacella, ante quæ imago iſta erat collocata. Accensive pullum columbinum offerens, primum ſacellum ingrediebatur, Ovem aut agnum ſecundum, Arietem tertium, Vitulum quartum, Juvencum quintum, Bovem ſextum, qui denique filium proprium offerret, ſeptimum occupabat ſacellum. Hic Molechum exoſculabatur, juxta illud:* Sacrificatores hominum vitulum exoſculabantur. Hoſ. 13. 2. *Molechus igne ſuppoſito ſuccendebatur, donec ignitus fieret inſtar lucis, tunc ſacrificuli acceptum infantem candentibus Molechi manibus indebant, ac ne parens ejulatum ac clamorem pueri audiret, tympana pulſabant. Inde locus* תפת *dictus, quaſi à* תפים

תפים *tympanis. In libro Jalkut in Jerem. 7. fol. 61. col. 4. vide & Kimchi 2. Reg. 23. v. 11.* Ita à Buxtorfio in Lexico rad. ניא habentur citata.

Citat etiam Euſebius Porphyrium, aliosqve hiſtoricos, qvos habet Autores, nullam ita humanam eſſe gentem, ut non aliqvando hujusmodi ſacrificiis indultum ab ea ſit. Rhodii Saturno, Salaminenſes Agraulo, Ægyptii Junoni, Chii & Tenedii Baccho, Phœnices Saturno & Dianæ Tauricæ, cui & ipſi Cherſoneſi incolæ Tauri, omnes peregrinos ſacrificabant. Lacedæmones Marti, Cretenſes Saturno & Jovi, Laodicenſes Palladi, Arabes, Græci omnes, Thraces, Scythæ alicui deorum. Imò unus Ariſtomenes Meſſenius ἑκατόμβας è bobus ſuperans trecentos Jovi homines immolabat. *Euſeb. Præpar. Evangel. lib. 4. cap. 16.* Rationem ſacrificiorum è Philone habemus depromtam: Ἔθος (ait) ἦν τοῖς παλαιοῖς, ἐν ταῖς μεγά-



Digitized by Google

γάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς τὸν ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι, λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι.

Plura hujusmodi legere fas ei eſt, cui hæc tàm infanda placationum genera ſapiunt, apud Euſebium in eximiis, qvas fecit, collectionibus loco ſuprà citato: Et apud virum venerabilem Joh. Cuenum in diatribâ de juſtitia divina Cap. 4.

Americæ item incolæ humanis ſacrificiis indulgebant. Peruviani virgines, & tenellos adhuc pueros, diis mactant, generi ſuo neqvaqvam hac ex parte faventes, aut ſangvini, imò ducentos ſemel offerunt. Mexicani his inferiores, non numero qvidem immolatorum, ſed qvalitate inventi ſunt, qvippe non ſuos, ſed captivos ſacrificant. Ritus iſtorum plenè ab Acoſta narrantur in capitibus, qvibus de Americanorum pœ-

Digitized by Google

pœnitentiâ agitur. lib. 5. cap. 17. 18. 19. 20. 21. &c.

Alia etiam, apud eos ſatis crudelia, memorantur, neqve per vulgarem ἀνθρωποθυσίαν expiationum genera. Neqve moror, qvòd pro vita parentum proles ſoleret immolari Virachocæ deo, ut ita ei ſatisfieret, ut refert ib. cap. 19. v. 25. neqve qvod gravis populi pœna impingebatur in Sacerdotes, qvibus hoc officii erat ſibi novaculis, ſubulis, & ejusmodi inſtrumentis ſangvinem per vulnera mittere, ut populum expiarent; eademqve (coram deo vindictæ pœnitentiisqve præfecto Teſcalcpuca) de cauſſa ſe flagellis, funibus nodatis, & urticis cædere, jejuniaqve, omnesqve corporis animiqve macerationes ſuſtinere, ut teſtatur ib. cap. 17. (h)

(h) In Japonico regno crudeliſſima obtinet conſvetudo, ut Templum vel arcem aliqvam aut pontem extructuri: plusqvam ducentas vel trecentas mulieres gravidas, qvæ acceptâ pecuniâ ſponte ſuâ ſe offerunt, fundamen-

[illegible] ſubſiſtant, eum in finem, ut deos novæ ſtructuræ propitios reddant.

Verùm duo ſunt, quæ præterire nequeo, quibus ſe ſimiam Dei Optimi Maximi in placationis ritu inſtituendo fecit Satanas.

Narrant enim, hanc eos ſatisfactionem adinveniſſe, ut expiationi maximè commodam, quæ fiebat per mortem captivi, cui ob ſimilitudinem cum Idolo divinus honor eſt, per annum, mactationem immediatè præcedentem, tributus, cuique, eò quod perſonam divinam ſui temporis gereret, idem cultus eademq; veneratio, quæ diis adhiberi conſueta eſt, concedebatur. cap. xr.

Secundum exemplum de expiatione per captivum eodem ferè ritu fit. Eligebatur enim captivus boni habitûs & membrorum συμμετρίας, ſine macula aut læſione, morbo aut defectu, qui deorum lavacro imprimis lotus eodem, quo Idolum amiciebatur, habitu, ut deo eſſet, quàm poſſet maximè, ſimilis. Hic item

ſuum cultum omnem deorum . . puerorum & muliercularũ oblationes & preces, & cætera cum quadã majeſtate ſuſcipiebat, & à priore in eo ferè ſolum diſtabat, quod, cùm utrumque immolari in placationem eſſet neceſſe, ſuperius memoratum, non niſi poſt exceptam totius anni religionem, hunc verò ſtatim poſt quadraginta dierum cultũ maſtabant. Qua hiſtoria Platonis illud à Rhodogino citatum in memoriam reducunt: *Deus omnium nobis eſt menſura, multóq; magis, ſi, ut ferunt, homo* ... *4. de leg.* Quod exponens Platonicus *nobilis*: *Si Deus aliquis homo* ... *id eſt, ſi quando fiat homo*. Cælius Rhodig. lect. antiq. lib. 5. cap. 38.

Num. 5. *De variis Philoſophorum, ad placatione Numinis facien- dam, ex judicio naturali rationis, non Oraculorum conſilio, ſententiis:* Quod a. hac in re

*ani-*

*animi converſionem, ac ſapientiam & puritatem, magni facientes, de cætero Orationibus, ex exiguarum impenſarum libamine, propitiari deos, crudelitati verò, pompa, & ſumtibus ſacrificiorum parci voluerunt.*

Plurimi, præter recenſita jam hominum genera, erant ſpeculationibus Philoſophiæ (id nomē ſtudio huic conſtavit Socrates) dediti, qui mentē ſuam, & connatam ſolùm rationem excutientes, conſulentesque Oraculorum effata, haruſpicum reſponſa, & divinas iſtas augurum artes ſuſpicabantur impoſturæ, nec naturali Uni Deo, ſed multis populariбus, eos inſervire animadvertebant, & plauſum facerent ad argutam illam apud Ciceronem quæſtionem: *Qui augur augurem poſſit absque riſu intueri?* Iſti ſententiis diverſimodè partiti, in va-



Digitized by Google

ſta abierunt hac in re dogmata. Alii enim in altum incedentes, nec ſapientis eſſe, vel pœnitere, vel placare Numen dicebant; cum decere integrum vitæ maculæqve purum, cum diis ex pari vivere (verba ἱπποβάμονα) afferentes. Alii parciùs iſta; jubebant tamen ſuos omni operâ niti, ne qva à ſapientiâ, pietate, juſtitiâ, vel universâ vitæ puritate abſiſterent: interdicentes ſedulò, ne expiationi, per ſacrificia fiendæ, legis naturæ temeratores fruſtrà confiderent; qvippe oportere ajebant:

Τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,
Μὴ παρθένους φθείροντα, καὶ μοιχώμενον,
Κλέπτοντα καὶ σφάττοντα χρημάτων χάριν.

Neqve taurorum aut caprarum ſangvine hoſtiisqve qvibuscunqve qvicqvam ſperare effectum, qvod diis cordi ſit; ſiq;; qvod humanum ſit, aliqvando pec-

ce-

Digitized by Google

çetur, ſimplici converſione ad eandem vitæ puritatem eos propitios pollicebantur. Alii ſi non ſimplici converſione hoc præſtari putabant: alias tamen, idqve facilimis rationibus, vel per factas ſupplicationes & preces, vel per exigui ſumtûs libamina, ſine ritibus vel crudelitate horrendis, vel pompâ nimis ſpecioſis, exorabile Numen eſſe diſſerere ſolebant. Vitæ enim puritatem perinde apud Deum eſſe, atqve apud Principem vectigalium ſolutiones, qvorum ſummas habeat rationes, neceſſe eſt. Dictos autem ritus ſolennibus inter honorificos viros præſidendi, aſſurgendi & diſcumbendi officiis ſimiles, qvæ ſi obſerventur, benè eſt: ſin minùs, ſuperioresq; hos honores inſuper habeant, nihil intereſt. Et qvamvis inter ſe non conveniant ſententiis (qvippe qvod qvi leviores impenſas non tollunt, in victimis præſcribendis, conſecrandisq; differunt: qvi omnes tollunt, in eo tamen

 dif-

diſſentiunt, qvod hi non admittunt, iſti admittant orationes & Numinis deprecationes; Ipſæqve orationes apud alios vocales, alioſqve mentales & conceptæ ſolùm probantur) in eo tamen omnes (eos loqvor, qvi vili faciebant oracula) unà conveniebant, morem vulgò inter populos per ἑκατόμβας, ὁλοκαυτώματα, & qvæcunq; vel animalium vel fructuum ſacrificia, impium eſſe, truculentum, abſurdum, inficetum, prodignum, diis hominibusq; juxta indignũ. Qvomodo enim Deo, inqviunt, puro à materia & ſpirituali, convenient, qvæ corpore & mixtione conſtant? Qvomodo homini, ut bona, in communem omniũ hominum uſum conceſſa à ſumo DEO, prodigè ignibus abſumat, cùm uſui vicini eſſe poſſint? Neqve hanc Deo gratam acceptamve prodigentiā fore pollicentur, cùm virtutes amet, qvibus contraria ea eſt effuſio, prodigalitasq; apud omnes gentes vitio verſa ſemper ſit. Et

niſi confeſſum ſit, in communem uſum animalia & fructus, per liberam Dei donationem, cedere debere, anxiè inqvirere ſatagunt, unde jus conſtet mactandi innocua qvocunq; prætextu animantia. Mille inſuper declamationes extant, qvod vulgus à majeſtate ſummi DEI hoc cultu plurimum in eo detrahant, qvòd indigentias famem, ſitim, & non ſuſtinendas, in ſuffimentorum inopia, moleſtias apud eum ponant, qvæ, an calumniæ ſint, vix penſiſacio: id tamen Americanos ſentire, teſtatur ex Sacerdotum narratione Acoſta *Hiſt. Ind. l. 5. cap. 21.* Iſtaqve Aſtyagen tenuit perſvaſio, Belum deum ſuum, qvadraginta oves, ſex vini amphoras, & duodecim ſimilaginis modios, qvotidiè devorare, *Hiſtor. de Bel & Drac. v. 6.*

De Pythagora dicit Jamblichus cap. 11. de vita Pythag. Ταῖς δὲ γυναιξὶν ὑπὲρ μὲν τῶν θυσιῶν ἀποφήνασθαι; λέγεταί τε πρῶτον μὲν καθάπερ ἱερὰ

μεν-

... ἐν αὐτῷ ποιεῖσθαι τὰς
εὐχὰς βούλοιντ᾽ ἂν ἐκεῖνοι καλὸν κἀγα-
θὸν, ὡς μὲν θεῶν τούτοις προσεχόντων,
ἔπειτα αὐτὰς περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἐπιεί-
κειαν, ἵν᾽ ἑτοίμους ἔχωσι τοὺς ταῖς εὐχαῖς
ὑπακουσομένους. Ἔπειτα τοῖς θεοῖς
προσφέρειν, ἃ μέλλουσι ταῖς χερσὶν αὐ-
ταὶ ποιεῖν, καὶ χωρὶς οἰκετῶν πρὸς τοὺς
βωμοὺς προσενεγκεῖν, οἷον πόπανα, καὶ
ψαιστὰ καὶ κηρία, καὶ λιβανωτόν. Φόνῳ
δὲ καὶ θανάτῳ τὸ δαιμόνιον μὴ τιμᾶν, μηδὲ
ὡς οὐδέποτε πάλιν προσιόντας ἐν ἑνὶ καιρῷ
πολλὰ δαπανᾶν. Fœminis autem Cro-
toniatarum in medium propoſuiſſe de
ſacrificiis fertur: Primum qvidem,
qvemadmodum, ſi alius pro ipſis diis
immortalibus vota precesqve facturus
eſſet, non fuit admiſſuræ, niſi honeſtum
ac bonum, nempè qvòd iis dii faciles
aures præbere ſoleant, ſic ut ipſæ qvoq;
æqvitatem plurimi facerent, ut paratos
habeant, qvi preces ſint exaudituri. De-
inde ut diis offerant, qvæ ipſæ propriis

manibus erant effecturæ, itqve abſqve ſervorum adminiſtratione ad aras afferrent, qvalia ſunt placentæ, liba, coctilia ex melle, & thus. Cæſis autem mactatisqve animalibus DEI Numen non eſſe honorandum, neq; qvaſi nunqvam rurſus acceſſuræ ſint, uno tempore multa inſumere decere.

Porphyrius, idqve non ex ipſius ſolùm, ſed ſapientis cujusdam, qvem citat, ſententiâ, præcipit, ne qvis auſit Deo, rerum omnium principi, aliqvid eorum, qvæ ſenſus attingit, vel adolere vel conſecrare. Οὐδὲν γὰρ, inqvit, ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀΰλῳ εὐθὺς ἐστιν ἀκάθαρτον. κτλ. *Nihil enim ex materia conflatum eſt, quod idem non ei, qui ab omni materia ſejunctus eſt, impurum continuò fuerit. Quare ne ipſa quidem eum deceat oratio, ſive quæ cum voce conjungitur, ſive quæ latet interius, ſi perturbatione aliqua mentis inqvinetur: ſed potius caſto ſilentio, ſanctisq; cogitationibus, de eo ſuſceptis, eum reli-*

*religioſè veneremur. Æquum enim verò eſt, ut vita cum eo ſimilitudine conjuncti, ſublimem ipſi ac cœleſtem inſitutè noſtri rationem, veluti ſanctiſſimum ſacrificium, offeramus, quæ ſimul etiam & hymni loco ſit, & ſalutem noſtram contineat:* Videatur apud Euſeb. *Præparat. Evang. lib. 4. cap. 11.* apud Porphyrium *2. de animal. abſtin.* Apollonius Tyaneus in ſuo de ſacrificiis opere: Οὕτως τοίνυν μάλιστα ἄν τις οἶμαι, inqvit, τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιοῖτο τοῦ θείου, κλ. *Equidem,* inqvit, *ſic exiſtimo, juſtis quemquam, veris religionis officiis, Numen colere, ſibique ſolo propitium illud ac ſecundum, præ cæteris hominibus, habere poſſe, ſi Deo quidem illi, quem Principem diximus, quiq; & unus eſt, & longo à reliquis intervallo ſejunctus, ſecundum quem utique cæteros agnoſci neceſſe eſt, nihil unquam ſacrificârit, ignem nec accenderit, nec eorum, quæ ſenſibus uſurpantur, quicquam planè conſecrârit: (utpote*

pte qui rei nullius indigeat, non modò noſtra, ſed nec eorum etiam, à quibus plurimum naturæ dignitate ſuperamur. Cùmque adeò nihil ſit eorum, quæ à terra vel aëre quoquo modo procreentur, aut alantur, non planta, non animal, quod, ſi tanti naturam Numinis attendamus, non labis genus aliquod videatur) ſed tantùm excellentem illam ac præſtantem orationem vel ſemper obtulerit, (eam autem intelligo, quæ nequaquam ore proferatur) atque ab eo, qui rerum omnium eſt optimus, ac quod ſimiliter in nobis optimum eſt, interprete, bona poſtulârit, illud autem mens eſt, quæ nullius operam inſtrumenti deſiderat. Hac igitur ſi audimus, nihil planè ſummo illi, ac rerum omnium Moderatori, Deo ſacrificandum eſt. Extat & locus apud Euſeb. *Præparat. Evangel. libr. 4. cap. 14.*

Num. 6. *Quòd maxima Gentilium pars hos placationis faciendæ ritus ſibimetipſis præſcribere*

non

*non ſint auſi, ſed ſatius duxerint divinitùs illos per Oracula, Vates, Augures, aliosq́; quibus cum diis putabatur commercium, ſciſcitatos addiſcere. Quadratio ipſaque rei natura hanc exegit modeſtiam; & de Chriſtianæ religionis excellentiâ.*

Plato initio lib. 8. de Legib. τούτων μὲν ἐχόμενά ἐστι τάξαι μὲν καὶ νομοθετῆσαι ἑορτὰς μετὰ τῶν ἐκ Δελφῶν μαντειῶν, αἵτινες θυσίαι καὶ θεοῖς οἷστισιν ἄμεινον ἢ λῷον θυούσῃ τῇ πόλει γίγνοιτ' ἂν· πότε δὲ καὶ πόσαι τὸν ἀριθμόν. *Huic proximum eſt, ut de feriis* (nimirùm de ſacris & religione) *per Delphica Oracula leges ſanciamus: quænam ſacrificia quibusq́; diis reddere Civitas debeat, & quando, & quot numero.*

Concluſio hæc à Socrate ponitur apud Platonem ad finem Theagis: Vo-

ræ ſapientiæ facultatem omninò à Deo pendere: ἐὰν μὲν τῷ θεῷ φίλον ᾖ, πάνυ πολὺ ἐπιδώσεις καὶ ταχύ· εἰ δὲ μή, οὔ. Quid igitur faciendum, ut eam indipiſcamur animi virtutem? Reſp. Theages: Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἡμᾶς τοῦτο ἀποπειραθῆναι τοῦ δαιμονίου συνόντας ἀλλήλοις. Quaſi dixerit, mediis utendum; ſecundus igitur ea cum bono Deo, mi præceptor, eventus verò à Deo ipſo expectandus: Καὶ ἐὰν μὲν παρείκῃ ἡμῖν, ταῦτα βέλτιστα· εἰ δὲ μή, τότε ἤδη παραχρῆμα βουλευσόμεθα, ὅ τι δράσομεν, εἴτε ἄλλῳ συνεσόμεθα, εἴτε καὶ αὐτὸ τὶ θεῖον τὸ γιγνόμενόν σοι πειρασόμεθα παραμυθεῖσθαι εὐχαῖς τε καὶ θυσίαις καὶ ἄλλῳ ὅτῳ ἂν οἱ μάντεις ἐξηγῶνται. *Si id conceſſerit Deus, optimè: Sin minùs, è re capiemus conſilium, quid fiet: Aut alium adhibemus, aut ipſiſſimum illum Deum, qui tibi adeſt, conabimur placare atq; demulcere precibus atq; ſacrificiis, alioue quouis ritu,*

tæ, quem vitæ præſcribent. Omnis cōfidentium corona ipſeque Socrates rectiſſimè, concludunt, à juvene eſſe reſponſum.

Pelasgi, cùm malis premerentur, Oraculū conſulebant: Τίνα θεῶν ἢ δαιμόνων παραβάντες τάδε πάσχουσι, καὶ τί ποιήσασιν αὐτοῖς λωφήσαι τὰ δεινὰ ἐλπίς; *Cujus ob Dei vel dæmonis offenſionem iſta paterentur, quibus religionis præſtitis officiis mitigandæ calamitatis ſpes eſſet?* Quibus ita reſponſum eſt: *iram deorum tum demum lenitam fore, cum decima natorum Jovi, Apollini & Cabiris immolaretur pars.* Euſeb. Præparat. Evang. lib. 4. cap. 16. ex Dionyſio Halycarnaſſeo.

Generalius verò eſt, quod ex Porphyrio citat autor Præparationis Evangel. lib. 5. cap. 11. &c. Ὅτι δὲ δαίμονες, οὓς δὴ θεοὺς ὑπειλήφασιν ἀνθρώπους ἐδίδαξαν τὰς οἰκείας ἱερουργίας. *Quod dæmones ipſi, qui deorum loco habebantur*

*tur, quia ſuperſtitionum ritus ſecum agi vellent, homines docuerunt:* Indicârunt quippe, τίνα τε δεῖ θύειν καὶ ἐν ποίαις ἡμέραις ἐκτρέπεσθαι, τό, τε σχῆμα τῶν ἀγαλμάτων ποδαπὸν δεῖ ποιεῖν. Καθόλου οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ παρ' αὐτῶν μαθόντες οἱ ἄνθρωποι αὐτοὺς ἐτίμησαν. *Quibus oporteret hoſtiis rem ſacrā fieri, quos dies, ut nefaſtos, averſari, quam in ſpeciē ſimulacra configurari. In ſumma, ne unum quidem eſt, quod non ab iis homines edocti ita eos coluerunt,* juxta ritus ſcilicet è præceptis dæmonum & doctrinâ traditos. Deinde capitibus immediatè ſeqventibus, ex inductione ſingularium, qvod univerſaliter aſſeruit, optimè confirmatum dedit. Summa eſt, qvoties ira deorum apud gentes per ſigna portentaqve innotuit, vel adibant Delphos, Pythiumqve conſulebant de ritu inſtituendæ placationis, ut in Exemplo ſuprà ex Euſebio citato, in hiſtoria vulgatâ de Iphigenia, juxta Ora-

ſaeculi effatum, mactatione, pluriniſqve aliis, tàm inter Romanos, qvàm Graecos exemplis, freqventer miſſi ſunt, qvi ſciſcitarent oracula, ut rationes dignoſcerentur, qvibus placari poſſint numina, imminentesqve, aut publicae aut privatae, arcerentur calamitates: vel Sacerdotes aut haruſpices qvoscunqve, qvibus cum diis putabantur fuiſſe commercia, eâpſe ratione conſulebant, qvoties tempeſtas qvaecunq; ingruens cultum extraordinarium, aut novum depoſcebat placaminis ritum: ſic imminenti clade ex deorum ira, per portenta patefacta --- *Thuſcos de more vetuſtò*,

*Acciri vates* --- religio erat, ut narrat Lucanus, lib. 1. ad finem. Haruſpices item conſulebantur in exemplo, à Cicerone in tertia Catilinaria recenſito. Lex de Muniis Sacerdotum, ex Cicerone *de Legibus* huc traducta, communem hunc eſſe ſenſum, confirmat, deorum cultum non aliàs, niſi à diis ipſis, eſſe ad-

diſcendum: juxta qvod ex Pythagoreorum dogmate expreſſit Jamblichus: Οὐ ῥᾴδιον, inqvit, ἐστιν εἰδέναι οἷς τυγχάνει ὁ θεὸς χαίρων, ἂν μή τις ἢ θεοῦ ἀκηκοότος, ἢ θεοῦ ἀκούσῃ, ἢ διὰ τέχνης θείας πορίζηται. *Non facile eſt dignoſcere, qvibus delectatur Deus, niſi qvis eum, qvi Deum audivit, vel Deum ipſum audiverit, vel divinâ arte eam ſibi ſcientiam comparaverit.* Jamblich. de vita Pyth. cap. 28. Homines iis delectantur, qvibus, ad complendam perficiendamqve felicitatem, indigent; vel ſi minùs ad vitam tuendam neceſſariis egeant, voluptatem tamen ex iis perſentiſcunt, qvibus auctior & accumulatior redditur beatitudo: Deo nullius rei opus eſſe, ſed ſummâ uti beatitudine, qvæqve incrementum ſuſcipere neqvit, communis eſt ſententia, & qvæ rationi maximè conſentanea videtur.

Qvid igitur ſummo & perfectiſſimo Enti gratum acceptumqve præ aliis ſit,

Digitized by Google

ſit, non habent, qvi rationem ſolam ſeqvuntur ducem, unde cognoſcant. Nam neq; qvæ homini videntur, eadem ſummo Deo neceſſariò appetibilia ſunt, nec principia penes humanam rationem ſunt, nec uſus aut experientia, ſine Oraculo & divinâ apocalypſi qvicqvam poſſit depromere aut edocere, qvo natura, voluptas, εὐδοκία infiniti & αὐταρκεστάτου Creatoris poſſit innoteſcere.

Scitiſſimè igitur & ſapienter feciſſe videntur Ethnici, qvi in qvæſtione de ratione placaminis faciendi vates, Oracula, Sacerdotes, augures, alioſqve, qvibus cum Numine putabatur commercium, ſtudioſè conſulebant. Cùm enim Natura dictet, credibile eſſe, Deum aliqva ratione eſſe placabilem, noſtrumqve intereſſe, ut is placetur; impoſſibile tamen ſit, naturali lumine certum & indubium inſtituendæ, qva Numini ſatisfiat, placationis ritum dignoſcere: maximè videtur rationi conſentaneum,

ex quibuscunq; Entium generibus, quibus perſpecta videtur Dei mens, has mutuare velle notitias.

Niſi enim Vatibus revera Entheis & Oraculis, qvæ nec fictionis vel doli poſſimus ſuſpicari, ſua conſtet autoritas, qvæ firma eſſe poſſit vel dogmatis cujuscunqve vel vultûs hac in re notitia, explicare videtur perdifficile.

Atqve hæc deniqve Chriſtianæ religionis permagna commendatio eſt, qvòd à revelatione ſive Oraculo dependeat, eoqve iis teſtibus ſtrenuè confirmato, qvibus hac in re mentiendi fingendiqve voluntas eſſe non poſſet, niſi ad moleſtias, damna, doloresqve gravisſimos, in ſemetipſos accerſendos, mentiri eligerent.

*Numen*, ait Theophraſtus, *utriusq; sui indignitate commotum, juſtas ab hominibus pœnas expetiit; qvòd alii qvidem athei extiterint, alii malè ſentientes veriùs, qvàm in deos impii, qvippe qvi*

*vid-*

Digitized by Google

vulgarem, nihiloq; noſtrâ meliorem deorum eſſe naturam, arbitrati ſint; quo factum etiam fuerit, ut illi (athei) nullum omninò ſacrificium fecerint, hi verò improba fecerint, victimis uſi nefariis. Interdicit etiam, ne à quoquam, ſi modò veram pietatem ac religionem colere velit, res animatæ diis immolentur; id quod aliis plerisq; rationibus ipſe confirmat. Itemq; paulò pòſt; Et ſanè, inqvit, ea tantùm ſacrificare par eſt, quorum ſacrificium nulli perniciem afferat. Nihil enim eſt, quod æquè ac ſacrificium ab omni aliorum detrimento vacare debeat. Nam ſi quis nihilo minùs animantes, quàm fructus ipſos, nobis à Deo noſtros in uſus conceſſas ac donatas eſſe, dixerit, cogitet enimverò, exitium illis ab ſeſe afferri, quippe quibus animam eripiat. Abſtinendum igitur ab earum ſacrificio eſt, præſertim cùm Θυσία, hoc eſt, ſacrificium vel ipſo nomine, ὅσια, id eſt, ſancti aliquid puriq; ſonet: ſanctus autem nemo ſit, qui

alie-

alienis ex rebus, ſeu fructus illæ, ſeu placitæ ſint, invito domino uſurpatis, gratias habeat. Nam ſanctum id eſſe qui poſſit, quod cum eorum, qui rebus ſuis ſpoliantur, injuriâ fiat? Quod ſi ne fructibus quidem alienis ſacrificium à quoquam fieri ſanctè poteſt: qui rem alicui longè præſtantiorem eripuerit, is profectò non niſi impiè ſacrificare poterit, cùm indignitas & injuria hoc ipſo gravior ſit futura.

Iterumque poſt alia quædam: Ubi autẽ intellexerit adoleſcens magnis ſumtibus, adeoq; boum (ut loquuntur iſti) ac cæterorum animantium epulis deos ipſos delectari, qui fieri queat, ut frugi ac temperans eſſe velit? Idemq; ſi acceptas eſſe diis hujuſmodi victimas, putaverit, quomodo in animum inducat, ſceleratè facere ſibi non licere; qui ſacrificiis maleficia redimere ſe poſſe videat? Contra verò, ſi, deos nihil iſtis omnibus indigere, ſibi, perſuaſerit, ſed in eorum potius, à quibus adeuntur, mores intueri, magniq; ſacrificii

habe-

*derit loco, rectam de ſe ipſis, deq; rerum veritate ſententiã, fieri ne poterit, quin & temperans, & juſtus, & ſanctus evadat? Enimverò cùm ſincera mens, & animus, ab omni cupiditate vacuus, optima deorum primitiæ ſint, non alienum tamen ab iiſdem fuerit, alia quædam ipſis modica ac facilis impenſa libare, ſi tamen id non divis cauſſâ, ſed omni ſtudio & prolixa voluntate fiat: ſiquidem iſti deorum honores, ſolennibus apud viros bonos præſidendi, aſſurgendi ac diſcumbendi rationibus ſimiles putandi ſunt, non vectigalium penſionibus.* Hæc aliaque plurima ex Porphyrio habet Euſeb. *Præpar. Evangel. lib. 4. cap. 14.*

Recte Hierocles: Ὅςις τιμᾷ τὸν θεὸν, ὡς προσδεόμενον, οὗτος λέληθεν οἰόμενος ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ εἶναι κρείττονα· καὶ ἡ προσφερομένων πολυτέλεια τιμὴ εἰς θεὸν οὐ γίνεται, εἰ μὴ μετὰ τοῦ ἐνθέου φρονήματος προσάγοιτο. Δῶρα γὰρ καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων, πυρὸς τροφὴ

καὶ

καὶ ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. Hier. in 2. Pyth. carmen. *Quisquis Deo, tanquam egenti, honorem tribuit, non videt, ut ſe Deo potentiorem faciat. Ipſa deinde oblationum profuſio honori Deo non cedit, ſi averſo à divinitate animo offeratur: Dona ſiquidem & hoſtiæ ſtultorum nihil aliud ſunt, quàm ignis pabulum, & donaria ſacrilegis opum ſuppeditatio.*

Nec minùs venuſtè ejuſdem ſectæ homunculos irridet Lucianus: Θεὺς ἐχθρὺς, dicit, καὶ κακοδαίμονας, οἳ ὕτω ταπεινὸν καὶ ἀγεννὲς τὸ θεῖον ὑπειλήφασιν, ὥστε ἀνθρώπων ἐνδεές. Typum deìn rei, ut, qvàm ſit abſurda, videatur, proponit: Οἱ, inqvit, θεοὶ [illegible] καθήμενοι ἀποβλέπουσιν εἰς τὴν γῆν, καὶ πάντη περιβλέπουσιν ἐπικύπτοντες, εἴ ποθεν ὄψονται πῦρ ἀναπτόμενον, ἢ ἀναφερομένην κνίσαν ἑλισσομένην περὶ καπνῷ. Κἂν μὲν θύῃ τις, εὐωχῦνται πάντες, ἐπικεχηνότες τῷ καπνῷ, καὶ τὸ αἷμα

μα πίνοντες τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον, ὥσπερ αἱ μυῖαι περὶ θοινῶν. *At verò dii, juxta Jovem aſſidentes, in terram deſpiciunt, & intento capite circumſpectant, ſicunde ſubvolantẽ ignem videant, aut nidorem in aëre ſurgentem, circaque fumum rotantem ſeſe. Quod ſi quis fortè ſacrum faciat, epulantur omnes fumo inhiantes, ac muſcarum in morem ſangvinem exugentes circum aras effuſum.*

Num. 7. *Qvòd placationis neceſſitas ab Epicureis & atheis negetur, ab utrisqve tamen ſine ratione.*

Soli recenſeri poſſunt Epicurei atheiqve, qvi vanam & inutilem qvalemcunqve placationis curam cogitârunt. De Epicureis confeſſa res eſt, imò hic videtur apud eos totius Philoſophiæ finis, ut à ſtudiis religionum libera redderetur mens. Qvid enim aliud imprimis qveruntur, qvàm qvod terriloqvis vatum dictis & inanibus ſomniis?

Sit-

*Sit ratio nulla reſtandi, nulla fa-*
*cultas,*
*Æternas qvoniam pœnas in mor-*
*te timendum?* Lucret.l.1.

Hujus rei è Philoſophia peti ſibi voluerunt medelam & rationes, qvibus poſſint qviqve -- *Religionibus atque minis obſiſtere divûm.* Per doctrinam enim phyſicam opinionem de neceſſitate divini cultûs, cauſâ ejus ſublatâ, qvæ erat præſumtio, factum eſſe à diis, & gubernatum mundum, pulcrè putabant tolli:

*Qvippe* (ut cauſantur) *formido mortales continet omnes,*
*Qvòd multa in terris fieri cœloq; tuentur,*
*Qvorum operum cauſſas nullâ ratione videre*
*Poſſunt, ac fieri divino Numine rentur.*

Hæc igitur de divina providentia, ut falſiſſima à naturali Epicureorũ Philoſophiâ convellenda, proponitur ſenten-

tertia, idque oſtendendum è contrario:

*-- -- Unde queat res quæq; creari,*
*Et quo quæq; modo fiant, opera ſine di-*
*vûm.*

Quod ſi prorſus demonſtrari poſſet, Numini profectò otiari; ſi otio delectaretur, liceret, nec rerum mundanarum adminiſtratione occupari, ſi laborioſa difficilis aut moleſta hæc cura ſit, eſſet neceſſe. Principale autem apud Poëtam ſic effertur dogma:

*Omnis -- per ſe Divûm natura, ne-*
*ceſſe eſt,*
*Immortali ævo ſummâ cum pace fruatur,*
*Semota à rebus noſtris ſejunctaque*
*longè:*
*Nam privata dolore omni, privata*
*periclis,*
*Ipſa ſuis pollens opibꝰ, nil indiga noſtri,*
*Nec benè promeritis capitur, nec tan-*
*gitur irâ.*

Poteram rogare, quo bono genio, hoc

Epi-

Epicuro, de qvo tantopere confidis, ju notuit, Deum neqve ultionem proſequi, nec promeritis capi? qvi illi ita divi profectiones perſpectæ?

Certè ſi qvid rectè ſentio, otium & vacatio ſummi Numinis à rerum administratione, & à negotiis neceſſariis remotio non ex aliis, qvàm his præmiſſis concludi poſſit, ſcilicet eosdem ſtatus, habitus, conditiones, actiones, divinam eſſentiam beatam & perfectam reddere, qvi humanam felicem reddunt. Otio autem & vacatione neceſſariò delectari homines voluptuarios q;, & beatos reddi. De aſſumtâ taceo, ut liberiùs de præmiſſa Propoſitione loqvar, qvod ſentio, eâ nihil ſcilicet unqvam dici poſſe aut improbabilius aut abſurdius: qvaſi, ita ſe habere Deum, neceſſe eſſet, in vita ſua: qvaliter ſe habet homo in vita ſua: qvaſi eadem fuerit omnipotentiſſimi Entis & enervis puſilliſqve hominis, ratio, gloria, virtus, perfectio, voluptas. Si



Digitized by Google

Diverbium abit, alias eſſe leonis, alias aſini delicias. Sed reprimo me; alibi fortè, ſi Deus dederit, hæc uberiùs diſſerentur. Remitto Epicureos ad hortos ſuos, Lucretiumq; ſectæ Patronum ad futiles & ineptas ex hypotheſi ſua deorum ſupplicationes, qvalis præprimis illa Veneris eſt compellatio:

*Æternum da dictis, diva leporem,*
*Effice, ut interea fera mœnera militiai*
*Per maria ac terras omnes ſopita quieſcant*, & cætera ejusmodi.

In ſecunda qvæſtione, multum ab aliqvibus dubitatum eſt, an ſint athei, & utplurimùm tam veſanam alicubi extare ſententiam negatum eſt: Nullam integram eſſe gentem, qvæ non cenſuit, deos aliqvos eſſe colendos, tanqvam expeditum, & omnibus compertum, liberè pronunciat Cicero.

Sed Singularium, qvi perfrictâ fronte ipſam Dei tollebant exiſtentiam, paſſim extant exempla. De integris na-

tio-

Digitized by Google

tionibus idem ſcelus apud Acoſtam legimus lib. 7. hiſtoriæ Indicæ cap. 2. antiqviſſimos novæ Hiſpaniæ incolas refert *Chichimecas, quorum hi erant mores, nullos pati ſibi ſuperiores, deos neque agnoſcere, neq; colere, nulla uti religione aut ceremoniis.*

Idem, *primos Americæ incolas populum* dicit, *brutorum generi non abſimilem, ſine tectis domibusq;, ſine agricultura, ſine pecudibus, ſine Rege, Lege, Deo, aut ratione degentem.* ibid. cap. 3.

De Souldaniæ ad ultimas Affricæ oras incolis nō incelebre eſt, quod noſtrâs narrat Herbertus; *Quicquid,* inqvit, *Ariſtoteli de non exiſtentia Atheorum, quicquid etiam aliis affirmare placuit: Ipſe tamen præſens nullo ſigno, cui percontandi ratione, quicquam invenire potui, quo argui poſſit, Souldanos, quibuſcum verſabar, vel unum religionis ſcviſſe ſcintillulam, Deumve ipſum, cœlum, infernum, aut æternitatem omninò illis ſub-*

obiiſſe. : *Nulla apud eos cultûs loca; Feriæ nullæ; nullus naturæ cordi; nihil verecundiæ; nihil ueritatis; nulla ad natalitia aut ſepulturam pietatis cerimonia.* Tho. Herbertus Armig. in peregrinationibus Anglicè editis pag. 17. Felix certè, auream qvisqvis mediocritatem, ſicut in cæteris omnibus, ita etiam in fide adhibenda aſſecutus fuerit. Non auſim ego detrahere qvidpiam, aut falſi eos inſimulare, qvibus ipſe memet humilimè, ut par eſt, ſemper ſubjicio: Illud tamen à Generoſo rogare fas ſit, interpretari mihi ne gravetur, qvo bono illud obvenit genio, qvod is, qvi neqve per ſe, aut per interpretes, barbarorum calleret lingvam, poſſit ſibi res omnes expedire ad vitæ uſum tùm ſpectantes, & intereà temporis ſermonis, & colloqvii apud eos faciendi, prorſus inops, de tot & tantis rerum circumſtantiis fieri certior, cùm non ultra novendecim dierum terminũ ea, qvâ vehebatur, navis ad

Ff Soul-

Souldaniæ oras alicubi, ut ex Itinerariis videre eſt, ſubſiſteret. Quâ cenſurâ hìc in re etiam Acoſta dignus ſit, alii, per me licet, faciant judicium. Sicut nolim de credendis ſuperfluam adhiberi, ita cum JCtis ſanam ſaltem cautelam jubeo abundare. De his ipſis tamen comperi, Souldanis ex aliorum etiam teſtimonio; de incolis etiam Africæ mediterraneis, & Inſularibus Zeilan in Oriente, novæ Terræ in Occidente, aliisque etiam, ad tam ſtupendum barbariei genus eſſe omnes devolutos, ut Cœli & Terræ Creatorem omninò non agnoſcerent. Ita forte incurſi erant, & ſenſuali ſemper in paſtum venerémq; ſtudio & proclivitate, ut, ratione omni & conſilio deſtituti, nunqvam animos ſuos excuterent, ſed per ſummi Dei patientiam & judicium facti ſunt in monſtra portentoſaque, cætero humano generi cum ſumme ſtupore intuenda.

Ad ejuſmodi populos, dicam, ut

gre-

Digitized by Google

greges, egregiũ illud Porphyrii accommodari debet: Τινὰ, inqvit, τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται· ἐξ ὧν οὐ προσήκει τὺς εὐγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καταψεύδεσθαι φύσεως. *Qvædam nationes efferatæ ſunt, & factæ inhumanæ, ex quibus non oportet ab æquis judicibus humanã naturã [illegible] fieri.*

Qvòd autem ad ſingulares homines, qvi atheiſmum profitentur, qvales Diagoras & Theodorus, qvorum apud Ciceronem in libris de Natura deorum fit mentio, utinam, inqvam, intra Chriſtianorum caſtra hæc nullibi reperiretur impietas. Sed ſolatio eſt, qvod qvi magni emerent, Deum non eſſe, nullis unqvã animadverſionibus aut ingeniorum tortura vel unum excudere potuerunt, neq adhuc poſſunt argumentum, qvo vel minima veriſimilitudinis ſpecie contendi contra communem ſententiã poſſit, *Deum non eſſe.* Si poſſint; edant tandem, jubemus, poſtulamus: ſin ne-

qveant, ſe ſine ratione eſſe atheos, fateantur. Noſtrum intereà erit, ſuas naturæ non detrahere virtutes, neqve beneficii memoriam, & gratias naturæ ipſius Conditori debitas ſacrilegâ mente intervertere, cujus exiſtentiam pernegare non tantùm impietatis eſt, ſed arrogantiæ & audaciæ ſummæ; verùm humiliter, ut æqvum eſt, adorationem & cultum Numini Optimo Maximo retribuere, qvod ex divina providentia data aliqvando ſit inſculptataq; menti Lex, qvòd nec (increverit licet ubiqve impietas) adhuc penitùs ſublata ſit. Qvod deniqve dignatus ſit Deus, poſtqvam obſcuratam hanc atqve ſusq; deq; habitam legem, qvam cordi inſcripſerat, viderat, ſecundas denuò nobis apparare Tabulas, & legem indubiam ſcriptis præfinire, qvâ piè, honeſtè, ſobriè, cum maximâ in hac vita affluentiâ, & plenâ poſt mortem immenſæ beatitudinis ſpe fideqve, poſſimus animas noſtras poſſidere.

Ja-

Digitized by Google

*Judicium de poſita Hypotheſeos certitudine, cum Epilogo ad viros bonos, & ſimplicis ſapientiæ, in vita Chriſtiana, ſtudioſos.*

Scitiſſimè à Des-Cartiſtis obſervatum videtur, certius à nobis cognoſci, qvid cogitamus & ſentimus, qvàm qvali ſumus eſſentiâ, qvalibus facultatibus ornamur, aut qvas elicimus actiones: Apud omnes peræqvè abſurdum judicatur, Socratem eſſe, loco movendi habere facultatem, aut actu ſedere, tùm pernegare, cum ſenſu edoctus, ſe eſſe, movere poſſe, ſed jam ſedere, diſtrictè affirmet. Qvæ ſiqvidem ſint vera, conſentaneum erit eum, qvi Socratem inficiatur, concipere, cogitare, opinari, qvæ ſanctè concipere ſe, & cogitare affirmat, illud facere, qvod abſurdo apud omnes æſtimato abſurdius eſt.

Principia à me poſita, communes hominum ſenſationes eſſe cenſui. Si qvos enim, at pauciſſimos certè inve-

nio, iis non animitùs adſtipulantes; eoi-
qve ejus ingenii viros, ut qvorum ex-
emplis à rei certitudine partim apud me
detrahatur. Qvippe aut Barbari ſunt,
de qvorum conſenſu eſt qvæſtio, aut
Philoſophi; Barbari, brutorum ritu in
[illegible] ſomum & venerem proclives,
diabolum frequentiùs, qvàm mentes
ſuas, ſi conſtet hiſtoriæ veritas, conſu-
luerunt. Sin non conſtet, neqve am-
pliùs exemplis in hiſtoriis memoratis
ſua aderit autoritas.

Philoſophi diſſentientes ſunt, in
antiqviori ſeculo unus fortean Epicu-
rus; in noſtro ſeqviori Hobbeſius Mal-
mesburienſis; uterq; ſuo tempore hy-
potheſeωn Ethicarum, & novæ de offi-
ciis doctrinæ autores; Ita anomala à
cæteris omnibus olim Epicuri viſa eſt
Philoſophia; ita eam, recentiaqve de
honeſtate dogmata ſtupebant ſapien-
tes, imò & mundus integer, ut apud Ci-
ceronem *de fin. 2.* non ſolùm Græcia

&

& Italiam, ſed omnem etiam barbariem, dicatur commoviſſe.

In noſtro etiam ſeculo, quamvis ita nequitiis eſt immerſum, ut iis, quæ maximam in actionibus tuentur licentiam, favere debeat ſententiis: quotusquisque tamen eſt, qui ſine ſtupore quodam Hobbeſium legit? Et quod ad me ipſum ſpectat (ut in re gravi ſanctè, coram DEO & hominibus, abſque omni poſitæ jam hypotheſeos ſtudio, ſinceras mentis cogitationes proferam) plurima ajo, apud eum eſſe, ipſa ſcilicet principia, aliaque à principiis in hypotheſi concluſa, & quæ, ipſo judice, rectè inde conſequentis concludi poſſint, de moribus dogmata, quibus millies interrogata, millies conſentire refugit mens; Quale imprimis illud: In ſtatu naturæ jus homini eſſe, ut alterum occidat innocentem: Nihil intereſſe, an jugulem patrem amantiſſimum, an non jugulem, etiam quocunque ſtatu naturali ſcilic. vel civili, ſi cx-

eadem etiam homines certò eſſe poſſit; imò jugulare oportere, ſi lucrum inde indubiè accedat.

Non inveni igitur, cur à meipſius, & tot meorum ſentientium fide aut judicio detraherem, in illius Philoſophi gratiam, qvi labi poſſit, & qvo faveret hypotheſi (ex qva artificiosè confectâ maximum ſibi conſtare poſſit in Philoſophia nomẽ) maximas ad errores tuendos haberet illecebras.

Illud aliqvando in Epicurea, juxta atqvè Hobbeſiana, Philoſophia laudandum cenſui, qvod receptum utrobiqve ſit, non poſſe utiliter aut jucundè etiam in hoc ſeculo vivi, niſi honeſtè etiam & juſtè vivatur. E re enim humani generis cogitabam eſſe, ut caras ſibi habeat qvocunqve nomine honeſtatem & juſtitiam. Ita tamen ſe res habet, ut plurimum jam verear, ne plus incommodi ex defenſionis formâ, qvàm utilitatis aut emolumenti ex ipſa ſententia tàm cele-

bris

bris defenſione, publico accedat. Magnum enim in eo videtur [illegible], quòd novas utilitatis, ex honeſtate proventuræ, non expreſſerit rationes, neq; commodi, ex virtutis ſtudio promanantis, ampliora fecerit pomœria: Sed è contra, deprimere, coarctare, decurtare juſtitiæ regulas ſtuduerit, plurimaque ſuſtulerit, inſita naturæ officia; inutilemque (quo eam aut utilitati ſubderet, aut conformem ei redderet) conatus ſit facere honeſtatem; eaque, quæ publicis confirmata teſtimoniis conſtant probitatis phænomena, apparere atque eſſe negaverit. Quod perinde videtur abſurdum, ac ſi quis cometam, ab omnibus Aſtronomiæ peritis deprehenſum, inficiaretur, reverà eſſe, aut viſas nuper circa Jovem aut Saturnum negaret extare ſtellas & phaſes, quòd confictis à ſeipſo hypotheſibus haud benè convenirent.

Reſtabit igitur, has reverà connatas

tas eſſe, & communes hominibus, quæ ſi as animis verſant res, eſſe ſenſationes, adeòq; maximam, quæ naturaliter contingit habere certitudinem; eam ſcilicet, quam habent quæcunq; in demonſtrationibus principia, qualia cenſentur: Totum eſſe majus ſuâ parte; & ſi æqvalia ab æqvalibus demſeris, quæ reſtabunt fore æqvalia; & quotquot præterea aliam habere neqveunt, quàm ex communi conſenſu, confirmationem.

Deniqve (qvod præteriri non debuit) ſi qvis neget, communes has eſſe ſenſationes, qvòd unus & alter iis forte refragetur, & à ſe conceptas neget: Validiſſima tamen, etiam ipſis judicibus, conſtabunt argumenta, rationesq; permanebunt ad dictas honeſtatis ſpecies firmiter obligatoriæ, cæteri toti[9] mundi, eorumqve omnium reſpectu, qvi dicta principia, in animis qvaſi radicata, perſentiſcunt.

Sed ſuppoſito, qvòd tantæ certitudini

dini res hæc ita non eſſet, ſed proba-
bi'e fuiſſet tantùm, has humano generi
inſitas fuiſſe notiones, qvibus faciliùs
ad felicitatem deduceremur, eamqve,
qvàm qvæ poſſit ex violentiæ, injuriæ,
perfidiæqve actibus acqviri, mu'tò ube-
riorem: Nonne juberet ratio, ut mer-
catores imitaremur, qvi pauperiem fu-
gientes absqve certa, propter ventorum
Oceaniqve incertitudinem, proſperi e-
ventus fiducia, per infinita

(*Qualia multa mari nauta patiun-
tur in alto*)

itineris diſcrimina, ad ſuos tamen con-
tendunt, è longinqvo, Indos: ut agri-
colas intueamur, qvi, multâ ſudoris im-
pensâ, ſubigunt terram, glebas continuò
vertunt, ſeqve agrosqve aſſiduo ſatiant
aratro, nullâ tamen ſcientificâ opimæ
meſſis, aut qvæ rumpere poſſit horrea,
certitudine? Totum qvippe humanum
genus, in omnibus fermè operationib⁹,
ſpe duci, neqve in certo indubioqve, ſed

 veri-

Digitized by Google

verisimili versari videtur. Ipsi qvi per totum Terrarum Orbem legibus civilibus seu gentis suæ obsemperant, demonstrativam non habent de rebus in legibus qvæcunq; permissis, prohibitis, vel præceptis scientiam: Sed, qvod probabile existimant, & periti aſſirmant, Principis fuiſſe placitum, Senatus Consultum, plebis scitum, communem sibi in vita civili actionum agnoscunt regulam. Et, si altiùs liceat ascendere, de Physicis, Metaphysicis, Mathematicis speculationibus dicent Pyrrhonii, nihil habere eas, qvod à principiis non dependet, ipsorum autem principiorum, qvod homines attinet, certitudinem, ex probabilib⁹ tantùm dependere sententiis, qvalis est illa: Deum illudere nobis nolle, nec permissurum, ut humanum deciperetur genus in rebus, à se claré, distincté, plené perceptis & cogitatis; nec homines omnes uni simul mendacio consentire velle. Qvin & Theologi

Digitized by Google

logi ſacras in æternum Scripturas, profiteri ſolent, non aliundè nobis, qvàm ex mira probabilitate (niſi ſpiritus inſuper accedat teſtimonium) commendari.

Qvibus, ut oportet, perpenſis, atq; hoc inſuper animadverſo, certis conſtare exemplis; æqvè hac in vita beatos, imò beatiores eſſe, qvi juſtitiam & fidē, cæteraq; ſecundùm honeſtatem naturæ placita, ſeqvuntur, qvàm qui ex tempore vivunt in vitiorum ſe volutant ſentinā, nec qvomodocunqve nobis commendatas penſifaciunt virtutes. Deinde juſtitiam etiam colentibus inſuper accedere æternæ in futura vita beatitudinis ſpem, eamq; non vanam, aut temerè ſuſceptam, ſed qvæ maximæ innixa eſt, ſeu certitudinis, ſeu veriſimilitudinis principiis: certè reqvirit et ſeverè atqve exiget ratio, ut præſentem felicitatem ſic proſeqvamur, ut ſimul cum præſenti, qvem carpimus, fructu, etiam de futuro

benè ſperare poſſimus. Ipſa qvippe ſpes etiam ad beatitudinis uberiorem in hac vita abundantiam proficit. Qvisqvis igitur injuriarum, & improbitatis prætulerit ſtatum, perinde fecerit, ac ſi qvis præter commodum, cum maximâ probabilitate poſthac expectatum, triginta jam præſentes pecuniarum contemſerit libras, qvò viginti earundem ſtatim lucraretur; aut ejusmodi contractu firmaverit, qvalis Glauci erat cum Diomede,

*Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων,*

permutantis, commutationem.

Sed inſtituta jam, qvæ ad Chriſtianam amplexantes religionem dirigitur, oratione, non opus erit, me humanas demonſtrationes aut veriſimilitudines ſectari. Leges enim naturæ ſub gravi pœna ſeverè ſancitas eſſe, & naturalis conſcientiæ extare regulas, per qvas gentes ex propria indole, juxta qvod ab Apo-

Apoſtolo eſt obſervatum, ſcriptæ DEI Legi vivunt aliqvatenus conformiter, omnes unà agnoſcimus; Injuſtitia, ſcortatores, malitiâ, cæde, contentione, dolo malo, pravisq; moribus oppletos, delatores, DEI oſores, parentibus immorigeros, fidei datæ, pactorumqve fœderum temeratores, naturalis affectûs & miſericordiæ expertes, & qvicunqve his ſimilia (qvalia certè ſuperior damnat hypotheſis) patrare auſerint, hos ex illa lege univerſus perinde Terrarum Orbis morte digniſſimos agnoſcit. Ipſumqve (in qvo per Dei gratiam & Spiritûs auxilium confidim⁹) Evangelium hujusce legis obligationem ſtrenuè aſſerit. Ut hoc ſenſu ſapientiſſimi Regis intelligi verbum poſſit, *mens ſeu ſpiritus hominis lucerna Domini*: Et Servatorem veniſſe agnoſcimus, (ut in præfatione eſt animadverſum) non, ut tolleret in mentibus adhuc aliqvaliter reſplendens juris naturæ lumen; ſed illuſtrius faceret, &

mo-

moralem à ſuis legem fideliſſimè obſervari procuraret.

Noſtri igitur permultum intereſt, ut veram, & quæ acqviri poſſit, certiſſimam habeamus ſententiam, qvis noſter ſtatus ſit, qvæ noſtra in Deum & ſocios, qvibus ratio aut competit, creaturas relatio, jus, libertas, obligatio.

Cùmqve conſtet, abundè Deum à nobis, (qvi, ſi ad eum comparemur, nihil ſumus) immenſum naturâ, potentiâ & bonitate diſtare, omniqve creaturarum generi eum, ita ut nulla cogitari poſſit, ſi conſeratur, proportio, antecellere, rationi conſentaneum eſt, ut divinis ejus, ſive decretis, ſive legibus & inſtitutis, ſeu qvomodocunqve proviſis, humiliter obniſèqve nos totos, resqve omnes noſtras ſubmittamus.

Hæc autem freqventer ſubire mentes debet, omnipotentiſſimum, ſapientiſſimum; adèoqve cum ratione formidandum Deum, eoſdem noſtrâ & glo-

riam

etiam jam præparâſſe, imò plenitudinem & æternitatem gloriæ, ſpeciesqve beatitudinis, ita ſupra modum præclaras, ut omnem non ſenſus ſolùm, ſed & φαντα-σίας comprehenſionem longè ſuperet; ſedulòqve etiam recolere, animisqve verſare debemus. hunc Deum (qvi pluriora, qvæ hic dici neqveunt, ſed frequenter à fidis Evangelii miniſtris in concionibus audiri poſſint, noſtrâ cauſâ perfecit) non ex meritis noſtris, ſed bonitatis ſuæ exuberantia nos in præparata gloriæ habitacula, intra paucos annos, menſes fortaſſe, aut dies, certiſſimè nos introducturum, ſi modò ſine fuco animos noſtros, actionesq; qvalescunqve, juxta divina ejus inſtituta noſtrâ cauſſa, & in noſtram felicitatem ſapientiſſimè ordinata, componere ſtudeamus.

Cùmqve inde affulgeat, Deum Optimum Maximum nos miſellos dilexiſſe, exigit ratio, ut Deum viciſſim animitùs

ſtis (quem natura & gratitudinis leges ſuadent, & divina in Evangelio precepta) amore proſeqvamur.

Cùm nobis, ex incomprehenſibili nihilo per omnipotentē vim procreandis, creando, redimendo, leges nunc membranis inſcriptas, qvibus felicitatem adipiſci deberemus, freqventes iterum atq; iterum ſanciendo, & ſincerum religionis & ſanctitatis ſtudium, per gratiam, procurando, inſigniter beneficerit is, à cujus immenſitate tantùm diſtamus; conſentaneum erit, ut eum verecundè honoribus, qvi maximi cogitari poſſint, & vel à divinis oraculis, vel humanâ ratione, cognoſci, proſeqvamur, colamus, veneremur, & humiliter cum gratiarum actione (qvod natura juxtà & religio exigit) adoremus; ut afferamus Jehovæ robur & gloriam, nec qvalemcunqve, ſed tanto nomine, majeſtate, munificentiâ digniſſimum.

His autem neceſſariò conſequitur



Digitized by Google

ut qvicqvid ei inimicum aut adverſum eſt, capitali proſeqvamur odio, & præ omnibus, qvæ accidere poſſint, munificentiſſimi benefactoris metuamus offenſam, à cujus præterea ſpiritu omnia dependent, qviqve potens eſt, ut valeat, & juſtus, ut velit vidictam à refractariis ſumere; & ſi ſecus fecerimus, in animas inſuper peccamus, in philautia deficimus.

Cavendum autem præcipuè, & præ aliis eſt, ne qvid per incredulitatem ab honore (cujus inprimis eſt Zelotes) ſummi Numinis detrahamus; ne divinam demoliri ſtudeamus veritatem, aut Evangelium Dei mendacii ſuſpicemur. Mendacem autem eum fecerit, qvisqvis non crediderit teſtimonio ejus de Filio, & vita per Filium conſeqvenda. Neqve contemnere tantam audeamus majeſtatem, præceptis ejus non auſcultando, aut (in qvibus noſtra potiſſimùm verſatur utilitas) refragando conſiliis.

Cum

Cùm etiam per plurima vitæ hujus diſcrimina, in fluctuanti rerum mundanarum ſalo, curſus ad gloriam dirigendus ſit, id noſtrâ permultùm è re eſt, ne qva ſacram ſpei abjiciamus anchoram: ne cùm militiam profiteamur, ῥιψάσπιδες ſimus, aut fidei exuamus qvocunqve prætextu ſcutum. Cùm enim in eo potiſſimùm prævaleat vitium, qvod præſens præ ſe ferat commodum, præſentem voluptatem: religio abſentia utplurimùm proponat & promiſſa: fides efficit, ut qvæ religio propoſuit, etiam ipſa ſint præſentia, cùm ſit ἐλπιζομένων ὑπόστασις confidentia rerum, qvæ in ſpe adhuc ſunt, & certiſſimum rerum, viſu nondum ſenſatarum, ἔλεγχος.

Gandium autem omne, & gloriatio, per ſpem & fidem in Deo, continuò & ubertim poſſideat nobis mentes. Inde enim erit, qvò qvæcunqve mundana aberit, abundè compenſabitur, gloria; ipſaqve hæc lætitia & pro officio erit, & uberrimâ officii ipſius mercede.

Illud

Illud deniqve univerſaliter caveamus, ut omnia peræqvè qvæ Deus vel erga ſe, vel erga vicinos, juxta hanc hypotheſin, vel ſupra hanc hypotheſin, voluit præſtita, religiosè qvaſi Deo exeqvamur. Mentiri enim poſſit, exhibere honorem Legislatori verum neqvit, cuicunqve contemnere leges, ab eo latas, & eas transgredi placuerit; Adeò, ut ſtudio opus ſit, ne innocentes lædamus vicinos, pactam violemus fidem, ut ita conſultò res ordinemus, qvò poſſimus in benefactores & amicos gratitudinē, in prolem & conſangvineos ſtorgas, in ſangvine disjunctos (idqve ſine magno noſtro vel damno vel moleſtiâ) humanitatem, in communis vitæ uſu oſtendere.

Sed neqve ex moribus, huic hypotheſi conformibus, acqviescendū Chriſtiano, ſupponimus; ſed propter DEI gloriam, & vicini commodum ad eminentiorem aliqvam & heroicam virtutem

tem

[illegible] potiùs contendere oporteret: Ut-
ſi[l] vili inferà omnia, præſentiaque ſe-
culi bona pendamus; crucem ipſam o-
[illegible]que vitæ diſcrimina, quò meliùs di-
[illegible] aſſequamur finem, ſubire ſimus pa-
rati; ut denique vitam noſtram, affectus,
[illegible], voluntatem, omnesque animæ
corporisque actiones, in obedientiam
[illegible], & ad manifeſtationem gloriæ
[illegible] Dei accommodare ſincerè, & ſi-
ne omni dolo conemur; beatitudinem
[illegible] expectantes non à propria no-
ſtrûm opera, verùm ex Dei promiſſo;
qui divinam ſecutus fidem, quoties do-
mo, fratribus, ſororibus, patre, matre,
liberis, [illegible] Dei cauſſa ſeu Evange-
lii deſtituetur, ſupplebit etiã hoc ipſo
ſeculo domos, fratres, ſorores, matres,
liberos, agrosque vel cum, vel ſine per-
ſecutione, prout divinæ ejus Majeſtati
placuerit, & in ſeculo futuro vitam æter-
nam. Quisquis enim certò confidit ſe
poſt paucos prætterlabentis ſeculi dies, à

Deo conſecratum inacceſſibilis glo-
riæ regnum, & interea, vel ſint inter inſanas
ævi tempeſtates, aliqvid ſibi voluptua-
rium magis, dulceqve poſſidet, qvàm
fuerit, qvicqvid mundus aut diabolus
poſſit offerre, nulla illum (per Dei gra-
tiam) tentatio, etſi præſentes offeran-
tur honores, divitiæ & voluptates, ab
officio valde poſſit dimovere, aut pro-
curare, ut vitæ Chriſtianæ dulcedinem
contemnat. Qvisqvis autem non à ſe-
ipſo, non ab homine (cui in naribus eſt
ſpiritus) non à diabolo, nec alias qvo-
modocunqve à mundo, ſed à Deo ſo-
lum, qvi promiſit vitam, victum, beatitu-
dinem expectat, & certò & ſemper ex-
pectat, & contra diabolicas mundi ille-
cebras hac fide utitur, is eſt, qvi ex fide
(per ſpiritum cœlitus genitus) vivit, à Deo
natus eſt, & vincit mundum. Scutum
enim fidei ſtare clam præſtat, & per DEI
Optimi Maximi ſubſidia procurat vi-
ctoriam.

Et.

Et qvò meliùs hæc omnia ordinatè à nobis fiant, cura etiam adhibenda eſt, ne præ mundanarum rerum ſtudio, & temporaneis præſentis ſeculi negotiis, inſtituta à ſapientiſſimo Deo, ad pietatem & juſtitiam in animis figenda, media irreverenter negligamus, aut perfunctoriè in iis verſemur. Non enim necqvicqvam orationum freqventias, Sabbatha, Sacramenta, Jejunia, ſtatos dies, concionum ſeu prophetiarum auditiones publicas, privatas correptiones, cæteraqve ejusmodi, ſi qvæ ſunt, in Eccleſia firmavit, & ſtabilivit DEUS: Non necqvicqvam ſedulam lectionē & meditationem, in ſacris oraculis, præcepit; ſed hæc omnia in pietatis, juſtitiæ, honeſtatis adjumenta conſtruxit, ad conſummationem ſanctorum, ad ædificationem corporis Chriſti, donec perveniamus in unitatem fidei, & agnitionis Filii DEI, in virum perfectum, in menſuram ſtaturæ plenitudinis Chriſtianæ,

&

& non ampliùs ſimus, ſicut pueri, qui fluctuemus qvovis doctrinæ vento ab hominibus, dolo malo, veteratoriâ ratione, verſutisqve artificiis, concitato. Ideòqve cautelæ opus fuerit, ne, dum in in hujusmodi inſtitutis verſamur, opus, qvòd ajunt, operatum exeqvendo, ſolùm obedire Deo ſtudeamus, DEI interea negligentes finem; ſed ut ſummopere contrà contendamus potiùs, ut ad ſcopum, à ſummo Numine præſcriptum, iisdem utamur mediis; eiqve ordinemus uſui (morum ſcilicet reformationi & vitæ juſtitiæ) cui ipſe in primâ mediorum inſtitutione ea ordinavit.

Atqve hæc de prima circa Officia curâ; ſecunda eſt, cùm pro humanâ imbecillitate & impotentia, exemplorum prava ſvadentium vi, cæterisqve, quæ hîc adæqvatè dici neqveunt, impedimentis freqventer contingat, ut à norma, à natura & DEO poſita, prævaricemur, indeqve non in Deum ſolùm, ſed

in vicinos etiã ſimus injurii; ſecunda, inqvam, cura eſt, ut freqventer etiam noſtros ipſorum percontemur mores, vitæqve anteactæ qvæcunqve ſunt facinora, qvid ſit, qvantumqve mali ad alios acceſſit ex noſtris obligationibus, non ritè præſtitis: Deinde ut ſedulam navemus operam, ut reſarciamus damna, (niſi ſaltem remiſſum iis ſit, aut ea reſarcire ſit impoſſibile) à noſtris nata, profluxaqve neqvitiis.

Qvo facto, conſentaneum eſt, ut DEUM Optimum Maximum tùm demum juxta ordinem officiorum, ab ipſo præſtitutum, deprecemur veniam; obnixèqve tantam imploremus majeſtatem, ut pro ſua miſericordia & gloria, piaculiq;, per inæſtimabilem rem Chriſti ſangvinem, intuitu, condonet nobis peccata, in gratiam, pacem, amicitiam nobiſcum redeat.

Et qvod ultimum eſt, & ad caritatem ſpectat Chriſtianam, opportuno

pe-

certe fungemur officio, ſi totius mundi (qvi ſi qvando unqvam, jam certè ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, & Diabolo inſervit) commiſeratione, cum exantlare conemur à miſero improbitatis ſtatu, & futuris inferni tormentis; idqve tàm aliis qvibuscunqve poterimus modis, qvàm qvo præcipuè (in cæteris impotes licet) prævalemus, concordi Numinis adoratione; ut ei placere poſſit, de egreſſo & graſſanti paſſim neqvitiarum peſte reſipiſcere. Ut homines omnes, & principes præſertim, primoresqve viros è narcoſi excitet, ut concilium apud eos aliqvando privatim fiat, qvid ſit, qvod omnipotentiſſimus Deus faciendum dictavit, qvid inter præcordiorum membranas in carneis ſcripſit, qvid extra, in lapideis tabulis; ut patiantur aliqvando eousqve (in qvibuscunq; verſantur ſeu gloriæ mundanæ, ſeu opum, aut voluptatum ſtudiis) moras, dum conſcientias conſulant, qvò ſciant, (qvæcunqve



Digitized by Google

licet ferantur ſucceſſus Favonio) niſi tamen honeſtè, juſtè, piè vivant, & ſi peccaverint, niſi reparent damna, ab ipſorum nata improbitate, nec Chriſtum ipſum, nec ſacra Chriſti inſtituta, nec qvalescunqve pœnitentiæ formas, tantillum ipſis in die judicii profuturas. Qvotqvot enim aliis ſua non rependunt (ut juſti eſſe poſſint) bona, eos tùm non agnoſcet Servator. Immenſum enim à Chriſtiana pietate diſtant, qvæ ſine ſui abnegatione & commodorum, propter Dei gloriam & honeſtatis tutelam, temporalium abdicatione, neqvaqvam conſiſtit. Et ut ſummoperè caveant, ne qvando (qvò nihil impium magis excogitari poſſit) etiam religione ipſa, cultuqve ad veræ pietatis, vitæqve honeſtæ perfectionem introducendam, procurandam, & tuendam inſtituto, contra bonos mores (qvocunqve pietatis prætextu) abutantur. Qvi enim innocentes læſerint, fidem fefellerint, aut qvicun-

Digitized by Google

cunq; alias, contra Dei naturæq; placita, ſcelerate perpetraverint, neqve, Zachæi exemplo, damna reparare, aut ablatum reſtituere ſuſtinuerint, & profecturum ſibi tamen ſperaverint, per, neſcio qvas, ſolemnitates, & ſpecioſas venerationum formulas, cultum; miſeri humunciones ſunt, de qvibus mihi ſatius eſt tacere, qvàm loqvi amplius: Sacra tamen DEI non tacebunt oracula. Jejunent enim ad nauſeam, ſpiritusqve (qvod faciebant aliqvando Judæi) fatorem licet, affligant etiam animas, incurvent capita, induant cilicium, cineres ſibi ſternant, dum tamen in morum honeſtate deficiunt, dum in communi vita injuſtè verſantur, & humanitatis caritatisqve Chriſtianæ defuerint officia; non grati, non accepti coram DEO futuri erunt jejuniorum dies; Sabbatha item, feſtivitates eorundem, & ſolennia, qvæ dicunt, ſacra, ferre neqvit, odio proſeqvitur divina mens, & à Deo non, niſi

cum ægritudine qvadam animi, & moleſtia ſuſtinentur. Adeant Eccleſias, publicaq; freqventent oratoria, extendant etiam illinc ad cœlum manus: avertet oculos ſanctitatis Deus, & cùm multiplicaverint orationes, non exaudiet; verùm increpabit potiùs, qvid vos advenitis, ut compareatis in conſpectu meo? qvis qvæſivit hoc à manu veſtrâ, ut vos conculcetis atria mea? Concipient privatim preces, etiam ipſæ preces Jehovæ erunt, (ut cætera eorum omnia, qvi divinam non penſi faciunt legem) abominationi, & qvaſi execratio, aut ei labium proventui ſimiles, qvem divinus deſcripſit Rex, Pſal. 14. & Apoſtolus ad Romanos cap. 3. v. 13. 14. Sacramenta ſummaqve Eccleſiæ adeant myſteria, qvoties aliorum intuentur baptiſmos, recitata exaudient fœdera, qvæ ipſi fecerunt, & adhuc magis magisqve faciunt irrita; & in ſacra Cœna, ſi qvando eam acceſſerint, qvid aliud

fieri

fieri poſſit, qvàm ut avidè judicium Dei devorent: ita morum improbitate pollutis, nihil ſanctum prorſus aut purum extat, ſed omnia, perinde atqve mens eorum & conſcientia, impuritatis labe contaminata ſunt & reſperſa. Atqve ex hac unica animadverſione, omnes, qvi felicitatem in futurâ vitâ ſperare conſtanter volunt, ſi rationem audiant, in honeſtatis officiis continere ſe debere exiſtimo. Qvod nemo propitium ſibi ſperare poſſit Deum, qvi improbè fecerit, & damna vitiis infecuta, reparare noluerit: difficiliùs autem ſit majorisq; operis & impenſarum conſtare, reparare damna, qvàm ea omninò non dediſſe.

Hæc autem, & qvæ ſunt hujusmodi, opportuniùs ab Evangelii miniſtris audirentur. Hos enim ſpeculatores Deus Eccleſiæqve conſtituit; cùm autem ſpeculator viderit ultionis vindictæqve gladium venientem, nec clamaverit buccinâ, nec admonuerit populum, ſed ve-

veniens gladius aliqvem ex iis ſuſtule-
rit, in iniqvitate ſuâ peribit ſublat⁹, ſan-
gvinem verò ejus è manu ſpeculatoris
repoſcet Deus: Non tamen me ſermo-
nis cujuſcunqve fidelis, atqve ad utilita-
tem publicam ſpectantis, puduerit; ſed
Chriſtianos allocutus ſum, qvi ſi limites
paulùm tranſgreſſus ſim, facilè ſcientes
qvàm ſæpe exire debeant, veniam: Aliis ſi
jam alloqvendis dixiſſem, eoſqve no-
ſtros [illegible] religionum profeſſionis &
[illegible] expertes, aliâ eſſem uſus
parte mei; qvod dum fecero, ipſos ſer-
ne in amplissimo hoc rerum mundo
athei ſint, ipſam hanc intueantur mundi
fabricam, velim. Privatas domi ſuſur-
rantis conſcientiæ exaudiant catechę-
ſes, publicasqve cœli ſiderumq; (qvippe
& hæc enarrant gloriam Dei) foris con-
ciones, eoloqve ſuo dignam Arcturi
apud Plautum orationem in præſentia-
rum ne contemnant;

Qvi

*Qui gentes omnes mariaq; & terras movet;*
*Qui eſt imperator divûm atq; hominum Jupiter,*
*Cotidie ille ſcit, quis hic quærat malũ.*
*Qui hîc litẽ apiſci poſtulant perjurio,*
*Mali, res falſas qui impetrant apud judicem:*
*Iterum ille eam rem judicatã judicat,*
*Majorẽ multâ multat, quam litem auferunt.*
*Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.*
*Atq; hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum;*
*Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis,*
*Et operam & ſumtum perdunt: id eò fit, quia*
*Nihil ei acceptum eſt à perjuris ſupplicii.*
*Facilius, ſi qui pius eſt, à diis ſupplicans,*
*Quam qui ſceleſtus eſt, inveniat veniam ſibi.*

IDCIRCO *moneo vos ego hæc, qui eſtis boni,*
*Quique ætatem agitis cum* PIETATE, *& cum* FIDE,
*Retinete porrò, poſt factum ut* LÆTEMINI.
Plaut. in Prologo Rudentis.

# INDEX.

## A.


*Abednego* 505
Abigeatus 209
Abnegatio Dei 298. 299.
voluntaria 488
Abortus 428
Abortum procurare non licet 142
*Abraham* 67. 68
Abſtinentiæ cauſſa 492
*Abyſſini* 164
*Achab* 289
Acceptilatio 542. 562. 574.
Actio 603
Actiones de fide 590
de humanitate & caritate debitâ 594
de innocentia 587
ex naturali affectu profluentib' 592
Actionis honeſtæ finis 8
Vocabulum 588
Actionum moralium finis 1. 7.
Principium homo 568
Regula 3
Adulteria 428
*Jorquis* 358


*Ag-*

Digitized by Google

*Ægyptii* 164. 141. 461. 639.
*Æſculapius* 398
*Æthiopiæ incolæ* 341
Affectus ad benefaciendum conſangvineis naturalis 424
Affectus, qvi in imo corde latent 219
*qvomodo* Agendum erga unumqvemqve 125
Agnati 536
*Agraulus* 639
Agricolæ 681
Aliena res reddenda 581
Alimenta perdere nobis fas non eſt 435
Alligeantia 278. 279
Alligeantiæ juramenta 270
*Almanzor Mahumedanorum Imperator* 443
Amantes ſui 113
Ambitus 208
ratio 368
*Americæ incolæ* 640. 670.
nationes 154. 156
Amicitia 110. 122. 428
inter cognatos & propinqvos 428
Amicitiæ propria 482
Amicorum amor 365
Amicus 482
Amor nimius in ſe ipſum 112
Amor ſui 116. 386
Amore correpti 546
*contra* Amorem ſui ſpecies peccati 392
Amori prolis an amor ſui præponendꝰ 498
*Anglia* 530
Animal omne appetit voluptatem 60
Animi ſerenitas 29
Triſtitia 43
Animus cupiditate vacuus 663
gratus 483
impurus 48
Annonæ flagellatio 209
Anomala gens 79
Anomaliæ 168
*Antiçula* 686
*Anthropophagi* 141. 146. 153. 698
Anthropophagia 143

Anxietas & dolor unde: 22.
Apes. 438
*Apis* 461
*Apollo* 336. 337
*Apoſtoli Chriſti* 295
Aqva profluens non prohibenda. 433.
Aqva veneratione ꝑſeqvebatur 342
Arbor, qvam tanqvam divinum qvid ſuſpiciebant 359
Architectura 332
Area 556. 557
*Areopagita* 174
Ariſtocratia 267. 285
*Artemiſia* 149
*Arymphai* 465
Aſtronomia 679
Ataxia 15. 17
Athei 661. 665. 669
Atheiſmi ſectatores 29. 679
Atrocitas gentiū 636.
Augures 653
*Αὐτοκατάχειροι* aliqvando viſi ſunt 352
*Αὐτοχειρία* 393
Auxilium mutuū 319

# B.

*Bacchi* ebrietates 331
*Bacch⁹* 338. 345. 639
Barbari 676
*Baſſarani* 464
Beatitudo æterna 683
Beatitudo expectanda ex Dei promiſſo 692
Beatus 61. 683
*Bel* deus 648
Belli jus 614
Cauſſa 614
Beneficia 314
q̄ confert Deus 328
qvæ judicio conſideratè inſtanterq; delata, ſunt magna 311
temerè collata non æqvè magna ſunt habenda 523
qvomodo collocanda 317
largitate nō pariunt detrimentum 438
Beneficentia 349
Beneficiorum magnitudo 366
Beneficus 110

Be-

Benevolentia gratitudinẽ exſtimulat 372
*Berbitta* 146
Bona opera 326
Boni ſummi ſubjectũ
Bonum 97 (6
apparens 116
à Deo qværendũ 28
cujusqve proprium objectum omniũ actionum 318
proprium 65
publicum 65
ſummum 18
Bonus vir 113
optimè ſibi conſulit, etiam qvando res, ob qvas vulgò fit concertatio, amiſ cocedit 483
*Brachmanni* 150
*Braſilienſes* 156. 357
*Britanni* 468

C

CAcopraxia 14. 48
*Cainus* 600
Calumnia 209
*Cambaja incolæ* 173
*Cantu incolæ* 328
Capilli comti 469
Capillitium 458
Capitis diminutio 572
habitus 465
Caritas 594
proximi 443
in conſangvineos, à prole diverſos 512
Contra caritatem vulgarem peccatorum ſpecies 447. 453
*in* Caritatis actus ſolà deducimur ſpe lucri 523
*Catti* 466
Cautionũ genera 194
*Caxamalta* 359
*Ceres* 332 335 345
Ceſſio bonorum 573
Charitas *vid.* Caritas.
*Cherſonneſi incolæ* 639
*Cheuxa Inſula* 458
*Chichimeca* 670
*Chii* 639
*Chinenſes* 342. 343
Chriſtiana gratitudo 326
*ad* Chriſtianæ religionis cultum obligatio 325
Chriſtianæ religionis puritas 304



Digitized by Google

- excellentia 653.660
- Christiani 61. 266. 684. 691.
- Christianiſmus 265
- *Chriſtophoriana Inſula* 198
- Christum ne abnegemus 295. 296
- Christus 68
  - Eccleſiæ rector 266
- Ciconia parentes alit 485
- Ciconias lædere cur ducatur piaculũ 174
- Cincinni 463
- Civilis ſcientia 6
- Clementia 622.623
- *Coæus* 330. 331
- Coelum 342
- Cogitationis pœnam nemo patitur 187
- Cognati 536
- Coitus illicitus 209. 210.
- *Colchi* 164
- Collatiæ 148
- Collegia illicita 208
- Coloſſus ligneus 635
- Comâ luxuriare decorum videbatur 467
- Comam alere ornamentum 457
- Commercium 579
- Commodans 245
- Commodatarius 245
- Commodati actio 244
- Commodum & voluptas finis actionum moralium 66 67
  - vicini 691
- Communio 258
- Comparatio ſingulariũ cum ſemetipſis placitorum 515
- Compenſatio 575
- Concuſſio 209
- Condictitia lex 603
- Condictio furtiva 589
- Conductoris promiſſio 249
- Confuſio 573
- Conjugia differuntur 49
- Conjunctio & congregatio hominum 441
- Conjunctionis appetitus commune eſt omnium animantium 403
- Conjurationes 208
- Conſangvinei 424. 425. 426.


Con-

Digitized by Google

Conſangvinei ſemper præferuntur in beneficiis 533
Conſcientia 45. 46 47
mala 47
Conſcientiæ gaudium 11
Conſenſus voluntarius 235
Conſenſûs ſigna 236
Conſilia hominũ, non eventa rerum vindicantur 183
Conſobrini 533
Conſolidatio 573
Conſvetudo crudeliſſima regni Japponici 641
Continentia 112
à Venere 492
quaſi Contractus 255 261. 262.
Contract^o ex conſenſu juris gentiũ 247
Contractus innominati 252 (251
juris civilis proprii plures, qvibus promiſſiones non deſunt, ſed nomina 254
reales juris gentium 243
Contractuum formulæ 241
ſigna 96
Contrahentium formulæ 238
Conventio 235
Converſi 326
Convocationes 277
*Coreenſes* 469
Corporis virtutes 36
Creatoris veri ignari qvodlibet pNumine coluerunt 360
Creatura omnis movetur ad benefaciẽdum 312
Crimen expilatæ hæreditatis 209
Crimen falſi 210
læſæ Majeſtatis 208
repetundarum 209
reſiduorum 209
Crines prolixi 456. 457
Crinis habitus 454
*de* Crinis habitu ſententia Salmaſii 461
Crinium ornatus 465
Criticus Index 471
Crises 330

Cro-

Digitized by Google

Curtiani 649
Cultus Idolorum 358
Cumai 335
Cupiditas 397
Cupido 486
Cyclopum 144.146
Cyrenai 14.

# D.

DAmnum 210.580
Damna resarciri solent 580
reparare difficilius; quàm non dediſſe 791
Damni reparatio 583
Damni ſuſpicio, ab alio imminentis, an ſufficiens ſit cauſſa, ut alter alteri nocere incipiat 189
Defectus ſcientiarũ 1
Delationes 220
Delictum 203
Delicta circa cauſſas publicas profanas 208
circa cauſſas publicas ſacras 203
Delicta contra
contra privatas perſonas 209
impropria ſeu quaſi delicta 211.212.
213.&c.
innominata 211
Delphos 698
Democratia 267.285.
Deponentis promiſſiones 245
Depoſitum 245
accipientis 246
Dee 335
Dei voluntas 101
Deum honorare 334.
664.686.
placandi ritus crudeles 634
Deus 358.651.652.658
Creator, Conſervator, Redemtor 496
dilexit nos 689
Deus dominiũ in creaturas hominibus tranſtulit 175
immortalis 342
implacabilis non eſt 617.622.659
nihil fruſtra facit 618
non ... 682
... 617
offenditur peccatis

- tribus excellit 346
Deo magis obediendum, quàm hominibus. 302, 307
Des-Cartiſii 675
Diabolus 693
Diabolo religio exhibetur 357
Diana 331. 336. 339
Dice 335
Dictamina practica
Didymus 339 (500
Dii mortales 341
Aëris 632
Marini 687
Subterranei 631
Terreſtres 635
juxta Jovē aſſidentes 665
Diſcipuli LXX. 295
Diſcipulorum ad præceptores obligatio 370
Divitiæ magnæ appetendæ, quod efficiant facilia caritatis officia. 439
Delos 67
Dolus 231 (285
Dominium abſolutū
Dominorum in ſervos æqualis jus 365
Donatio eſt voluntaria 318 (594
Donatio inofficioſa.
Dotes inofficioſæ 594
Duella 357
*in* Duplum agere 602

E.

EBrietas 58
Ebrius 547
Eccleſia vera 204
Eccleſiarum & miniſtrorū neceſſitas 277
independenter cōſtitutarum forma 278
Eccleſiaſtica juriſdictio 276
poteſtas 276
*in* Eccleſiis ordo 277
Educatio 403
liberorum 361. 362
Elementa 344
*Eliczus* 208
Emancipatio 374
Emtio 247 (248
Emtoris promiſſiones
Ἐνέργεια 12
Ens ſummum & perfectiſſimum 653



Digitized by Google

Epicurei 665.669
*Epicuri* adverſarii 38
*Philoſophia* 9.13.
676.678.
Sententia 31.32.33.
Epiſcopatus 278 (34
Eqveſtris rei ſcientia
*Erinnyes* 51 (334
Erogatio munifica
*Ἐρωτομανία* 392 (489
*Ἑτεροδοξία* 445
Ethicæ auditor idoneus 6
Ethnici 659
Evangeliſtæ 297
Evangelium 683.689
*Eubolus* 335
*Evenerunt Athenis* 346
*Eunomia* 335
Exceptio 555
judicatæ rei 577
Executio rei 573
Exempla mala Reipublicæ grande afferunt detrimentũ 605
Exhæredari poſſunt à liberis parentes 378
Exhæredationis cauſæ 412.413.414
Exhibitio 260
Exlex genus 79
Expoſiti 374
Expoſitus gnatus 379

F.

FAciendum eſt alteri ut volumus nobis 128.129.
Facinus nullum magnum, ad qvod ſuſcipiendum libido voluptatis non impellerit 220
Feles interficere piaculũ ducitur à qvibuſdam 174
Felicitas 5.41.42.51
Fide-juſſores 559
*de* Fide placitum 516
*de* Fide ſervandâ naturale placitum 229
Fides 409.450.690
reſciſſa 511
an amori ſui præferenda 508
an caritati præferenda 510
Fides qvib' modis dari poſſit 235
Fides data contra naturæ dictamẽ, nullâ ratione obligari poteſt 499.500

an Fi-

Digitized by Google

an Fides gratitudini præferenda 505
Fides an innocentiæ præferenda 506
Fundamentum juſtitiæ 227
Fides juſtit. ſoror 224
nõ fallenda 510. 591
ſanctiſſimũ humani pectoris bonũ 228
Fidei influentia 265
tuendæ fons 229
ſcutum tutelã præſtat 693
Fidem qvi perdit, nihil ultrà poteſt perdere 228 (241
contra Fidem peccata
Fili⁹ arte carens incuria patris 377. 420
major natu 529. 530
qvi impia parentis juſſa non exeqvitur, inobediens nõ dicendus 498
ter emancipat⁹ 374
Filii poſtgeniti 529
Floralia 631
Floridaincola 342
Flumen 435
Fontem, poſtqvam è ſcaturiginſe repleti ſumus, obturare aut occultare fas non eſt 435
Formulæ contrahentium 238
Fornicatio 422
Fortitudo 113
Fortunæ bona 605
Fratrum filii ipſis præponuntur fratribus 532
Frumentum 532
Fur 165. 166. 185
Furem interficere licet 181
Furioſus 545. 546
Furtum 209
Furta Mercurii 351
Furta lege permiſſa licita 164. (143
Futurum Grammaticum 308
Logicum 308

G.

GAbeſtinde 529
Galli 635
colunt Mercurium 143



Digitized by Google

Gaudere quis poteſt 53
Gaudium ex factis 62
Genius malus 358
Gentiles 651
*Germani* fidei cultores 509. 519
*Germanorũ* fides 228
Gloria Dei 70. 691
Gloriæ regnum 693
*Gratia* 325. 336
Gratia eſt referẽda 310
Gratia homini debita non præferenda innocentiæ 497
Gratiæ relatio 369
Gratitudo 409. 309
στοργαῖς antefertur 484
*de* Gratitudine placitum 522
Gratitudinis actio 592
ſpecies 384. 385
ſenſus etiam innat' peccatoribus 316
Gratus animus 496
Gvaca antiqvorũ 359
*Gymnoſophiſtæ* 150

H.

HÆreditariũ jus 530
Hæreditas ſecundum capita 528
Hæreſis 205
Hæretici 205
Haruſpici 657. 658
Hecatomba 639. 647
*Hercules* 55. 339. 440
*Herodis* Tetrarchæ factum damnatur 506
*Hiſpani* 163
Hobbeſiana Philoſophia 678
Homicidium 209
*ab* Homine nihil humani alienũ eſt 616
Hominī compertæ nequitiæ benefaciendum 537
Hominis naturæ ſolitudinis impatiens 118
Homo hominem tueatur 617
Honeſtas 608
Honeſtum 606
propter ſe expetitur 324
Honor 348. 349 354
Horæ 335. 336
Hoſtiæ 646
Humanitas 409. 535 [illegible]
*ad* Humanitatis officia naturalis obligatio 433.



Digitized by Google

*Hybernia* 530
*Hyperborei* 150
*Hyperion* 330. 331
Hypocritarum mores 700 (ibid.
Hypocritæ Deo exoſi

# I.

*Japetus* 330
*Iberi* 464
*Iberia* 162
Idola 358
Idololatria 300. 301
Idololatriæ origo 324
Jehovæ afferamus robur & gloriam 688
*Jephtha* 503
*Jerobeam* 301 (433
Ignem ab igne capere
Ignorantia craſſa nemini jus acquirit 305
Imaginaria ſolutio
Immorigeri 498 (562
Impoſſibilia 548. 549
Impoſſibilium nulla obligatio 279
Impoſſibilitas conditionata 553
facti 543
Improbus ne ſperet Deum propitiũ 701
Imprudens 187
Incredulitas 689
Indebiti ſolutio 260
Indemnitas 559
*India Orientalis* 154
Indifferentia 293
Indolentia 15. 16. 17. 51
*Indorum Sapientes* 149
Inedia ſumma 199
Infantes expoſiti etiam Principi debent tutelam 274
Ingenia ſumma 609
Ingratitudo 312. 411
Ingratus 312. 428
Ingrati actiones 502
Inimici ſæpiùs, nolentes inimicis beneficiunt 488
Inimicorum benefaciendo devincamus malitiam 317
Injuria 210. 563. 564. 565.
non fit volenti 560. 561. 569.
Injuria eſt boni alicujus ereptio 139
Injuriam facere deterius, quàm perpeti 475

In-

Injuriùs eſt, qui in injuſtitia perſeverat 496
Injuſtū nihil dici poteſt, quomodocunq; ab eo patratum, cui ſumma rerum eſt poteſtas 285
Injuſtus 59
Innocentē lædere turpe & inhoneſtū 136
Innocentes 110
– lædere non oportet 391
Innocentia 56. 136. 202. 443. 540. 587
Innocentiane an gratitudo præferenda 495
Innocentiæ an philautia præferenda 474
*contra* Innocentiam peccatorum ſpecies 202
Innoxius tranſitus nō denegandus 436
Inquietudinis pharmacum 42
Inſanus 198
Inſtitutiones Imperiales 203
Interdicta 589
Interitus ſpeciei 572
Involuntaria mala 583
*circa* Jovē ſtellæ 679
*Jovis liberi* 535
Ira 628
*Irene* 335
*Iſabel* 289
*Iſis* 333
Jucunditas ex actionibus bonis 19
*Judæorum Reges* 288
Junior natu filius 530
*Juno* 333. 639
*Jupiter* 332. 334. 335. 344. 441.
– pater 335
– ſummus Rex 335
Jura civilia 202
– naturæ nullo modo dirimi poſſunt 410
Juramentum 576. 502
Juratum malo conſilio implendum nō eſt 503
Juri q; naturaliter renunciare poſſit, ita tamen civiliter obligetur, ut illud non facere valeat 566

Juris

Digitized by Google

Juris & juſtitiæ fontes
Juris fontes 2.4.(130
Regulæ 2
municipalis regulæ
origo 118 (563
principia 84
remiſſio 555
Jurisprudentiæ Syſtema 203
Jus Deo aſſcribitur 23.
emtoris 556 (24
Gentiū 448 & ſeq.
indemnitatis 557
innocentis 556
meiipſius 556
naturale 91
naturæ à DEO datum 24. 25 132
naturæ humanæ
naturæ, jure civili vel pactionib⁹ non poteſt perimi 571.
originale 611 (572
Jus patris 556
pœnæ tàm irrogādæ, quàm remittendæ 610
privatum 568
publicum 568
quibus immutabile 86
Jusjurandum 576
Juſtitia 105.109.541
naturalis 358
Juſtitiæ fontes 2
Juſtus 110

L.

*Lacedæmones* 639
*Lædendus alter*, ut aliis benefiat
*Laodicenſes* 639 (499
*Latona* 338
Latro 283
Latrocinia 160.161.162 163.362.
uſu recepta 143
Legatus habet caput lupinum 272
Leges contra naturæ ſeu præcepta ſummi Numinis factæ nihil valent 504
naturæ 132.684.
puniunt ſcelera & ſcelerū voluntatem 185.186
Legislativa poteſtas in nullo poteſt, niſi in ſummo Rege, conſiſtere 285
Legislatores 604

Legis

Digitized by Google

Legis naturæ defini-
tio 90
Lex 256. 257
Dei 727
divina providentia
data 674
eſt inventũ & mu-
nus Dei 25. 26
eſt populi pactũ 558
Moſaica 583. 584
naturæ 75. 79. 85
Liberalitas 49
vulgaris an Philau-
tiæ ſit poſtponen-
da 514
Liberalitate utamur
ea, quæ proſit ami-
cis, noceat nemi-
ni 498 (511
Liberalitatis genera
Liberatio in teſtamen-
to legato 575
Liberi ad obſervã-
dos parentes tenea-
tur ex innato grati-
tudinis inſtinctu 581
Liberi an alii aliis
præferantur, à na-
tura ſit 526
ut à parentibus a-
mentur, natura ſit.
Imitatio 248 (401
Lucina 335. 336
Luna 355
Luſitani 162
committendere ne-
fas ducunt 465
Luſtralia 632. 633
Luxuria 112
Lycii 456

M.

MAgiſtratus obſer-
vantia 268
Mahomedica religio
306
Mala involuntaria 553
Malmesburienſe dog-
ma 486
Maleficium 579. 580
Malitia voluntaria 550
Malo affici nemo de-
bet 177
Malum maximum 59
minus 59
Mandata Dei non tol-
lantur 501
Mandatarii promiſſio-
nes 250
Mandantis promiſſio
Mandatum 250 (250
Maris & fœminæ con-
junctio 403

Mars

Mars 335. 337. 344
*Maſſagetæ* 145
Matrimonium 403
*Mauri* 468
*Mauſolus* 149
*Medea* 403
Mediocritas 671
Mens ſincera 663
Mercatores 671
*Mercurius* 335. 338.
*Meſech* 303. 340
Μιτεμψύχωσις 175. 177
MethodusAnalytica 5
qvâ tractatur diſciplina de jure naturæ 5
*Metietes* 335
Metus 191. 192
*Mexicani* 640
*Minerva* 336. 344
Minima non curat Prætor 594
Miniſtrorum autoritas 277
EccleſiæOfficiũ 701
MiniſtriEvangelii 687
*Minoas* 339
Minores natu interdũ ſapientiores & pulcriores evadunt 631
Minoribus infirmum conſilium & fragile 520
Miſericordia 622
Mmnemoſyne 330. 331
*MoabitarumRex* 637
Mœchus 185
*Molech* 638
Monarchia 285
immortalis 116
Monetafalſa 187. 188
Monomachia 170
Monialis 186
*ad* Mortem evitandã an alteri non poſſit mors inferri 476
Morte digniſſimi 685
Morti vicinus 50
Morum integritas 538
mutatio in Principibus 607
principia 130
Moſaica lex 583
*Moſes* 67. 68
Motus intimiores 219
Mundi illecebræ 693
Mundus ſine Numine non conſiſtit 30
*per* Munera corrumpendi uſus 368
Murorũ violatio 209
Muſæ 337

# N.

*Naaman* 298
*Naboth* 290
Naturæ placitum 309
Naturam in Deum retulit Plato 24
Natura nil facit fruſtra 618
Negotiorũ geſtio 285
*Neptunus* 332. 333. 345
*Nilus* 345
Notiones innatæ 22
Novatio 574
Noxæ leviores mitiùs animadvertendæ 182
Noxæ reſarciri ſolent 586
Noxarũ reparatio 571
Nuptiæ ſecundùm naturam 399
*ad* Nuptias ſapientem ipſa natura inſtigat 400
Numen iratum placandi ritus humaniores 629
Numen placabile 624
Numinis placatio 617 643. 661.
Summi impervestigabilis eſt eſſentia 623

# O.

Obedientia 71
Simplex 298
*ad* Obedientiam, honorem, cultum nulla oritur obligatio ex ſola potentia 354
Oblatio & obſignatio rei 576
Oblectamenta fallacia 53
Obligatio 102. 251. 261. 281.
civilis ad pœnas ſubeundas 595
infantũ ſub regimine legitimi principis educatorum 267
naturalis 312. 438
naturalis pœnam ſubeundi 599
non contrahitur ex verbis, qvatenus verba 238
qvibusmodis tollitur 542. 554. 555
pol-

tollitur impoſſibilitate facti 543
Obligationes civiles 587
jure civili aut municipali tolluntur 571. 572
Obligationis gradus à magnitudine beneficii æſtimatus 523
Obligationi nudus ſufficit conſenſus 127
*Oceanus* 330
*circa* Officia cura ſecunda 695
Officii in conſangvineos limitatio 427
*de* Officio duplex qvæſtio 6
Officiorum comparatio 470
Oracula 655. 655. 660
Orationes mentales & vocales 647

P.

PActa 280. & ſeqq.
conventa alia ad voluntatẽ pertinent alia ad jus 520
Pactio nuda non parit obligationem 521
Pactum 574
pri^us^ an ſemper præferendum 516
Papatus 278
Parendum eſt, ſi abſq; abſurditate 293
Parentes ali à liberis, qvi liberos artibus erudierunt, Græcorum cogunt leges 377
Parentes cur de liberorum felicitate ſolliciti ſint 221
juniores plus amant majoribus liberis venerandi 362, 527
Parentum mens eſt, ut prolem jam felicẽ magis reddere beatam conentur 408
*Parlamentorum concilia* 270
*Parliamenta* 277. 558
Par pari referendum 314. 485.
Parricidii conatus punitur 187
Parricidium 209



Digitized by Google

*Parthali* 150
Paſſiones 219
Patriæ amor 365
Patria eſt, ubicunq; eſt benè 379. 380
Patronatus jus 364
Patronis debetur obſeqvium 363. 364
Peccata contra naturam 422
Pecunia 541
Pecuniæ conſtitutæ contractus 226
*Pelasgi* 655
Perduellio 208
Periculo inſtante qvomodo metuens ſe gerere debeat 295
Permutatio 353
Perſecutio Chriſtianorum 490
Perſona 256
*Peruani idololatræ* 358
*Peruviani* 640
*Phaſes Saturni* 679
Philauti 113
Philautia 114. 108. 111. 386. 450.
Philautia eſt potior philotecniâ 492
*de* Philautia actio 593
Philautiæ an gratitudo ſit præferenda 480
*Philoſophi* 676
Philotecnia 429. 526. 417. 418.
*Phlegræi* 335
*Phocenſes* 163
*Phœbe* 330. 331
*Phœnices* 639
*ad* Pietatem & juſtitiam media 694
Pignus 246
Piratæ & latrones 120
Piratica 167
Placabilitas 622. 623
Placationis faciendæ uſus 624
ritus 652
neceſſitas 665. 666 &c.
Placita naturæ 132
Placitum de fide 516
de gratitudine 522
de innocentia primum, qvartumq;
de ſui amore nullam pati ſecum comparationē 515
naturæ primum 136
Plagium 209



Digitized by Google

*Pluto* 332. 334
*Plutus* 339
Pœna 548
in emendationem hominum conſtituitur 603
Pœnarum gradus in jure civili 600. 601
Pœnas exigere 595
Pœnas exigendi jus qvomodo nobis competat 600
Portarũ violatio 209
Potentia 608
Potentiæ augmentatio 201
Potentiæ exiſtimatio, an ſola procreare cultum & honorem poſſit 346
Poteſtas ſuprema nullis legibus poteſt ſubjici 286
Practicæ notiones 25
Præceptoribus omnia debemus 371
Præſcriptio longi tẽporis 576
Prævaricatio 209
Precatio 327
Presbyterium 278
Primigenii 531
Primigeniti 538
Primitiæ optimæ 613
Princeps ipſe contractibus & fide datâ non minùs obligatur, qvàm alii 225
Princeps pater patriæ 367
*à* Principe nihil injuſtum fieri 286
Principia 3
practica 75
de honeſto & turpi 76
Principum cupiditates & vitia 607
Probus homo 537
Procreatio liberorum 403. 404
*Prodicus Chius* 345
Proditor 185. 187
Prohibitiones 567
*ad* Prolificationẽ proni homines à natura 398
Proli præ ignotis benefaciendum 514
*contra* Prolis bonum ſpecies peccatorum 417. 418



Digitized by Google

ad Prolis curam naturalis obligatio 395
Promiſſa ſervanda nõ ſunt, qvæ iis ſunt, qvibus promiſeris, inutilia 578
Promiſſio eſt impia, q̃ ſcelere adimpletur 503
implicita mutuo dantis 243
mutuò accipientis 244
Promiſſionum formulæ 242
Pronepos vel abnepos defuncti potior eſt, qvàm frater materve defuncti 535
Propinqvorum non deſcendentium an alii aliis ordinis aut grad⁹ ratione præferendi 534
Proprietas nulla in ſubdito, qvâ Rex ab earum uſu excludi poſſit 286
Providentia divina 192. 666
Providentiâ divinâ omnia comparata 620
Prudens 529
Pupillorum ad tutores obligatio 370. 371
*Pythagorei* 172
Pythium oraculũ 656

# Q.

QVadrupli agere 602. 603
Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris 305

# R.

RAtionis dictamina 3. 82
Rapina rerum 210
Raptus 422
fœminæ 209
Receptationes ſeu receptiones occultæ hominum facinoroſorum 208
Rex pater patriæ 268
legibus eſt obſtrictus 289
Reges 342
Regiminis actus 273
Regulæ juris 544. 548
*Regulus* 227. 509

Regum

Digitized by Google

Regum pacta obligatoria poſſunt contrahi 281
Regum potentia pactis legibusq; e an limitari poſſit 280
Religio 347.349
Religioſi 408
Regi ſuum tribuendũ ita, ut jus Dei non lædatur 294
Remedium appoſitũ, ut à notha voluptate impii jam facti velle recedere cogantur 598
Remiſſio per conſenſum 574
Renunciatio 555
Repromiſſio 254
Reſpublica mixta 558
Reſtipulatio 249
Reſtitutio 579. ſeqq.
*Rhadamanthus* 339
*Rhea* 330.332
*Rhodii* 639
*Riphæi* 465
*Romulus* de emancipatione legem tulit 374
*Ruben* 531

## S.

SAcerdotes 626.627 628.
*Mexicani* 460
Sacrificiorũ ratio 639 647.661.
Sacrilegi 183
Sacrilegium 206
*Sadrach* 302
*Salaminienſes* 639
Sangvis taurorum & caprarum 645
Sapiens 62
*in* Sapientem non cadit injuria 184
Sapientia 608
virtus divina 619
Sapienti qvid faciendum ſit 63
Sapientis animus 53
*Sardoa lex* 147
Satanas ſimia Dei 642
*Saturnus* 330.637.639
*Saturni* crudelitas in prolem 351
Scandalum 609
Scelerati 48
Scelus felix eſt fœcundum 596
Schiſma 203



Digitized by Google

Securitas plena nunqvam nobis conſtat 191.192
Senatusconſultũ Silanianum 544
Senectus invisa 151
Sepulcri violatio 207
Sepulcrum 437
Servi ægrotantes à dominis neglecti 375 376.
varii generis 268
Servo, qvem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatẽ habuit, competit libertas 376
Servum corrumpere qvi tentat 482
*Sicambri* 467
Signa navigationis aut itineris abolere non licet 435
Simplo agere 601
*Sinenſes* 459.559
Sobolem ſuam unusqvisqve nutriat 375
Societas 121.249
cum Republicâ 360
Societatis appetitus 117
Sodomia 593
Sol 345
veneratione colitur 342.358
Solicitatio ex malis actionibus 19
Solium regium occupare Perſis capitale 443
Solutio 542
imaginaria 562
*Souldania incola* 670
Sponſalia aut Matrimonia inconſultis aut non-approbãtibus (parentibus) fieri non oportet 421
Stellionatus 211
Stipulatio 238.239.251
*Stoici* 21
Στοργὴ 408.409
in conſangvineos 532
*contra* Στοργὴν conſangvineis debitam peccatorum ſpecies 431
Stupra 422
Stultus 539
Stultorum hoſtiæ 664



Digitized by Google

Svaſio 210
Subditi obligantur ad Magiſtratum 267
Succeſſio ab inteſtato 426
*Svevi* 466
Superſtitio 347
Suſpicio 30
damni imminentis lædendi jus non dat 191
ſcientiam excludit 190
Suſurrones 220

## T.

Tabulæ legis 674
*Tamoji* 155
*Tartari* debellârunt *Chinenſes* 458
*Tatianus Aſſyrius* 327
Tauri pro vitulis contra Icones contendunt 441
Temporaneis negotiis media ad pietatem non negligenda 694
*Tenedii* 639
Tentatio 693
Tergiverſatio 209
Terra 330.342
*Teſcalepuca* 641
Teſtamentum 259
Theages 654
*Themis* 330.331.486
*Themiſtius* 345
Theologi 682
Θεομαχία 118
Theſmophoron 333
*Thetis* 330
*Toraces* 639
Timiditas 113
Timor 356
*Titæa* 330
Tonſores 456
Tranſactio 575
Triplo agere 602
Tueri quomodo nos poſſimus, cùm rationabiliter nos metuamus 192
Tutela 257
Turcæ graviter ferunt, ſi qvæ beſtia per cruciatum interficiatur 172
*Turpanpaſſi* 155
Tyrannus 116.355. 539.



Digitized by Google

# V.

Vates 653. 660
Vendentis promiſſiones 248
Venditio 247.248
Veneficium 210
Venerationis & cultûs divini cauſſa procreatrix timor 356
Ventri qvi ſe dedunt 79
*Venus* 335 336. 486
Veſta 332
Veſtalis virgo 186
Vim atqve injuriam propulſare juris eſt 179
Vim vi defendere 178
Vindictâ nemo juſtus utitur in non-peccantes 390
*Viracocha deus* 641
Vir bonus 58
*Virginia incola* 342
Virtus 133.323.582
res difficilis 8
Virtutes 6
Virtutis operatio 11
Vis 210
Vita cœleſtis 62
furtiva 619
Vitæ puritas 646
*ſine* Vitiis nemo naſcitur 188
Vitiorum propagatio
Vitium 552(597
Vivere tranqvillè 56
Voluntaria facta 552
Voluntas 552.553.
malefaciendi an reatum inducat 182. 185.
nutu ſolo ſignificata 237
Voluntatis ſigna 239
Voluptas 8. 9. 10. 11. 55. 220.
animi ſuperat dolores corporis etiam graviſſimos 36
dolore vacat 61
& delectatio unde 22(66
ex ſenſu animali 62
ex ſenſu rationali 62
in ſtatu 13.16.49
in motu 13.16.49
*utra* Voluptas majus bonum 16

Volu-

Voluptas movens 15. 16.
notha 598
Voluptatum ſpecies 19
Uranus 330
Uſura 369. 370
Utilitas publica 568
privata 568
*Vulcanus* 335. 337. 345.
Vulneratio 209
Uxorem non ducenti mulcta 399

## Z.

*Zacchæus* 581
*Zaleucus* 493. 559
*Zeilan inſula* 672
Zelotes 689
*Zena* 335
*Zoakin* urbs 458.

# FINIS.

## *Errata Typographica:*

Pag. 25 lin. penult. *lib. 2.* pro *leg. 2.*
41. adde *Num. 9.*
76. lin. 22. *affectuum* pro *effectuum.*
81. l. 20. *maleficiorum* pro *maleficorum.*
121. adde *Num. 13.*
164. lin. 12. *Aritonis* pro *Ariſtonis.*
174. lin. 16. *aliis* pro *aliisqve.*
174. lin. 23. *ſed qvod* pro *ſed ut.*
239 lin. 13. *qvalibet* pro *qvalibet.*
340. lin. 24. *Apollinem, Pythium Put* pro *Apollinem, Pythium, Put.*
419. lin. 25. *pſaltimq;* pro *ſtatimq;.*
420. lin. 3. *& in* pro *etiam.*
422. lin. 15. *tul. de Adultor* pro *Jul. de Adulter.*
lin. 16. *libr.* pro *leg.*
423 lin. 19. *Hettel* pro *Henel.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek
+Z220005704
Digitized by Google

Digitized by Google